rę creatus ẽ: de quo & Ouidius & Claudianus itelligunt: eſto non adeo religioſe: vt chriſtiani faciũt: & cũ ex
luto illũ Prometheus: iſte primus formaſſet: inſufflauit in eum animam viuentẽ: quã ego rõnalem intelli/
go. & cũ hac ſenſitiuã & vegetatiuã potentias: ſeu ſecundũ quoſdã aĩas. Verũ hæ natura habuere corporeã:
& niſi peccaſſet hõ fuiſſet æterne ſicuti & rõnalis: cui diuina natura eſt. Hũc perfectũ fuiſſe hominem circa
quoſcũq; actus terreos credendũ eſt. nec opinari debet quiſq̃ opportunũ illi fuiſſe ad eruditionẽ tẽporaliũ
rerum Prometheum aliquem mortalẽ. Verum qui a natura ꝓducti ſunt rudes & ignari veniunt: immo ni in
ſtruanť lutei ęgreſtes & beluæ. Circa quos ſecundus prometheus inſurgit: id eſt doctus homo: & eos tãquã
lapideos ſuſcipiens quaſi de nouo creat: docet & inſtruit & demonſtrationibus ſuis ex naturalibus homini
bus ciuiles facit: moribus: ſciẽtia & virtutibus iſignes: adeo vt liq̃do pateat alios ꝓduxiſſe naturã: & alios
reformaſſe doctrinam. Inſuper dicunt Mineruã opus huius miratã eum in cælum traxiſſe: daturam ſiquid
ad opus ſuum perficiendum cerneret opportunum. Quod ego ſic itelligendum reor: pro Nineruã. ſ. ſapien
tem virum: qui naturæ opus admiratur: hominem. ſ. ex luto productum: & cum eum videat imperfectum
quantum ad doctrinam & mores cupiens eũ animare: id eſt perficere / ſapientia duce / per ſpeculationẽ aſcẽ
dit in cęlum: & omnia ibi igne animata videt: vt itelligamus q̃ in celo: id eſt in loco perfectionis ſũt omnia
animata igne: id eſt claritate veritatis: ſic & perfect⁹ homo nulla ignorãtię nebula offuſcatur: & meditatio/
ne continua verſatur in cęlis. Deinde a rota ſolis furatur hic ignem: & defert i terras: & pectori infert luteo
homini: & viuus efficitur. Equidẽ non incõgrue dictum eſt. Non enim in theatris vel i plateis vel in propa/
tulo veritatis claritatem adipiſcimur: quinimmo in ſolitudinibus ſemoti: & exquiſita taciturnitate ſpecula/
mur: & crebra meditatiõe rerum naturas exquirimus: & q̃a iſta talia clam fiunt: quaſi furari videmur: & vt
appareat vnde ſapiẽtia veniat in mortales dicit: q̃ a rota ſolis: id eſt a gremio dei: a quo omnis ſapiẽtia eſt:
ipſe verus deus eſt ſol qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: cuius æternitatem
per rotam non habentem principium neq; finem deſignare voluere: & hoc appoſuere vt de ipſo vero deo
& nõ de ſole creato acciperemus dictũ. Hanc demum flammam: id eſt doctrine claritatem immittit pecto
ri lutei hominis: id eſt ignari. Nam ſi omnibus largitor ille munerum deus / animã bonam & perfectam in
fundat: corporea moles caligine iſecta terreſtri / adeo vires retundit animæ: vt plurimum niſi doctrina iuuẽ
tur: & excitentur adeo obtorpeſcunt: vt potius bruta q̃ rationabilia aĩalia videantur. Doctrina igitur ſapi/
entiæ a deo ſuſceptæ prudens homo animat: id eſt ſopitam aĩam excitat lutei. i. ignari hoĩs: q̃ tũc viuere di
citur: dum ex bruto rõnalis efficiť: ſeu effect⁹ eſt. Explicito aũt hoĩe iratos deos dicũt quædam feciſſe: vt re
ligaſſe Prometheũ in rupe imiſiſſe febrem: maciem: & fæminã hominibus. Circa qđ quãtũ ad primum: ad
uertendũ eſt hic poetas more vulgi improprie fuiſſe locutos. Exiſtimat qdẽ vulgus iners iratũ deũ aduer/
ſus quẽcũq; laborantẽ videt: q̃tuncũq; circa laudabile opus fatigeť: quaſi nil pter ocium detur a pacato deo
& ideo iratũ putauere deum Prometheo: eo q̃ aſſiduo ſtudio noſcẽdarũ rerũ laboraret. Seu ideo iratos di
xere: q̃a laborioſa hominib⁹ imiſere. De iſta ira qualis ſit: ſupra vbi de Phama dictũ eſt. Qđ aũt duci & al/
ligari Caucaſo Prometheũ a Mercurio fecerint peruertiť ordo. nam prius in Caucaſo fuit Prometheus: q̃
hoiem rapto igne animaret. Ductus eſt igiť futurus: & iam deſiderio ipſo prudẽs homo a Mercurio iterpre
te deorũ. i. ab eruditione alicuius enucleantis ſecreta naturę impulſus in Caucaſum. i. in ſolitudinẽ q̃tũcũq;
ſecundũ hiſtoriã in Caucaſum receſſerit: & ibi religatus in rupe. i. a ꝓpria voluntate detẽtus. Ibi illi pręcor/
dia aiunt ab aq̃la lacerari. i. a meditationib⁹ ſublimib⁹ anxiari: quæ longo exhauſta meditatõis labore: tũc
reſtauranť: quãdo per ambages varias exquiſita alicuius rei veritas reperiť. Et hęc quantũ ad ficta de Pro
metheo: quẽ profecto maiores noſtri aſſerũt eximiũ ſapientię doctorẽ fuiſſe. Nam Augu. in lib. de ciuitate
dei: & poſt eum Rabanus: & Luon Carnotenſis ęquo fatenť conſenſu eũ ſciẽtia iſignẽ fuiſſe virũ. Euſebius
pręterea in libro temporum dicit Argo regnante Argiuis fuit Prometheus: a quo homines factos eſſe cõ
memorant: & reuera cum ſapiens eſſet / feritatem eorũ & nimiam imperitiam ad humanitatem & ſciẽtiam
transfigurabat. Poſt hũc Seruius etiam de eo teſtatur quia prudentiſſimus vir fuit: & a prouidentia deno/
minatus: & quod primus aſtrologiam Aſſyrios docuerit: quam in altiſſimo reſidẽs Caucaſi vertice maxia
cum cura didicerat. Hunc inſuper dicit Lactantius in libro diuinarum inſtitutionum: primũ ſimulachra ex

Homo natura/lis. Homo ciuilis.

Prometheũ clarus fuit ſcientia.

Prometh. Aſtrologus

Promethe⁹ primꝰ ignē e ſilice excuſſū ſeruare docuit.

luto componere inueniſſe:quod forſan de compoſitione homis ex luto fabulæ dedit initium. Sic & Plinius vbi de naturali hiſtoria dicit:eum primo docuiſſe ignem e ſilice ꝓuocatum ferula ſeruare. Voluere inſuper iratos deos immiſiſſe hominibus maciē:febrem:& mulieres. Pro macie ego itelligo labores corporeos:quibus extenuamur:& ad quos naſcimur illius crimine cui dictū eſt. Cum ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Hinc aūt macieí viam dedit intranti: Per febres vero arbores concupiſcentię:quibus angimur:& vexamur aſſidue:voluiſſe reor. Mulier autē ad ſolatium creata eſt:ſed in obedientia ſua factus eſt ſtimulus. nec equidem paruus ſit ire intueri velimus:quod vt potius alienis verbis q̄ meis oſtendam:quid ꝑclariſſimus præceptor meus Franciſcus Petrarcha eo in libro:quē:de vita ſolitana ſcripſit:de eis ſentiat libet apponere. Dicit en. ſic. Nullū virus adeo peſtiferū vitā hac ſectātibus vt muliebre cōſortium. Femineus eni decor eo formidoloſior funeſtiorq; :quo blandior:vt ſileā mores quibus omnino: nil inſta bilius: nihil ſtudio qetis infeſti⁹.

Femina officina litiū

Quiſq; requiem quęris:fœminā caue perpetnā officinā litiū & laborū. Raro ſub eodē tecto habitāt quies & mulier. Satyricū verbū eſt. Sēper habet lites alternaq; iurgia lectus. In quo nupta iacet minimū dormitur in illo. niſi forte trāqu.llior eſt cōcubinę accubitus. Cuius & fides minor & maior infamia & litigium par. Scitū eſt & illud clari oratoris dictum. Qui nō litigat:celebs eſt. Poſt hec paulo infra ſequitur idem. Quiſque ergo litē fugis:& fœminā fuge. vix alteram ſine altera effugies. Fęminæ & ſi quod rarum eſt mitiſſimi mores ſint ipſa pręſentia:vtq; ita dixerim:vmbra nocens eſt. Cuius ſiquid fidei mereor vultus atq; verba cunctis qui ſolitariā pacē quęrunt:nō aliter vitandi ſunt:nō dico quā coluber:ſed quā baſiliſci cōſpectus ac ſibila. nam nec aliter oculis q̄ baſiliſcus iterficit:& ante contactū inficit. hæc ille. Quæ etſi multa ſint & vera haberē quæ dicerē longe plura. ſed quoniā non exigit intentum preſens. hæc de ſtimulo humani generis dixiſſe ſufficiant.

Coelebs nō litigat.

De Pandora homine a Prometheo facto. Cap. XLV.

PAandora dicit Fulgeutius nominatum eum:quem Prometheus primum ex luto confecit. quod a Fulgentio ob id dictum puto. quia Pandoræ ſignificatum ſit in latino omnium munus: eo ꝙ non ex notitia vnius tantum rei componaƭ ſapiens: ſed ex multis & verius ex omnibus. ſed talis ſolus eſt deus. Poſſet preterea dici Pandora quaſi omniū dona vel quaſi ab omnibus donata Nil in preſenti vita poteſt homo abſq; amaritudine poſſidere:quod vtrū verum ſit ſe vnuſquiſq; excutiat:& videbit. Iob āt vir ſanctus & patientiæ inſigne ſpecimen volens hoc improperare humano generi:dixit: Homo natus de muliere breui viuens tēpore multis repletus miſerijs &c.

De Iſide Promethei filia. Cap. XLVI.

ISis vt ait Theodontius:filia fuit Promethei & paruula a patre Epimetheo patruo derelicta:de q̄ idē Theodōtius talē recitat hiſtoriā. Dicit ergo ꝙ cū virgo excreuiſſet & præſtātiſſimi decoris iam natura viro Ioui placuiſſet:& ab eo actū ſeu potētia ſeu ſuaſioibus: vt i eius iret cōcubitū: ex quo Iſidē dicit Ioui Epaphū peperiſſe. Tādē ſeu tāto fidēs Amaſio puella:ſeu quia natura ardētis eēt animi: i regni cupidinē icidit:& auxiliarijs a Ioue habitis & aliūde cōtractis virib⁹ quaſi i effectū viribus regē animū inijciēs Argū Argiuoꝝ regē annoſitate decrepitū:ſed alias occulatū hoiem traxit i bellū:aduerſ⁹ quē cū deſcendiſſet in aciē factū ē:vt fractis Iſidis viribus ipſa capereƭ Iſis:& ab argo ſeruareƭ captiua. Verū iuſſu Iouis pr̄is ſui Stilbō:q poſtea Mercurius appellat⁹ eſt:hō eloquētiſſimus:& audacia atq; induſtria plen⁹:decipulis ſuis egit:vt occiſo a ſe Argo ſene/a captiuitate liberareƭ Iſis. Cui cū nō bene cederēt res i patria:ſuæ cōfiſa ſolertiæ cōſcēſa naue:cui vacca erat iſigne:ad ęgyptios trāſfretauit:& cū ea Stilbō ob perpetratū facinus pulſus ex gręcia:& cū ibi iā apis potētiſſim⁹ eſſet eidē nupſit:& datis Aegyptijs caracterib⁹ litteraꝝ:atq; oſtenſo terræ cultu in tam grādem deuenit ægyptioꝝ exiſtimatiōem vt nō mortalis fœmina:ſed dea potius habetur:diuiniq; illi adhuc viuenti impenderentur honores. Leonitus vero dicebat ſe a Barlaam habuiſſe hanc Iſidē ante tranſfretationem Apis in ęgyptum:eidem Api nupſiſſe:& poſtmodum cum Ioue cōcubuiſſe:& ob id cum reſciſſet indignatus Apis:regno argiuorum relicto:i ęgyptum abiſſe:& eam poſtmodum ad ſe accedentē vltro ſuſcepiſſe. In quibus tot ſunt ab vtraq; parte operum & temporꝝ inconueniētia: vt nō ſolum auferatur hiſtorię fides:ſed nec etiam aliqua poſſit veriſimi'itudo rerum adaptari:& potiſſime adueniente Iouis obſtaculo:cuius cum Api conuenientia tempora huic hiſtorię plurimū auferūt fidei. Sane ſolertibus huius veritatis inquiſitio relinquatur.

Iſis Ab Argo capta.

De Deucalione filio Promethei:qui genuit Ellanū Pſytacū & Dionyſiū & Phentratē. Cap. XLVII.

DEucalion omnium veterum teſtimonio:Promethei filius fuit: cui adulto Epimetheus patruus Pyrrham filiam iunxit coniugio. mitis enim igenij homo fuit: & Pyrrha piiſſima fœmina:de quibus Ouidius. Non illo melior quiſquā:nec amantior ęqui Vir fuit:aut illa reuerentior vlla dearū & cę. Huius enim tempore apud Theſſalos ingens fuit diluuium:de quo fere omnes ſcriptores veteres mentionem faciunt:finguntq; plurima excreſcentibus aquis Deucalionem ſolum cum Pyrrha cōiuge in nauicula euaſiſſe:& in Parnaſum deueniſſe montem:& cum iam aquæ ceſſarent: Themis adiſſe oraculum/ conſulturi de humani generis reſtauratione:eiuſq; iuſſu tecto capite ſolutiſq; veſtibus poſtergaſſe ſaxa:tanquam magnæ parentis oſſa:& ea in homines fœminaſq; conuerſa. Hoc figmentum a Barlaam ſic explicatum referebat Paulus. Dicebat enim ſe legiſſe in græcorum antiquiſſimis annalibus/ob hoc diluuium territos homines:& ad ſuprema vſq; montium effugiſſe atq; itraſſe cauernas & antra vna cum mulieribus ſuis expectaturos finem:& ad hos Deucalionem & Pyrrham ceſſantib⁹ aquis i mœſto atq; ſupplicum habitu acceſſiſſe:& Deucalionem hominibus & Pyrrham mulieribus non abſq; labore maximo ſuaſiſſe aquas ceſſaſſe:nec amplius fore timendū. & ſic eos e verticibus montiū atq; ex ſaxis antris eis. ſ. andi

Diluuiū Deucalionis.

bobus præcedentibus i habitatiões & tecta reduxiſſe. Porro Theodõtius non ſic. Dicit eni delatũ. Deucalionem cum coniuge & alijs pluribus in naui ad Parnaſum. & cum ceſſaſſent aquæ ibi regni ſui ſedẽ ſtatuiſſe: cum primo Theſſalis imperaret: & ex communi cõſilio tanquam bono publico factum vt reuocatis hominibus & mulieribus e cauernis: quarum quantitas maxima longe hominum numerũ excedebat: eo ꝙ venientibus aquis pauidiores longe anteq̃ hominees in montana confugerent: & ſic ex eis nulla perijt: cũ ex hominibus multi abſorpti ſint: poſita verecundia quã per tectum caput intelligit. Non enim verecundamur niſi videntes: indiſtincte homines quibuſcunq; mulieribus miſcerentur: quod per ſolutas veſtes dicit intelligi. Nam vt vbi de Venere dictum eſt: Veneris cingulum eſt dictum Ceſton: quod ipa fert ad legitimos coitus. Cum vera in illitos tendit: cingulum deponit. & ſic illi ſolutis veſtibus in illicitos ire coitus oſtendebant: & hoc augendæ prolis cauſa: cum ex multitudine mulierum virorum paucitas poſſit ampliſſimã ꝓlẽ ſuſcipere. Quod autem illos vocat oſſa parẽtis non ob aliud dictum puto: niſi q̃a ſicuti ſaxa terræ molem ne effluat continent. ſic & oſſa corpora hominum ſeruant in robore: & labores agricultorum agunt: vt ea producantur ex terra ex quibus nutrimur atque conſiſtimus: quaſi videantur ex agris aſſumpti qui incoluere poſtea ciuitates. Ego autem reor illos parẽtis oſſa dictos: quia ex cauernis & antris montiũ vti lapides facimus: educti ſint: & ob duriciam ſuam ſaxei dicti.

De Ellano Deucalionis filio. Cap. XLVIII.

Ellanũ dicit Theodõtius filium fuiſſe deucalionis & Pyrrhæ: quem ait Barlaã patre mortuo adeo nomẽ ſuũ & imperiũ ampliaſſe: vt fere omnis Græcia quæ i egeum mare verſa eſt a nomine ſuo Ellada nominata ſit: & Ellades græci.

De Pſytaco Deucalionis filio. Cap. XLIX.

Pſytacus Deucalionis & Pyrrhę filius: vt ait Theodontius: Promethei aui ſui doctrinis imbutus ad æthiopas abijt: vbi in maxima veneratione habitus: cũ in longiſſimum euaſiſſet ęuum: orauit vt rebus ſubtraheretur humanis. cuius precibus dij faciles eum in auem ſui nominis mutauere. Huius ego fictionis cauſam credo ſui nominis & virtutis phamam: quę eo cano mortuo viriditate durauit perpetua: vti ſunt virides aues illæ. Fuere q credederent hũc Pſitacum eum fuiſſe: q vnus ex ſeptẽ ſapientibus dictus ẽ. ſed Theodontius dicit eũ longe antiquiorem.

De Dionyſio Deucalionis filio. Cap. L.

Dionyſius vt teſtatur Euſebius i libro tempoꝝ: Deucalionis fuit filius: eiuſq; facta claruiſſe dicit circa initiũ ducatus Moſis. Quę tamẽ fuerit nuſquã legiſſe memini: pręterq̃ cum in Atticã veniſſet: a Semacho quodã ſuſceptus hoſpitio: filiæ eius Capreæ pellẽ largitus eſt.

De Phentrate Deucalionis filio. Cap. LI.

Phentratẽ Deucalionis fuiſſe filiũ Paulus & nõnulli alij arbitrant̃: eo ꝙ de eo ſic referat Tullius i libro tuſculanarum quęſtionum: Dicearchus autem illo ſermone: quem Corinthi habitum tribus libris exponit: doctorum hominum diſputantium in primo libro multos loquentes facit: duobus Phentratem: quendam Phiotam ſenem quem ait a Deucalione ortum differentem iducit &c. Ex quibus pręter originem apparet eum fuiſſe philoſophum.

De Aſtreo Titanis filio. ix. q genuit Aſtream & Ventos. Cap. LII.

Aſtręus filius fuit Titanis & terrę vt aſſerit paul⁹. Hũc dicũt Seru⁹ & Lactãtius cum Aurora cõcubuiſſe & ex ea genuiſſe aſtręam virginẽ: necnõ & vẽtos oẽs. Quos dicit paulus cũ ſenex eſſet: dum fratres aduerſ⁹ Iouẽ bellũ mouiſſẽt: oẽs armauit & emiſit i ſuperos: Eſto Lactanti⁹ dicat eos ab Athlãte armatos. Aſtreũ potẽtẽ aliquẽ atq; ſuperbũ fuiſſe hoiem exiſtimo. ideo vẽtorũ patrẽ dictũ: q̃a alicui ventoſę religioni pręfuerit: ꝙ illos armauerit i ſuperos: a vẽtoꝝ diſcurſione ſumptũ eſt: qui ſi a terræ cõcauitatib⁹ veniãt: vt i altum erumpant neceſſe eſt.

De Aſtręa filia Aſtrei. Cap. LIII.

Stręam Aſtręi Titanis fuiſſe filiam ſatis vulgatum eſt: quæ quoniã dijs fauit aduerſus patrem &
a patruos i cęlum aſſumpta eſt: & in zodiaco locata ea i parte quę ab ea Virgo denoiata eſt. Nũc aũt qd ſibi velit fictio videamus Aſtręũ Aſtreæ patrem ego hic non hoiem: ſed cælum aſtrigerum intelligo: qd' ex ſe iuſticiam gignit: dum perpetuo ordie ſibi diuino munere dato: īferioribus corporibus vnicuiq; iuxta ſui qualitatem ideſinenter opportuna concedit. Et huius exemplum legumlatores pro vt humano ingenio poſſibile eſt noſtram ordinauere iuſticiam. Ex aurora ideo nata dicitur. quia ſicut aurorę claritas ſolem præcedit: ſic ex noticia certa rerum geſtarum debet oriri ſeu oritur iuſticia: ſeu iudicium. Dijs fauiſſe dicitur: quia bonis ſemper fauet iuſticia & eijcit reprobos. Ea eni in cęli parte ideo poſita eſt: quia contigua eſt equinoctio vt oſtendatur ex iuſticia rerum æquitatem conſequi. & ſicut ſole ibidem exiſtente ęqua temporis pars nocti atq; diei ab eodem ſole conceditur: ſic a iuſticia æquius redditur depreſſæ conditionis hominibus atq; claris.

De Ventis filijs Aſtręi in generali. Cap. LIIII.

Venti vt perhibet Seru⁹ & Lactãtius Aſtręi Titanis & Auroræ fuere filij: hos dicit Lactãtius a Iunone ob natum Epaphum icitatos in Iouem: quam ob cauſam a Ioue cauernis clauſi ſunt: & ſub iperio Aeoli religati. Sed aliam cauſam dicit Theodontius a Pronapide monſtrari in Protocoſmo quæ talis eſt. Dicit enim Pronapides litigium ægre plurimum tuliſſe a Ioue de cælo fuiſſe delectum: & ob id ad inferos deſcendiſſe: & conuentis furijs oraſſe: ſiquid vnquam eorum votis ſuis labor poſſet in poſterum voluptatis afferre: irent: & ſua venena quieſcentibus ventis inijcerent vt furijs infeſtati

ſtati Iouis regnū īfeſtarēt atq̧ quietē. Quæ e ueſtigio tēdētes: cū eos pacifice ſedētes ī domo patria iuenisſ/
ſent: nō ſolū furias: ſed odia immiſere: adeo vt ī regiōes ſuas abeūtes cōfeſtim vn⁹ in alteꝝ diſcurſū facere: &
oē cælū terrāque cōcutere cœpere: Quib⁹ perterit⁹ primo Iuppiter: deīde cōmot⁹ eis nō abſque labore ca/
ptis: & cauernis Eoli iclufis eos ſub ei⁹ eē iuſſit īperio. De quib⁹ æneidos prio ſcribit Vergili⁹ Nymboꝝ ī pa
triā loca fœta furētib⁹ auſtris. Et īfra per duodeci verſ⁹. Haꝝ vero fictionū ſi volum⁹ habere ſenſū añ alia:
neceſſe ē vt Aſtreū hoꝝ patrē cælum credam⁹ aſtrigeꝝ: ita tñ vt vnū ſit cælum quicquid inter lunæ cōcauum
Venti. & octauæ ſperæ conuexum continetur. Nam motū cæli & planetarum tanquam a remotiori tantum paulu
Amore lum cauſa cauſari arbitror. Si autem Aſtręum hominem vētorum patrem voluerimus: iam ſupra dictum eſt
filij. eum imperaſſe locis: ex quibus multi oriuntur venti: & hinc dictus ſit ventorum pater. Auroræ autem dicū
tur filij: quia vt plurimum appropinquante aurora conſueuerunt venti oriri. Quod nautarum approbat au/
ctoritas & conſuetudo. Illa enim hora eos ſurgere dicunt & ob id eadem hora vt plurimum ſuas nauigatio
nes incipiunt. & hinc Auroræ filij nuncupati ſunt. Eos autem a Iunone in Iouem armatos fuiſſe ideo fictum
eſt. quia a terra emitti creduntur: quæ Iuno eſt: & quadam terræ reſpiratione ipelli: & cum alibi nequeant p̄
ter in aerem impingi: cum aer Iuppiter ſit: in Iouem armatos: ideſt impetuoſos fictum eſt. Quod autem li/
tigium opere furiarum eos & inquietare regnum Iouis: & inter ſe hoſtes fecerit: a motu eorum & opere ſū/
ptum eſt. Nam ſi ab oriente ventus ſurrexerit: & itidem ab occidente: vt & per aerem & in ſe concurrant ne
ceſſe eſt: ex quo videntur hoſtes: & regnum inquietare Iouis. Eos autem ſub imperio Eoli religatos in ca/
Quare uernis ideo dictum eſt: quia Aeolides inſulæ qbus olim præfuit Aeolus. & ab eo denoiatæ ſunt. plenæ ſunt
venti ſub cauernarum: cauernæ autem plenæ ſunt aeris & aquæ: cuius motu cauſatur calor: & ob calorem ſurgunt ex
Aeolo aqua vapores: quos calor ipſe reuoluit in aerem: qui cum in loco non capaci conſiſtere nequeat egreditur.
& ſi arctus ſit egreſſus: de neceſſitate ipetuoſior & ſonorior & diuturnior exit: & ſic cū generati vēti e cauer/
nis ęolidarum inſularum exeant fictum eſt eos in cauernis Aeoli religatos: atque ſuo ſub imperio poſitos.
Sed Vergilius ſub hac fictiōe longe aliud ſentit: quod quoniam non ſpectat ad propoſitū non appono. Eſt p̄
ter fictiones horum prægrandis potentia. Sunt diſtictæ regiones & nomina. Sunt inſuper ſecundum quoſ/
dam pauciores: ſecūdum vero alios plures. nec eiſdem nominibus ab omnibus nūcupati ſunt: de quib⁹ an
tequam ad ſingulorum ſermonem veniamus: pauca dixiſſe non erit incongruum. De eorum potentia no/
minibus & regionibus ī maiori ſuccincte ſcribit Ouidius. Et cum fluminibus facientes frigora ventos. His
quoq̧ non paſſim mundi fabricator habendum Aera permiſit: vix nunc obſiſtitur illis: Cum ſua quiſq̧ regat
diuerſo flamina tractu. Quin lanient mundum: tāta eſt diſcordia fratrum: Eurus ad auroram: nabathęa q̄
regna receſſit Perſidaq̧ & radijs iuga ſubdita matutinis Veſper: & occiduo que littora ſole tepeſcunt Pro/
xima ſunt Zephyro: ſcythiam ſeptēq̧ triones Horrifer inuaſit boreas: contraria tellus Nubibus aſſiduis:
Sublola/ pluuioq̧ madeſcit ab auſtro: & cęte. hos duodeci eē dicit Iſidorus ethimologiarū lib. eoſq̧ ſic diſponit & no
nus. minat: Qui ab oriente verno in occiduum tendit. ideo dicitur ſubſolanus. quia ſub ortu ſolis naſcitur. Huic
Furus duos collaterales annectit: eurū ſcilicet a ſiniſtris: quē ſic ait vocari: eo ꝙ ab Eoo ſpiret: ideſt ab oriēte æſti/
Vulturn⁹ uo. A dextris vero dicit eſſe Vulturnum: ſic dictus quod alte tonet. Auſtrum inde a meridie flantem ſic dicit
Auſter dici: ꝙ aquas hauriat: eum que græce appellari nothum. A dextris eius dicitur eſſe Euroauſtrum inde dictū
Libs ꝙ inter eurum ſit & auſtrum. Sic & qui a ſiniſtris eſt auſtroaphrum. quia iter auſtrum ſit & aphrum. Sic & idē
Zephyr⁹ lybonotus vocatur: eo ꝙ inde libs & hinc ſit illi nothus. Zephyrum autem ſubſequenter ab occiduo flan/
tem dicit eo ſic appellatum ꝙ flores & gramina eius viuificentur ſpiritu: atque eundem vocari fauonium la
Chorus tine: ꝙ his faueat quæ naſcuntur: cuius a dextra Aphricum ſeu Lybin a regione vnde ſpirat denominatum
Septen/ a leua vero chorum: eo ꝙ ventorum circulum claudat. & quaſi chorum faciat. Antea tamen dicit chaurum
trio. nominatum: & a nonnullis argeſton. Septentrionem inde dicit dictum: eo ꝙ a circulo ſeptem ſtellarum cō
Boreas ſurgat: cui ponit a dextera circium: a vicinitate chori ſic denominatum. A ſiniſtra vero Aquilonem cuius no/
Aquilo minis cauſam dicit ꝙ aquas extingat & diſſipet nubes: eumque dicit & Boream nominari: ꝙ ab hyperbo/
Etheſie reis montibus egredi videatur. Scribit præterea Iſidorus his. xij: deſignatis. alios etiam eſſe ventos: quos
ego eoſdem puto: ſed alijs nominibus appellatos: vtputa Etheſias: quas ait ſtatuto anni tēpore a borea ī
Turbo. ægyptum efflare. Sic & auram & altanum. auram vero ab aere dictam: ꝙ lenis ſit quaſi agitatus leniter aer
altanum in pelago fieri: & ab alto denominatum. Turbonem inſuper a terra dictum dicit. eſt enim vento/
rum circumuolutio quædam pernicioſa perſæpe. Fragorem a fractarum rerum ſonitu denominari dictum
ventum ait. Sic & procellam dictam: eo ꝙ cum pluuia flans euellat. Vitruuius autem vbi de architectura
ſcribit. xxiiij. eſſe ventos oſtendit. Dicit enim auſtri collaterales leuconothum & altanum. Aphrici libono/
Cecias thum & ſubueſperum fauonij argeſtes & etheſias: caurici rcium & chorum. Septentrionis Traſceas & Gal
licum. Aquilonis ſupernas & cecias. Solano curbas & orinthias. Euro circias & vulturnum. Alibi autem di
cit ipſe Vitruuius eos. viij. tantum eſſe ſcribens. Androuicum. Cyrreſtem ad demonſtrationem opinionis
huius Athenis turrim octogonam conſtruxiſſe. & ſingulis lateribus ſculptam eius venti imaginem cui illa
facies muri eſſet aduerſa poſuiſſe. & tandē metha marmorea ſuper turrim impoſita æreum trionē ſuper im
poſuit ſlli dextra virgam porrigentem. Qui cum circunageretur a ventis virga deſignabat: qui eſſet: qui fla
ret. & ſic dicit compertum inter ſolanum & auſtrum eurum. Inter auſtrum & fauonium africum. Inter fauo/
nium & ſeptentrionem chaurum ſeu corum. Inter ſeptentrionem & ſolanum aquilonem. quam deſcriptio/
nem tamquā optimam atq̧ veram mediterranei maris nautæ omnes ſeruant & potiſſime Ianuēſes. qui ꝓ
fecto ceteros nautice artis excedunt ingenio.

De ſubſolano vento & vulturno & euro collateralibus ſuis filijs Aſtrei. Cap.LV.

EXpedito de ventis in generali/ de vno quoq; ſecundum Iſidori deſcriptionem: i particulari pauca dicenda ſũt/ & primo de ſubſolano orientali vento. Hic(vt Beda dicit)calidus ẽ & ſiccus. ſed temperate & ideo calidus: quia diu ſub ſole moretur. Siccus autem quia cum Oceanus orientalis multium diſtet a nobis ex quo humiditatem ſumere creditur eam omnem veniendo dimittit. Sed ablit vt credam ridiculum iſtud/ omnem. ſ. ventum qui ad nos ab orientis plaga venit: oriri i oriente extremo: cum certiſſimum habeatur multos apud æolidas oriri vt prædictum eſt: ex quibus non nulli in nos efflant: quos nos orientales & merito dicimus. quam ob cauſam ſalua ſemper reuerentia Bedæ: fruſtra dictum puto eos longinquitatem originis ſuæ ad nos mutata complexione venire: huic eiuſdem complexionis ſunt a dextris vulturnus omnia deſiccans/ a ſiniſtris vero Eurus nubes aggregans ſeu generans.

De Noto vento & Euroauſtro atq; Auſtroafro collateralibus eius filijs Aſtrei. Cap.LVI.

NOtus auſtralis eſt ventus naturaliter frigidus & ſiccus/ verum dũ per torridã zonam ad nos veniẽs tranſit: calorẽ aſſumit: & ab aquarũ multitudie i meridie exiſtẽte ſumit humiditatẽ. & ſic mutata natura ad nos venit calidꝰ & humidus: & calore ſuo poros terræ aperit & humorẽ vt plurimũ multiplicare: & nubes & pluuias inducere cõſueuit. Huius formã ſic deſcribit Ouidiꝰ: Madidis notus euolat alis/ Terribilẽ picea tectꝰ caligine vultũ. Barba grauis nymbis: canis fluit vnda capillis. Fronte ſedẽt nebulę: rorant pennęq; ſinuſq; & c. Huic eiuſdẽ cõplexionis a dextris ẽ euroauſter: qui tẽpeſtates i mari generat: eo ꝗ(vt dicit Beda)ab imo ſufflet: a ſiniſtris autem auſtroafer: quem aliqui dicunt calidum & temperatum.

De ſeptẽtrione vento & circio collaterali eius: & filijs Aſtrei. Cap.LVII.

SEptẽtrio ventus eſt a plaga in qua oritur nuncupatus. naſcitur enim in locis aquoſis: & congelatis & excelſis mõtibus: & ex quibus ad nos vſq; purus flat. eo ꝗ in locis: per quę tranſitꝰ facit nullus ob intenſum frigus reſoluitur vapor. Hic aerem ſerenũ facit: & quas excitauerat auſter peſtes repellit & purgat. Complexione aũt cũ collateralibus frigidus eſt & ſiccus. Qui eni a dextris eſt: circius appellat̃ niuiũ grandinũq; ꝑductor. A ſiniſtris autẽ aquilo eſt: ſeu boreas: de quo latior ſermo ſequitur.

De aquilone ſeu borea vento Aſtrei filio: & collaterali ſeptentrionis: qui genuit Zethum Calaim & Arpalicem. Cap.LVIII.

BOreas ſeu aquilo vẽtus collateralis eſt ſeptẽtrionis: & natura ſua habet nubes diſſipare: & aquas colligere gelu: cuius vires & opera in perſona ſui loquens deſcribit Ouidius dicens: Apta mihi vis eſt: hac triſtia nubila pello: Hac freta concutio/ nodoſaq; robora verto: Induroq; niues: & terras grãdine pulſo. Idem ego cum fratres cęlo ſum nactus aperto. Nam mihi campus is eſt: tanto molimine luctor: Vt medius noſtris cõcurſibus inſonet æther. Exiliantq; cauis eliſi nubibus ignes: Idem ego cum ſubij conuexa foramina terræ: Suppoſuiq; ferox imis mea terga cauernis: Sollicito manes/ totumq; tremoribus orbem. & c. Ex hoc plures dicunt̃ fabulæ. Nam Seruius dicit eum amaſſe hyacinthum puerum: qui etiam ab Apolline amabatur: & quoniam cerneret amorem pueri in amorem Apollinis magis ꝗ in ſe flecti: iratus diſco ludentẽ interemit. Præterea dicit Ouidius eum amaſſe Orithyiam Ericthonij regis athenarum filiã: ac eam in coniugem poſtulaſſe: quę cũ non daretur indignans ſe diſpoſuit ad rapinam: rapuitq; & ex ea Zethũ & Calain filios ſuſcepit. Inſuper dicit Homerus in iliade inducens æneam achilli loquentẽ in pugna/ boreã pulcherrimas Dardani adamaſſe equas: & ex eis equos. xij. velociſſimos ſuſcepiſſe. A qbꝰ ſi corticẽ fabulæ amouerimus aduertemus primo boreã Hyacinthũ: qui flos ẽ: & iõ puer: quia nullꝰ diu viuit flos: amare. hac in forma: qa forte flabat ſępiſſime per prata plena Hyacinthis: quaſi viſurꝰ quos diligebat: vti & nos crebro viſuri vadimꝰ quos amamꝰ. Qui Hyacinthus & ab Apolline. i. a ſole amabat̃. Nã & ipſe ꝑductor taliũ & ſpectator amator etiã dicit̃: & qa taliũ fotor ẽ: & iõ a Hyacintho amari dicit̃ ꝗa vnaquaq; res adamare videt̃ per qd' ad eẽ deducit̃: & perſeuerat in eẽ. nã flores & alia ſole agẽte naſcunt̃ & viuũt ꝗdiu viuũt. A borea aũt iõ occiſus dicit̃: quia boreas horriditate ſui flatus cũcta humore priuat atq; deſiccat. Amaſſe eũ Orithyiã hiſtoria eſt. Dicit enim Theodontius boream iuuenem fuiſſe Thracem nobilem & animoſum: qui tractus fama matrimonij contracti a Thereo: qui Pandionis filiam habuerat i coniugem: cum audiſſet Orithyiam Ericthonij Athenienſium regis formoſiſſimam puellam eſſe/ cupidine captus/ eius petijt cõiugium: qd' cum illi negaretur ob iceſtum cõmiſſum a Thereo in Philomenã: quaſi ſimilis illi Boreas facturus eſſet: iratus captato tẽpore: illã rapuit anno regni Ericthei. ix. & filios ex ea ſuſcepit: & ſic fabulę locum & nomen iuuenis t. & regno adinuenit. Equos autem Dardani a Borea genitos: ideo dici arbitror: quia poſſibile fuit Dardanũ fama bonitatis equorum eius regionis tractum miſiſſe ibidem: & proletarios aſſumpſiſſe: quibus iũctis æꝗbus ſuis optimos atq; veloces ſuſcepit equos: quorum ſucceſſores eius ꝓlem ſemper poſt modũ ſeruare. & hinc ſumptum eos boreæ filios extitiſſe.

De Zeto & Calai filijs Boreæ. Cap. LIX.

Z Ethus & Calais filij fuere Boreæ & Orithyiæ: quos teſtatur Ouidiꝰ cũ Iaſõe & alijs argonautis ad Colchos iuiſſe. Verũ vt dicit Seruiꝰ: cũ a Phineo rege archadię: q eo ꝗ ſuaſiõe nouę cõiugis filios cęcauerat: a dijs cęcatus & ipſe fuerat: eiq; vt eſcas fœdarẽt atq; ſurriperẽt arpyiæ obſcœnæ aues fuerãt appoſitæ: ſuſcepti hoſpitio remuneratiõis gratia ad expellẽdas aues Zetꝰ & Calays: quoniã alati erãt miſſi ſũt. Qui cũ illas ſtrictis gladijs perſeqrent̃ ex archadia pulſas vſq; ad iſulas: ꝗ Plotę appellant̃ perſecuti ſunt. Ibi vero monitu Iris vt deſiſterent Iouis canes vlterius perſequi ad ſocios redierunt. Quæ lu

uenũ conuerſio nomẽ imutauit iſulis:& vbi plotæ dicebãtur Strophades dictæ ſũt.nã Strophę græce latine cõuerſio dicitᷣ. Hęc ego de iſtis legiſſe memini:quid autẽ habeãt ſub velamie fictiões detegẽdũ ẽ:Dicit ergo Ouidiꝰ hos poſt pueritiã pẽnas habuiſſe:ꝑ qbus ego itelligo barbã & velocitatẽ:q̃ i adoleſcẽtia hoibus ve niũt.Circa ãt allegoriã pulſarũ ab his arpyiarũ dico ꝙ diuino munere oẽs boni naſcimur:& prima mortaliũ
Phineꝰ cõiunx bonitas:ſeu inocẽtia eſt:ſed tandẽ grãdiores effecti:vt plurimũ abiecta inocẽtia deprauamur:& tũc ſecũda ſuper inducitᷣ vxor:cũ quis cõcupiſcibilis appetitꝰ iudicio ſe trahi permittit. ꝙ i quã perinciofos dedu cat ſaltus:Phineus teſtis ẽ:qui auri cupidie occupatus:dũ auaritiæ credit:q̃ ſecũda vxor illi fuit:filios priuat luminibus. Filij aũt nr̃i laudabiles actus ſũt:quos tũc priuamus lumie cũ illos obſcœnis operibus deturpa/ mus. Quid ei turpius agere poſſumꝰ:q̃ bonã mentẽ abijcere:vt diuitias acquiramꝰ? Q d' teſte Seneca philo
Q̃ꝛ Auaricia ceci fiamus ſopho facete Demetrius petẽti cuidã libertino dixit:Facilẽ.ſ. ſibi ad diuitias viam:quo die pœnituiſſet bonę mẽtis. Sic & nos cæci efficimur:quãdo ob cẽſus deſideriũ nimiũ in rapinas & turpia lucra delabimur. Appo/ nuntᷣ ei talibus arpyiæ fœdæ volucres atq; rapaces:quas ego mordaces auarorũ curas & ſollicitudines itel ligo:a qbus iõ auaris ſurripi dicuntᷣ dapes:quia dũ talibꝰ detinẽtur cogitationibꝰ i tã grandẽ ſui obliuionem auari veniũt:vt ẽt aliquãdo cibũ ſumere efficiantᷣ imemores:ſeu dũ auri cumulum augeri ſatagũt:ſibi ipſis ci bos extenuant:& ſua miſeria fœdos faciũt. Argonautę q apud hũc hoſpitantᷣ:quoniã illuſtres oẽs iuuenes fuere:& virtute cõſpicui/loco ſalubriũ conſiliorũ ſumẽdi ſũt:q̃ etſi ægre ſuſcipiantᷣ a talibus.ſuſcipiuntᷣ tñ ali/ quãdo & ſuſcepta loco muneris retribuũt boni inquiſitionẽ:q̃ ſecũdũ fulgentiũ ꝑ Zeto & Calai itelligitᷣ. Hęc aũt boni:ideſt veritatis inqſitio agit:vt canes Iouis:ideſt mordaces curę:& alienis bonis cõtinue inhiantes pelluntᷣ vſq; ad ſtrophadas:ideſt vſq; ad cõuerſionẽ animi per quirẽtis bonũ:q̃ cõuerſio eẽ nõ põt:niſi omiſſis vitijs & cõcupiſcẽtijs i virtutes quis greſſus dirigat ſuos:& tũc remanet a ſordibus deſideriorũ turpiũ imunis mẽſa Phinei. Sane Leontiꝰ lõge breuius huius ſenſũ expedit. Dicit eñi hiſtoriã hãc fuiſſe talẽ Phineũ ditiſſi/ mũ fuiſſe regẽ Archadię:& auarũ:& mortua Steneboe cõiuge:ex q̃ Palemonẽ:& Phineũ ſuſceperant filios: ſuperinduxit Arpalicẽ boreæ filiã:& ſororẽ Zeti & Calai:cuius ꝑcibꝰ ipſe filios excæcauit:qđ ſciẽtes Pyratę: qui Plotas iſulas icolebãt:q̃ſi in deſtitutũ auxilijs & odioſum ſuis ob ſcelus cõmiſſum in filios venere & obſe derũt eũ:& machinis erectis vſq; in regiã putrida ſordeſq; iaciebãt. Tandẽ venientibus Zeto & Calai voca tis cũ longis nauibus:eũ liberauerũt obſidione:pyrataſq; vſq; ad Strophadas repulere.

De Arpalice Boreæ filia & Phinei coniuge. Cap LX.

a Rpalice vt dicit Leõtius:filia fuit Boreæ:ex qua matre nõ dicit. Hæc Phineo regi Archadię nupta fuit:vt ſupra proximo patet:& infeſta priuignis.

De Zephyro vento & Aphrico & coro collateralibus eius:filijs Aſtręi. Cap. LXI.

z Ephyrus ventus eſt occiduus:qui a latinis vocatur Fauonius/complexione frigidus & humidꝰ:tẽ perate tñ. Hyemes autẽ reſoluit:& germina floreſq; producit:& dicitur zephyrus a zeph quod latine vita ſonat:Fauonius autem:eo ꝙ foueat germinantia:vel faueat germinibus. Flat ei ſuaui ter & placide:& a meridie vſq; in noctem a principio veris vſq; ad æſtatis finem. A dextris eius Aphricus po nitur:qui tempeſtuoſus fulmina & tonitrua generat. A ſiniſtris autẽ eius corus:qui vt Beda dicit:in oriente nubiloſum aerem facit:cum ſerenũ faciat in occiduo. De Zephyro recitatᷣ talis fabula. Nymphã.ſ. fuiſſe no mine Clorim a Zephyro dilectã:& i coniugẽ acceptã:eiq; ab eo i munꝰ amoris atq; violatę pudicitię omne ius in flores cõceſſum. Eãq; ex Clora florã vocauit. Pręterea refert Homerus i iliade hũc Tyellã cõpreſſiſſe
Xanthꝰ et Baliꝰ eq Achillis. Arpyiam:& ex ea Xanthũ:& Baliũ Achillis equos ſuſcepiſſe. Harũ fabularũ intentio talis eẽ põt. Dicit La/ ctãtius i libro diuinarũ iſtitutionũ:Florã fœminã magnas ex meretricio q̃ſiſſe opes:q̃rũ moriẽs romanũ po pulũ ſcripſit herędẽ:parte ſeruata:quę ſub annuo fœnore ꝓſtaretᷣ:ex quo ſcilicet fœnore voluit vt ſuus nata lis dies ſingulis annis ędit:one ludorum celebraretur:qui ludi Florales:& ſacra floralia:a Flora nuncupa/
Flora meretrix. ta ſunt:quod quia ſenatui tractu temporis flagitioſum viſum eſt:cum timore plebis retractare non poſſet: ab ipſo meretricis nomine argumentum ſumi placuit:vt rei pudendę dignitas adderetur & inde finxerunt floram floribus præeſſe:eamq; oportere ludis placare:vt fruges cum arboribus:aut vitibus bene proſpe reque florerent. Quem colorem ſecutus Ouidius Nympham non ignobilem Zephyro nuptam ait:& dota licio munere vt floribus præeſſet accepiſſe a ſponſo. Qui ludi vt dicit Lactantius memorię meretricis con/ ueniunt. Nam omni laſciuia & verborum licentia:quibus omnis obſcœnitas effunditur.poſitis flagitante populo a meretricibus veſtimentis:quę ludis in illis mimorum fungebantur officio:celebrantur. Ex Tyella autem Arpyia equos ſuſcepiſſe:neſcio quid velit Homerus.niſi id forte ꝙ apud Eliſbenem extremum Hiſ panię in occiduum oppidum equas facere conſueuiſſe apud Plinium ſecundum legimus. Quas dicit Pliniꝰ in concupiſcentiam prolis ſuſcipiendę venientes hyulco gutture conſueuiſſe flantes zephyros ſuſcipere:& ex eis concipere:& parere velociſſimos equos:breui tamen æuo valentes:& ſic forſan ex equa cui nomen
Equas vẽto concipere. erat Thyella:quę impetus ſeu procella interpretatur:factum eſt:vel ut ſupra de equis Dardani ex borea cõ ceptis diximus.

De Aloo Titanis.x.filio. Cap.LXII.

ALous vt ait Theodontius:filius fuit Titanis & Terrę:cui cõiunx fuit:vt etiã Seruius aſſerit. Hyphi media:quã cũ violaſſet Neptunus:duos ex eo peperit filios:Othum & Ephyaltem:quos Alous educauit vt ſuos:& cum.ix.digitis:vt dicit Seruius:ſingulis menſibus creſcerent parantibus Gy/ gantibus bellum aduerſus ſuperos:nec obſeniũ Alous ad illud poſſet accedere:hos miſit gemi nos adiutores:de quibus vbi de filijs Neptuni dicemus.

De Pallene.xi.Titanis filio:qui genuit Mineruam.

PAllenē ſeu Pallantē vnū fuiſſe ex filijs Titanis dicit Paulus: īſulā q̄ i Aegeo mari tenuiſſe: & a ſe denominaſſe Pallenē: hoiem imanē: & ſupeus aduerſum plurimū: cuius Lucanus meminit di/cens: Pallenea Ioui mutauit fulmina Cyclops. Hūc dicit idē Paulus a Minerua i bello aduerſ⁹ Iouē facto occiſū: & ob id eam Palladē denoiatam. Et alibi dicit idē Paulus: eū ob eius ſeuitiā añ bellū a Ioue fulminatū. Sane Theodōtius ei dicit fuiſſe filiā noie Mineruā: a q̄ cū illi conareſ virginitatē ſumpere: occiſus eſt.

De Minerua Pallantis filia. Cap. LXIIII.

MInerua vt ſupra proximo patet iuxta Theodontium: filia fuit Pallantis: a ſe ob virginitatem tuē dam occiſi. Hæc vt Tullius dicit vbi de naturis deorum iter plures alias Mineruas. v. fuit: ei que ait ab antiquis pinnata apponi talaria: ſeu q͡a occiſo patre velox fuerit ad fugā / ſeu ob aliam cau ſam factū ſit.

De Runco & porphirio. xij. & . xiij. filijs Titanis. Cap. LXV.

RVncus & Porphyrius: vt aſſerit Priſcian⁹ i maiori volumine: filij fuerūt Titanis & Terrę: quo rū ait Neuium poetā meminiſſe aientem. Inerant ſigna expreſſa quomō Titani bicorpor res magniq; Athlantes Runc⁹ atq; Porphyri⁹ filij terras ꝓ terrę & c. Et Horati⁹ i Odis: ait. Aut qui minaci Porphyrion ſtatu. De his autem aliud legiſſe non memini.

De Lycaone. xiiij. Titanis filio qui genuit Caliſthonem. Cap. LXVI.

LYcaonē Archadiæ regem dicit Thodontius: quod nuſq̄ alibi legi: filium fuiſſe Titanis & Terræ ſeu ob ſplendorem regium: ſeu ob inſigne aliquod facinus. ſeu quod potius credo: quia nequā fu it homo / & deorum ſpretor atq; vilipenſor: ſicut plurimum legimus fuiſſe Titanes. Ex eo autem talem refert Ouidius fabulā. Cum aſcendiſſet in cælū mortaliū clamor quoniā oia male agerenꝫ i terris: voluit Iuppiter experiri ꝑſentia: & forma hois ſūpta / deuenit in regiā / Lycaonis: egitq; vt aduerterēt ppl̄i: q͡a de⁹ eſſet i terris: q cū ſacris operā darēt: a Lycaōe riſi ſūt oēs: Qui tn̄ vt experireꝫ: nunqd vt dicebaꝫ: hoſpes ſuus iuppiter eēt: cōſpiraſſetq; i nocturnā ei⁹ necē: nec peregiſſe potuiſſet: ad aliud facin⁹ repēte intēdit animum: & occiſo ex obſidib⁹ moloſſoꝝ vno: vndis parti: partimq; prunis excoqui iuſſit: & illū comedēdū Ioui appoſui. Qui cū cognouiſſet ſcelus: ſpreuiſſetq; cibū / ignē in regiā Lycaonis iniecit: & abijt. Lycaō aūt territus: abijt i ſyluas & i lupū verſ⁹ morē rapinæ / priſtinū ſeruare cœpit: i greges ſa uiēs ſāguinis auiditate. Sub hac fabula hiſtoriā eſſe talē dicebat Leonti⁹ Fuit oli iter Epiros: ex q̄bus aliqui poſtea a Mo loſſo Pyrrhi filio Moloſſi dicti ſūt: & Pelaſgos. qui poſtea Archades: cōtrouerſia: de q̄ cū i cōcordiā itū eſſet: petijt Lycaō: qui tūc præerat Pelaſgis: vt ſibi i robur initæ cōcordiæ / dareꝫ ſaltē obſes vnus ab Epyris: eo ꝙ ab eis fuiſſet primit⁹ exorta diſcordia. Cui a Moloſſis vſq; ad certū tp̄s iuuenis vnus ex nobiliorib⁹ cōceſſus ē. Qui cū nō remittereꝫ intermino a Lycaone / per legatos gētis ſuę requiſit⁹ ē. Lycaō aūt: ſeu quia ſuperbe requiſit⁹ videreꝫ: ſeu ob aliā cām turbatus: eoq; peſſim⁹ eēt hō: & inflati animi: reſpōdit legatis ſe i ſequenti die obſidem redditurum: iuſſitq; i mane ſequēti ſecū i conuiuio eſſent: & clā obſide occiſo atq; decocto / lega tis alijſq; cōuiuantib⁹ iuſſit apponi. Erat forte iter eos epulās iuuenis adhuc Lyſania: is qui poſtea Iuppiter dictus eſt: homo ea tempeſtate apud Archades exiſtimationis permaximæ: qui cum mēbra humana nouiſ ſet: eiectis menſis turbatus atrocitate facinoris proſiluit in publicū: & in Lycaonem ſibi fauētibus populari b⁹ omnibus eueſtigio conſpirauit: & congregatis viribus eum traxit in pugnā: ſuperatūq; regno priuauit. Ly caon autē deiectus exul & inops cū paucis fugit in ſyluas: & cœpit itineribus iſidiari & raptu viuere: qđ fabu læ locum dedit: ꝙ in lupum verſus ſit. nam ſi rite velimus iſpicere: nulli dubium eſſe debet: quin q̄cito ad aua ritiam & rapinam mentem apponimus humanitate exuti: lupum eueſtigio induamus: atq; tādiu perſeuera mus in lupum: q̄diu talis appetitus perſeuerat in nobis: humana tantū reſeruata effigie. Dicebat iſuper idē Leontius: alios affirmare Lycaonem in verum lupum fuiſſe conuerſum: aſſerentibus talibus i Archadia la cum fore: quem ſiquis tranſnataſſet: ilico transformabatur in lupum: & ſi a carnibus abſtinuiſſet humanis: & anno. ix. tranſacto lacū eundem iterum tranſnataſſet: ei forma priſtina reddebatur. Quod ſciens Lycaō: & plurimū iram Iouis timens atq; ſuorū: & ob ſuam perfidiā ignorans: quo ſatis tutā poſſet habere latebrā ad expectandū abſq; ſuſpitione vitę rei exitū: lacū tranſnatauit: & verus lupus effectus inter alia eiuſdē ſpe ciei animalia habitauit in ſyluis: relicta filia vnica virgine Caliſthone. Preterea ſcribit Plinius in libro natu/ ralis hiſtoriæ: bellorū inducias huius Lycaonis inuentum fuiſſe: ludorumq; gymnicorum in Archadia.

Quid ſit i lupum verti.

Att. lacū quē traiſ ciētes in lupos mutātur

Inuēta Lycaōis

De Caliſtone filia Lycaonis: & matre Archadis. Cap. LXVII.

CAliſto filia fuit Lycaonis: vt ſatis per Onidium patet. Hec vt ſcribit Paulus iam patre fugato iter rerū tumultum adhuc virgo regiam exiuit: & aufugit ad nemora: ſe vbi virginibus Dianæ dicatis ſociam iunxit: apud quas a Ioue in habitu transformato Dianæ oppreſſa eſt: & cum turgeſcen/ te vtero appareret crimē: pulſa peperit Archadē: De quibus ābobus plene infra vbi de Archade dicetur: & ea potiſſime: quæ a Leontio de fictione relata ſunt. Sane hæc pluribus eſt appellata nominibus. nam græce arctos dicitur: quod latine ſonat vrſa. Preterea & elyce dicꝫ a gyri circuitione: nā græce elyci di/ cuntur gyri. Nuncupatur etiā Cynoſura: qđ nomē ante fuerūt duo noia. Cynos. ſ. qđ ſonat latine canis. Nā imago cęleſtis: q̄ poſtea vrſa dicta eſt canis dicebaꝫ: & forte adhuc apud quoſdā dicꝫ: & vros: qđ latine bos ſylueſtris ſonat. nam & eodē nomine dicta eſt propter eleuatam caudam ad ſemicirculi formā: qđ magis ad ſylueſtrem bouem ſpectat: q̄ ad canem faciat: aut vrſam. Nā ſicut dicitur: fert ſylueſtris bos caudam ele uatam: vt ſemicirculū facere videaꝫ. Appellaꝫ & phœnix: ſic volēte Thalete inuētore: qui phœnix & ipē fuit: ſeu q͡a phœnices: qui inſtructiſſimi fuere nautę: ea in nauigatione primi ſunt vſi. Dicitur & ſeptētrio: ꝙ etiam Archadi: ſeu maiori vrſę nomen eſt: eo ꝙ a ſeptem denotetur ſtellis. Varro ſcribit triones boues vocari.

Caliſtoi vrſā, ver ſa Cynoſu ra

De gigantibus ex ſanguine Titanorum procreatis & terra. Cap. LXVIII.

GIgantes:vt Paulus & Theodontius teſtanť:nati ſunt ex ſanguine Titanorũ & terra:qđ etiã teſtari
videť Ouidius in maiori volumine:vbi dicit. Obruta mole ſua cum corpora dira iacerent. Et infra
ꝑ ſex verſꝰ:hos Theodõtiꝰ dicit pedes anguiũ habuiſſe & bellũ mouiſſe Ioui:vt patres fecerãt.
Verum nil auſos: donec Eglæ ſpecioſiſſima mulierum:& coniunx panis/ a terra matre eorum
celaretur in ſpecu: qua occultata/ exẽplo in deos fecere impetum:atqꝫ eos adeo terruere: vt in ægyptum
vſque formis mutatis expellerent: de quibus ſic dicit Ouidi. Emiſſumqꝫ ima de ſede typhœa terræ Cæli/
tibus feciſſe metũ: cunctoſqꝫ dediſſe Terga fugæ donec feſſos ægiptia tellus Ceperat:& ſeptẽ diſcretꝰ i ho/
ſtia nilus. Huc quoqꝫ terrigenã veniſſe Typhoea narrat. Et ſe mẽtitis ſuperos celaſſe figuris. Duxqꝫ gregis
dixit ſit Iuppiter/inde recurius. Nũc quoqꝫ formatus libycis cũ cornibus ammon. Delius i coruo ꝓles ſeme
leia capro. Fele ſoror phebi niuea ſaturnia vacca:Piſce venus latuit:cyllenius ibidis alis &c. Vẽꝝ i aliqbꝰ
Theodontius & Ouidius diſſentire videť:cũ Theodontius dicat a gigãtibus hoc factũ:& Ouidius dicat Ty/
phoeum ex imo terre veniſſe atqꝫ feciſſe. Preterea & in formis deorũ. Nam dicit Theodontius Iouẽ in aqui
lã verſum:Cybelem in merulã: Venerem in anguillam. Pana autẽ ſe in fluuium fere totũ deieciſſe. Superio
rẽ vero partem que remanſit in ripa in hyrcum mutatam dicit: quę intrauit fluuium in piſcem:ex qua figura
poſtea Iouem capricornum ſignum feciſſe dicit. Tandem Iouem aſſerit oraculo habuiſſe: ſi victoriã vellet:
clypeũ ex Egla panis cõiuge tegeret:& caput ſuũ gorgõe. Quo facto:ꝑſẽte Pallade fugati ſũt:atqꝫ obruti
gigãtes:& apud iferos a Ioue detruſi Multa his dictis ſuperdicẽda veniũt:ſi fictionũ velimꝰ ãbages reſolue

Probat Gigãtes oli fuiſſe
re. Sed an oia nõ omnino fictũ ẽ fuiſſe gigãtes:ideſt hoies forma: ſeu ſtatura vltra modũ ceteros excedẽtes
imo conſtat eſſe veriſſimũ:& liquido his diebus apud Drepanũ Siciliæ oppidũ fortuitus demõſtrauit euẽtꝰ
Nã cũ in radicibus mõtis qui ſupereminet Drepano:haud lõge ab oppido:nõnulli agreſtes ad cõſtruẽdam
paſtoralẽ domũ fundamẽta foderẽt:apparuit cauernæ cuiuſdã introitus. quẽ cũ viſuri quidnã intus eẽt facul
incẽſis foſſores itraſſẽt auidi:antrũ ſũmæ altitudis atqꝫ ãplitudis inuenere:per qđ icedẽtes in oppoſitũ itroi
tꝰ:igentis magnitudinis ſedentẽ viderũt hominẽ:ex quo terrefacti repẽte fugã arripiẽtes exiuere ãtrũ:nec
ãte tenuere curſum:ꝙ i oppidũ deueniſſẽt occurrẽtibus qđ viderãt nunciãtes. Mirabũdi ãt ciues viſuri qđnã
mali hoc eẽt:icẽſis funalibꝰ armiſqꝫ ſũptis:quaſi i hoſtem vnanimes exiuere ciuitatẽ:& vltra trecẽtos intra

Drepani miran de magnitudinis hõ in antro repertus.
uere ſpecum. Viderunt qꝫ nõ minus ꝙ primi ſtupidi quem rettulerant villici. Tãdem proximiores facti:poſtꝙ
non viuum eſſe hominem norunt:viderunt ſedẽtem quẽdam in ſede:& ſiniſtra manu innixum baculo:tan/
tæ altitudinis atqꝫ groſſitiei:vt excederet quẽcunqꝫ prægrandis nauigij malum:ſic & hominem inuiſæ atqꝫ
inauditæ amplitudinis:nulla ex parte corroſum aut diminutum. Et cum ex eis vnus porrecta manu tetigiſ/
ſet ſtantẽ malum eueſtigio malus ſolutus in cinerem corruit:remanſitqꝫ veſte nudatꝰ baculus alter plũbe
ad manum vſqꝫ tenentis aſcendens:& vt ſatis aduerterunt:plumbum erat ad augendum grauedinem ma/
lo infuſum:ꝙ poſtea ponderantes aſſerũt:qui viderunt fuiſſe ponderis. xv. cãtariorum drepanenſium:quo
rum vnuſquiſqꝫ ponderis eſt librarum cõmunium cẽtum. Demum hominis ſtatura tacta æque corruit:& in
puluerem ois fere verſa eſt. Quẽ quũ nõnulli tractarẽt manibus:tres dẽtes adhuc ſolidi cõperti ſũt mõſtruo
ſæ grãdiciei. põderis aũt erãt triũ rotuloꝝ.i.cẽtũ cõium vnciarũ. Quos Drepanites i teſtimoniũ cõperti gi
gãtis:& ſẽpiternã poſteritati memoriã filo alligauere ferreo:& ſuſpẽdere i quadã ciuitatis eccleſia i honorẽ


Attcranei gigãtis capacitatem.
annũciatę virginis edita:& eiuſdẽ titulo inſignita. Pręterea & partẽ cranei anteriorem iuenere firmiſſimã ad
huc:& pluriũ frumẽti modioꝝ capacẽ. Sic & os alterius cruris:cuius et ſi ob annoſitatẽ nimiã in putredinem
pars deueniſſet:perceptũ tñ i reliquo ẽ ab his ꝙ totã hois altitudinẽ ad menſurã cuiuſqꝫ minimi oſſis nouere
eũ fuiſſe magnitudinis ducẽtoꝝ cubitoꝝ vel amplius. Suſpicatũqꝫ eſt a qbuſdã ex prudẽtioribus hunc fuiſſe
Encem loci potentiſſimũ regem:Butis & Veneris filium ab Hercule occiſum:& in eodem monte conditũ.

Eryx. Entellꝰ.
Quidã autem arbitrantur Entellum:qui olim in funebribus ludis ab Aenea ꝓ Anchiſe patre editis:pugno
taurũ occiderat. Alij vero vnũ ex Cyclopibus:& potiſſime Polyphemũ:de quo multa Homerus:& poſt eũ
Ver. vt patet circa finẽ tertij li. Aeneidos. Fuere igitur ingẽtis ſtaturę gigantes:qđ & ſacra teſtatur pagina:
ex quibꝰ et ſi nõ huius tam mirãdę magnitudinis fuerint:duo ſaltẽ i eadẽ nuncupanť. Nembroth.ſ.q turrim
in deũ excogitauit:& Goliath Philiſteus a Dauid funda & lapidibus ſuperatꝰ. Hos tales Ioſephꝰ vir aliogn
circũſpectus & eruditus exiſtimauit:vt ipſe in libro antiquitatis iudaicę ſcribit:ab ãgelis dei mulieribꝰ mor
talibus coeuntibus ꝓcreari:qđ ędepol ridiculũ ẽ:cũ ingentiũ corpoꝝ cauſa ſint ſidera cęliqꝫ reuolutio certa
qua etiã euo nrõ factũ eſt:quod aliqui fere caput omne:vel amplius ꝓceritate excederẽt etiã magnos corpo

Gigãtes qđ ſit ex Macro.
re viros. Sane de his ego poetas nunc puto locutos:ſi mites fuerunt hoies & humane viuentes. Sed de his
de qbꝰ videť itelligere in Saturnalioꝝ li. Macro. vbi dicit. Gigãtes ãt quid aliud credendũ eſt fuiſſe:ꝙ homi
num quandam impiam gentẽ:deos negantẽ:& ĩõ exiſtimatã deum pellere de cęleſti ſede voluiſſe. Hoꝝ pe
des in draconum volumina deſinebant:quod ſignificat nil eos rectũ:nil ſuperũ cogitaſſe:totius vitę eorum
greſſu atqꝫ ꝓceſſu in inferna mergentes &c. Huiuſmodi ergo homines ex ſanguine titanorum & terra pro/
ductos fuiſſe. Non debet extraneũ apparere homini erudito cum perſępe ſimilis oriatur ex ſimili:& ob hoc
Titanorum ſuperboꝝ hoium rite ſuperbos omnes homines ſi non ex ſanguine:ſaltem ex moribꝰ ſeu vitio
filios poſſumus nũcupare. Quorum etiam nulla rectius dici mater poteſt ꝙ terra:iam a Macrobio ratione
monſtrata:tales.ſ. nil ſuperum:ideſt cęleſte:nil ſanctum:nil iuſtum cogitant. omnis vitę eorum progreſſus
ad terrena & inferiora demergitur. Attamen hos tales:ſeu quos tales appellamus bellum habuiſſe cum
Ioue homine Cretenſium rege non omnino fabuloſum eſt. Conſtat enim ex hiſtoriis antiquis: Iouem duo

inſignia geſſiſſe bella. primũ cũ Titanis: vt parẽtes vinculis detentos liberaret. ſecũdũ cũ ipſo patre ſuo Sa/
turno mortẽ ei⁹ teſtãte Lactãtio moliẽte. & hoc gigãteũ bellũ dictũ ẽ. & ſecũdũ quoſdã apud Phlegrã Theſ
ſaliæ agrũ cõflictũ ẽ: & victus atq; ſuperat⁹ ſaturnus. Q d' aũt oraculo Eglæ corio clypeũ tegere illi iperatũ
ſit: & caput ſuum gorgone & Egles a terra in ſpecu abſcõdita. Intelligo quia ſubſidio gregũ & armẽtoꝝ i q
bus conſiſtebãt ſubſtãtię veterꝝ: quę per Eglã quod idẽ ſonat qd' capra: intelligũtur & agroꝝ fructus: quos
accipio pro Gorgone ſumptus belloꝝ maximi ſubſtẽtati ſũt. & ſic Iouis clypeũ tectũ: id eſt defenſionẽ habi Videtur
tam & caput coopertũ: id eſt cõſilijs ad opportuna fulcitũ. His autẽ ceſſantib⁹. ſ. fructibus ſubſtãtiarũ Egles ęgida de
dicitur abſcondita. & tũc audent hoſtes in hoſtes inſurgere quaſi aduerſus inermẽ.. Tantũ his exiſtẽtib⁹: & ſignare.
Pallade: quæ pro militari diſciplina intelligẽda eſt hic: in victoriã itur. Q d' aũt in infernũ merſi ſint: humiliari
atq; deijci ſuperborũ ꝓteruiã oſtendere voluere fingentes. Huic tamẽ bello gigantum multa ſuperaddunt
hic nõ appoſita: eos. ſ. montes montibus impoſuiſſe vt in cęlũ aſcẽderent: & alia quędã feciſſe: quę referẽda
ſunt ad actus bellantiũ. Erigũt q dem arces & imponũt mõtibus turres: vt cælũ: id eſt regnũ hoſtis occupẽt:
q̃ oia tandẽ a victore deijciũtur: vt a Ioue factũ eſt. De hoc gigantũ bello atq; ſuperũ videbatur Varro aliter
opinari. Dicebat. n. hoc fuiſſe cum ceſſaſſet diluuiũ: dicens aliquos in diluuio cũ vtenſibus oibus confugiſſe
i mõtes: q laceſſiti poſtea bello ab alijs: q de alijs deſcenderant mõtibus tanq̃ ſuperiores veniẽtes facile re
pellebant. Vñ fictũ eſt ſuperiores deos eẽ: iferiores vero terrigenas. & quia ex vallibus ad ſummã tẽdentes
ꝓmiſſo pectore quaſi reptare videnť more ſerpentũ. Inde dictũ eſt eos ſerpentũ habuiſſe pedes. Quod ãt
de reliqs etiã intelligat̃ neceſſe eſt:ne oporteat replicare quoties de flumine aliquo ſermo fieret. Is aũt flu/
Qui pri/ m⁹ vina miſcuit. uius:vt ait Ouidius:gemino cornu olim erat inſignis tandẽ ob petitã Deianirã Oenei regis calidoniæ filiã i
cõiugium Herculi deſpõſatã:cũ eo in certamẽ deuenit:& cũ ſeſe in varias transformaſſet figuras ad vltimũ
victus & ſpe cõiugij:& vno cornu priuatus eſt. Primũqꝫ ꝑterea Lactãtius & Seruius dicunt hunc fuiſſe:qui vi
nũ poculis miſcuerit:qđ etiã teſtat̃ Vergilius. Poculaqꝫ inuẽtis acheloia miſcuit vuis. Eũqꝫ ſyrenaꝝ patrem
eſſe voluerũt. Quid per hoc ſentiẽdũ ſit exquirentes ſciendũ acheloum fluuiũ e pyndo monte fluere:vt ſcri
bit Plinius:& vt Vibius ſequeſter de fluminibus aſſerit:prim⁹ fuit:qui terrã erupit:& vt idem plinius ait:a car
naniã ab ætholia diuidit:& per fines perebioꝝ effluens in maliacũ ſinũ effundit̃ hoſtio obiectas habens in/
ſulas thynnidas:ex qb⁹ aſſiduo terræ iuectu cõtinẽti qnaſdã iunxit. Certamen tñ eius & Herculis ceſſit:vbi
eiuſdem labores in ſequentibus:vt dabit̃ exponemus. Vinum autem poculis miſcuiſſe:nil aliud intellexiſſe
veteres puto:niſi quia primo penes eum in gręcia vineæ plantatæ ſunt:quæ i vſu ante non erant:& ſic ex eo
loco primo vinum propinatum eſt. de ſyrenis autem dicet̃ in proximo.

De Sirenis filiabus Acheloi. Cap. XX.

SIrenas tres fuiſſe Seruius & Fulgẽtius aſſerũt:& acheloi atqꝫ Calliopes muſæ filias:cantateſqꝫ di
cunt alterã voce:alterã cithara:& tibijs tertiã. Leontius vero illas dicit fuiſſe quattuor ſic nũcupa
tas. Aglaoſi:Teldpoi:Piſno:& Iligi. eaſqꝫ filias acheloi & Terpſichores muſę quartã tympano ca
nere ſuperaddẽs. Has dicit Ouidius ſocias fuiſſe ꝓſerpinæ:eãqꝫ raptã diu q̃ſiſſe:quã cum non re/
periſſent in marina mõſtra fuiſſe cõuerſas:ora virginũ habentia:& corpus ad vmbilicũ vſqꝫ fœmineũ:abin
de infra piſces exiſtentia:quos alatos Albericus dicit:& eis gallinaceos pedes addit:& retẽta modulatiõis
doctrina:qua añ mutationẽ vtebant̃. dulciſſimã canũt melodiã. Eas ꝑterea dicit Seruius iuxta peloꝝ Sicilię
ꝓmõtoriũ primo:deinde ad capreã inſulam receſſiſſe. Plinius vero dicit Neapolim calchidenſium:& ipſam
Parthenopem a tumulo ſirenis appellatã:& ſic iam qnqꝫ ſirenas habem⁹. Deinde paulopoſt dicit:idẽ Plini
us nuceria Surentũ cũ ꝓmontorio Mineruæ ſyrenũ quendã. &c. Ariſtoteles aũt vbi de mirabiliũ auditu di/
cit. In extremo Italię vbi pelorus ſciſſus ab apẽnino iter tyrrheno mari i adricum ꝑbet. ſyrenicas aũt iſulas
reſidere:eiſdẽ ibidẽ ſacrũ cõſiſtere tẽpliũ:i quo plurimum ab idigenis ſacrificijs honorant̃:q̃ cum tres ſint nõ
abſurdũ eſt nominũ meminiſſe. Vna ex eis igr̃ Parthenope appellat̃:ſecũda leucoſia:tertia lygia nũcupat̃.
Hæc ille. Has iſuper aiũt ſui cãtus dulcedine nautas in ſonũ trahere:ſopitos mergere:merſos vltimo deuo
Sirenes nauigantes mergunt. rate:q̃obrem i pratis iter occiſoꝝ oſſa illas pingebant veteres:& nõnulli mortuas dicũt dolore:q̧ a ſe Vlyſ
ſem ꝑtereuntẽ trahere neq̃uerunt:vt i Odyſſea deſcribit Homerus. hęc de illis legiſſe memini:in quib⁹ qđ
fingentes ſenſerint aduertendũ eſt. Paleſactus añ alios in libro icredibilium ſcribit has meretrices fuiſſe ſo
litas decipere nauigãtes. Et Leontius aſſerit vetuſtiſſima haberi fama apud Etholos prima gręcoꝝ fuiſſe
meretricia:& tantum Lenocinio facunde valuiſſe:vt fere omnem Achaiam in ſuam vertiſſent ꝑdam:& ex
Vbi primũ meretrices. hoc arbitrari fabulæ originis ſirenaꝝ locũ fuiſſe conceſſum:& ſic ille Etholię fluuius pr̃ eſt dictus:eo q̧ eum
penes prima ſua ſcæleſta cepere ſeruitia:& vt itelligamus per labentem fiuuiũ patrẽ laſciuiã effluentẽ cõcu
piſcentiã meretricũ:qb⁹ ob blandã fere oium facundiã calliope.i. bona ſonoritas mr̃ aſcribitur. Demũ pria
vocatur Parthenope a partheno:quod eſt virgo:cõſueuere q̃dem meretrices doctę volentes exteros irre
tire virginum ſeu pudicaꝝ matronarum mores fingere:oculos.ſ.i terram deijcere:verba pauca facere:eru/
beſcere:tactum fugere:petulcis etiam geſticulationibus ludere:& huiuſmodi:vt ex his arbitrentur inſipidi
hoſtem honeſtatis hoſpitem eſſe:& icognitũ appetãt:qđ erat cognitum fugiendũ. Secunda dicit̃ leucoſia:
a leucos:qđ eſt album. Ex quo ſumendũ reor oris formoſitatẽ:& corporis decentiã atqꝫ veſtiũ:& ornamẽ/
toꝝ ſplendidam apparentiã:qbus comptę incedunt illecebres. Nam ſi deſint iſta:cũ ab ignaris per exterio
iudicentur intrinſeca:non facile deueniet ad itentũ:cũ de ſui natura turpes vilipendant̃ & pauperes. Tertia
dicitur ligia ab ligi:qđ eſt circulus:ſeu gyrum:ex quo inſipientis captiuas aſſumenda. quę adeo irretitos te
net aſtrictos:vt etiã ſi nouerint ſcæleſtiſſimas eſſe:quas amant nequeant volentes vincla diſſoluere. Harũ

autem cantus voce:fidibus:& tibiis quid aliud putandi ſunt:niſi mellíflua verba:gemitus:blandiciæ: riſuſq; laſciui:& petulantiæ:quibus carcerati nautæ.i.exterriti trahuntur in ſomnum a talibus.i. in ſui obliuionem ſeipſos ſpe ſtolida decipientes donec his liguriensibus mercimonia omnia:facultates & nauigia dederint: & ſic demerſi non in mare:ſed i ſterquilinio obſcœnæ libidinis deuorent̃ ab his marinis:immo infernalibus monſtris:quæ eis nudatis atq; repulſis.in pratis:ideſt in deliciis oſſibus miſerorũ.i.exinanitis memoriis nudatorum inſident:ſeu eoſdem infami ſeruitute premũt. Ab vmbilico autem infra ideo piſces eſſe dixere:vt cognoſcamus ad decorem eo vſq; virgineũ corpus.i.pulchrum atq; decens mulieribus eſſe conceſſũ:vt appareat homo. in vmbilico autẽ omnẽ libibinoſam mulieꝵ concupiſcentiã eſſe credunt:cui ſoli quod corpori deorſum reſtat deſeruit:ex quo non abſurde piſcibus ſimilantur:qui animalia ſunt lubrica & facile in aquis huc illuc diſcurrẽtia:ſic & meretrices cernimus i coitum diſcurrere varioꝵ:quod per alas etiam deſignatur. Eas autem habere gallinaceos pedes ideo voluere:quia prodige & inconſiderate credentiũ eis diſpergãt ſubſtantias. Socias autem has fuiſſe proſerpinæ ideo fictum puto:quia Proſerpina ſicula abundãtia reꝵ ſumenda ſit:ex qua vt plurimum libidinis pruritus ſubſequitur & ciborum ociorum que diuitiæ miniſtrantur. Hæc autem dum ſubtrahitur:vt fit remanente ob conſuetudinem appetitu:dum perquiritur nec inuenitur: & ob penuriam appetitus acuitur fit vt a multis in lupanar vſq; quæratur. Dicunt inſuper has incolere inſulas & litoralia loca:quod ideo dictũ eſt:qa ſic ſit. Hequeunt enim huiuſmodi fœminæ vbi cognitæ ſunt au/cupiũ facere:& iõ hęc ex ꝓpoſito icolũt loca:ad q̃ crebro forẽſes aduemãt:vt illos poſſĩt icognitę laqueare. De his qdẽ ſyrenis deo plen⁹ Iſaias dicit. Syrenæ & demonia ſaltabãt i Babylonia:qd᷑ forſan ęuo nr̃o i noua Aabylone cõtigiſſe vidimus. Sunt aũt ſyrenę dictę a ſyron:quod eſt tractus. trahũt.n.vt p̃mõſtratũ eſt.

De Inacho fluuio.xij.filio oceani qui genuit Ionem.Phoroneum:& Phegeum. Cap. XXI.

INachus achaiæ grandis eſt fluuius irrigans.vt ait Pomponius:argolicos campos. Hic vt cæteri oceani & terræ dicitur filius:pro quo ſentiatur volunt veteres de Inachio rege ſycioniorum:a quo denominatus eſt:qui vt Euſebius ait:regnauit. regnãte apud aſſyrios Balameo ſeu Xerxe circa annos mundi.iij.Mil.ccc.xlvij.qua tempeſtate Iacob natus eſt.

De Ione Inachi filia & matre Epaphi. Cap. XXII.

IO:vt dicit Ouidius:filia fuit Inachi:ex qua talem recitat fabulam.ꝙ cum eſſet formoſiſſima virgo a Ioue dilecta eſt:qui illã a paternis vndis redeuntẽ atq; iam fugientẽ:orantemq; tenebris ſuperin/ductis detinuit:& oppreſſit:& cũ iuno ex alto vidiſſet tenebras ſuſpicata deſcendit in terras:& te/nebras ſoluit:qd᷑ iudpiter videns:ne pateret crimẽ:puellã transſormauit i vaccã:eamq; laudãti atq; depoſcẽti iunoni ægre dono conceſſit:quæ ilico Argo filio Areſtoris:cui centũ erant oculi bini & bini dormiẽtes vicíſſim:ſeruandã tradidit:cui cõpatiens iuppiter miſit Mercuriũ vt illã cuſtodia liberaret:qui paſtores ſumpta forma argo iũctus eſt:cui dum redderet fiſtulæ rationẽ:eum tetigit caduceo & in profundiſſimũ ſomnũ omnes vna oculos eius aſtrinxit:& inde dormientem glagio interemit:quod videns iuno Argi oculos ſumens illos caudæ pauonis auis ſuę appoſuit:& vaccę imiſit oeſtrũ:quo infeſtata curſum rapuit:& peragratis locis plurimis nõ añ deſtitit:q̃ ad ægyptios perueniret:vbi q̃euit:& p̃ce iouis a iunone eidẽ forma priſtia reſtituta ẽ:& vt volũt plurimi:ioui peperit Epaphũ:miſitq; Api nepoti ſuo:& ex ione ab ægyptijs iſiſ dicta ẽ. Cuius fabulæ duplicẽ eſſe ſenſum puto:naturalem ſcilicet & hiſtoriographum:quorum talem naturalem exiſtimo: Io po/ vt hic iuxta Macrobij ſententiã ꝓ ſole Iuppiter accipiẽdus ſit:q ſol inachi fluuij filiã amat.i. humani ſeminis ſtea Iſis vitalem humiditatem vt in eam agat:fiatq; quod ait Ariſtoteles. homo hominem generat & ſol:quam qui/ dicta. dem humiditatem inachi iuxta fictionẽ filiam:tunc tenebris circundat:cum i vtero matris ſuo opere conce/ Quo hõ ptum fœtũ auget:& conſeruat:quas quidem tenebras tunc iuno.i. Iuna:ad quã ſpectat meatus ãpliare cor generet. porum reſoluit:cum inuocata more veteri:eo ꝙ dea parturientium haberetur illum iam maturum deducit in lucem:quem iam ſol in vaccam tranſformauerat:ideſt ex humiditate humani ſeminis cõcreta animal fe/cerat:& ideo in vaccem tranſformatus dicitur homo:quia vti vacca laborioſum & fructuoſum ſit animal ſic labor deus ipſe cognouit. Demum hic iam natus argo ſeruandus committitur:ideſt ratiõi:cui profecto multa ſunt lumina ſemper & in ſalutem noſtram vigilantia. Sane Mercurius:ideſt blande carnis aſtutia.caduceo:ideſt ſuaſiõibus peſſimis:in ſomnum rationem deducit:atq; iterimit:eaq; ſuperata atq; deiecta Iuno.i. regnorum præeminentiarum:atq; diuitiarum concupiſcẽtia.vaccę:ideſt humano appetitui ſummitit oeſtrũ: ideſt ſollicitudinis acquirendi ſtimulum. Hinc miſeri curſum rapimus:vagamur & circumagimur fluctuantes quietem eis in rebus quærentes:in quibus ne dum ſit quies:ſed cõtinuus labor ineſt talis vt anxios nos ad vltimũ deducat in ægyptum:ideſt in tenebras exteriores vbi fletus & ſtridor dentium. & ni nobis diuino munere ſuffragium præſtetur:Iſis efficimur:ideſt terra. ſic enim iſis interpretatur & a cunctis tanquam res vilis atq; deiecta calcamur. Et hæc quantum ad naturalem & myſticum ſenſum dicta ſint. Ad hyſtorialẽ autem videntur ſufficere quæ ſupra de Iſide Promethei filia dicta ſunt:ſi hanc potius q̃ illam ægyptiam iſidem eſſe velimus. Theodontius vero & Leontius aptiſſime negant Ionem hanc in Aegyptum trãſfretaſſe aut vnquam Iſis habuiſſe nomen:quinimmo dicit alter eorum eam apud Ionas regnaſſe:eoſque de ſuo nomine nuncupaſſe. Quibus & ſi multum Ouidij obſtet auctoritas:multum tamen fidei affert inconuenientia temporum. Euſebio enim teſte in libro temporum Inachus apud argos regnauit circa annos mundi.iij.M.ccc.xlvij.eum que annis quinquaginta regnaſſe dicit Euſebius idem:infra quod tempus Ionẽ natã neceſſe ẽ. Potuit hac tẽpeſtate iouẽ atheniẽs filiũ eẽ:ex quo & Nyobe Phoronei filia natũ Apin nõ Epaphum. Reliqui vero ioues diu fuere poſt iſtum:ex quibus ſecũdus iſidi Promethei filiæ cõtenporaneus eſt.

Nam regnante argiuis Phorbante Iſis Promethei filia floruit ætate:& eadẽ tempeſtate cõſtat Argũ fuiſſe
cuncta cementẽ. Inde idem Euſebius in eodẽ libro anno mũdi iij.M.dc xlvij. regnãte Cecrope athenis di/
cit Ionẽ Inachi fuiſſe filiã:eidẽq; Iouẽ imixtũ:& eã ãno Cecropis.xlij.i ægyptũ trãſfretaſſe. Subſeqnter ad/
huc Euſebiꝰ i eodẽ libro dicit ãno mũdi.iij.M.dc.xxix.Danaũ argiuoꝝ regẽ fuiſſe:& eiꝰ filiã Hypermeſtrã
eandẽ Iſidem ſeu ionẽ eſſe.Poſtremo in eodẽ volumie aſſerit ãno mũdi.iij.M.dcc.lxxxiij.regnãte Lynceo
argis:& athenis Pandione Hypermeſtrã:quã Iſidẽ vocauere:fuiſſe.Q d' qdẽ tempus ſatis cõpetit Ioui cre
tẽſi:qui Iuppiter tertiꝰ fuit.Quibꝰ tã diuerſis hiſtoriographoꝝ opinionibꝰ fere ſtupefactꝰ:quid teneã de hac
Iſide neſcio.Hoc tamẽ ſcio:quia temporis cõformitas Iſidis Promethei cũ Ione:& hiſtoria:quæ ſi non vera
eſt:vero tamen ſimilis eſt:me magis q̃ ad aliquã aliarũ trahit.Sane.vt ab aliqua circa allegoriã huius Ionis
per alios dictã reuertar:alijs omiſſis dicunt hanc Ioui in vaccã fingi mutatã:quia in naui cuiꝰ erat ĩſigne vac
ca:in ægyptũ tranſfretaſſet.Quæ poſtmodũ diu:vt dicit Fulgẽtius:ab ægyptijs in ſumma reuerẽtia habita
eſt:& ibi lr̃as ægyptiis tradidiſſe:q primo ſignis loco lr̃arum vtebantur:eoſq; terrę docuiſſe culturã:& vt pla
cet Martiano:lini vſum ſementẽq; primã ibidẽ adinueniſſe:atq; ſeri feciſſe:& multa eis etiã cõmoda demõ
Ius inuẽ/ ſtraſſe. Eſto Auguſtinus in libro de ciuitate dei.dicat quoſdã ſcribere eã de æthiopia in ęgyptũ veniſſe regi
ta & bñ nam.Præterea eam Api nepoti ſuo:qui poſt eam:& aliqui ante eam dicunt:in ægyptũ etiã tranſfretauit:nu/
facta. pſiſſe. Euſebius vero eam cuidam nupſiſſe Telegono ſcribit:& ex quocũq; habuerit ſeu ex Ioue ſeu ex Api
vel Telegono Epaphũ filium peperiſſe volunt.hæc inſuper propter conceſſa commoda doctrinis ſuis ęgy
ptiis ab omnibus habita eſt:& dum viueret omni diuino cultu honorata:& poſt mortem vt ait Auguſtinus
vbi ſupra:adeo fuit illis grata:vt capitali crimine reus fieret:ſiquis eam fuiſſe hominem diceret.

ℭDe Phoroneo Inachi filio:qui genuit Egyaleum & Niobẽ. Cap. XXIII.

PHoroneus:vt Euſebius in libro temporum ſcribit:filius fuit Inachi:& ſecũdus apud argos tenuit re
gnum:Belocho regnante aſſyriis & ſiciõiis Leucippo:fuit quippe homo inſignis induſtria:& ſapien
tia conſpicuus:Cuius tempore primo legum & iudiciorum argos clarior facta eſt. Nam ob hoc mi/
Phoro/ ris ciuilis periti dicunt eum locum quem forum dicimus:in quo .ſ. iura petentibus redduntur denominari.
neꝰ legũ Cuius præterea filios Egyaleum atq; Niobem fuiſſe dicit Euſebius. Aſſerit inſuper Lactantius hunc primũ
lator Iunoni ſacrificaſſe.
Argis.

ℭDe Egyaleo Phoronei filio. Cap. XXIIII.

EGyaleus:vt teſtatur Euſebius:Phoronei fuit filius. Huic Apis quem Phoronei filium quidem di/
cũt.quod etiam idem velle videtur Euſebius:dato dicat eum ex Niobe filia Phoronei Iouis filiũ
primum:ex mortali fœmina ſuſceptum fore:poſtquã argis regnaſſet:in ægyptum trãſitꝰ Achaiæ
regnum liquit:ſed cui imperauerit regioni non dicit. Euſebium autem in ſe diſcordantem de Api:quem a Io
uis & phoronei dicit filium:vt verum ſcripſiſſe videatur: eſt poſſibile duos fuiſſe quibus nomen idem : quo/
rum alter Iouis:alter phoronei fuit filius:& ſic identitas nominis veritatem hiſtoriæ intricauit. Quod autẽ
duo fuerit per Euſebium apparet:quorum vnus:vt ipſe ait:ſycioniorum rex fuit:circa annos mundi.iii.mil.
cc.xxix. Alter vero apud ægyptios deificatus eſt anno mundi.iii.mil.cccc. lvii. & hunc idẽ dicit Euſebius re/
gem argiuorum fuiſſe anno mundi.iii.mil.cccc.lvii.& cum Egyaleum fratrem ſuum regem feciſſet achaiæ
ad ægyptum nauigaſſe.prędterea idem Euſebius ſcribit anno mundi.iii.mil.cccc.xiii.Iouem niobi filię Pho
ronei immixtum & ex eo concubitu natum Apim / quem poſtea ſerapim ęgyptii vocauere. Deus rei huius
videat veritatem/ego quidem has intricationes non intelligo/nedum explicare queam.

ℭDe Niobe filia Phoronei/quę peperit Apim. Cap. XXV.

NIobe:vt Euſebio placet fuit filia Phoronei eſto Geruaſius Tileberienſis in libro ocioꝝ ipe
rialiũ aſſerat/hanc matrẽ Phoronei nõ filiã/qđ qdẽ nõ ẽ i poſſibile idẽ nomẽ matri & filię fuiſ
ſe.Cũ hac aũt dicit Euſebius & poſt eũ Lactãtius immixtum Iouem. cum ante mortalium
nulli fuiſſet immixtus.& ex ea ſuſcepiſſet Apim qui poſt Phoroneum regnauit argiuis.& ab
ęgyptiis poſtmodum Serapis dictus eſt.

ℭDe Phegeo Inachi fluminis filio. Cap. XXVI.

Hægeus:ſi Auguſtino credimus:Inachi fuit filius:qui dum adhuc iuuẽculus moriretur:ad eius tu/
P mulum tẽplũ conſtructũ eſt & ſacra ordinata:vt & tãquã deus etiam coleretur. Primus quidem
ſacella dijs inſtituerat:& honores diuinos impenderat: docueratq; regni ſui rudes homines tẽ/
pora per menſes & annos diſtinguere. Quibus meritis a ſuis deus habitus eſt.

ℭDe Peneo flumine.xij.Oceani filio q genuit Cyrenẽ & Daphnẽ. Cap. XXVII.

Eneus Thaſſaliæ fluuius eſt æque oceani:ſicuti & reliqui:filius : celebris quidem poetarum car/
P minibus:& hiſtoriographorum litteris:cui duæ fuere filiæ:Cirene & Daphne.

ℭDe Cyrene Penei filia:quæ peperit Ariſteum & fratres. Cap. XXVIII.

CYrene teſte Vergilio filia fuit Penei fluminis:dicit enim. Cyrene ſoror ipſe tibi tua maxima cura
Triſtis Ariſteus Penei genitoris ad vndam &c. Hanc dicit Iuſtinus ab apolline raptam : & ei Ari
ſteum & fratres peperiſſe. Huius autem quæ ſecũdum veritatẽ Penei regis apud peneum regnã
tis fuit filia:& fabula & hiſtoria plene habetur in præcedentibus vbi de Ariſteo dictum eſt.

ℭDe Daphne Penei filia Cap. XXIX.

DAphnem Penei fluminis fuiſſe filiã vulgatiſſima fama eſt:& fere delirę iam anicule eã & ſpecioſiſ
ſimam virginem:& a Phœbo dilectam nouere:eãq; dum fugeret miſeratiõe deorum in laurum
fuiſſe cõuerſam:& inde ab apollie ad ſuas citharas & pharetras ornãdas aſſũpta:q̃ fabula ni fal

lor:non naturalis. Pro Daphne quidē humiditas q̄ circa Penei ripā ex ipſo Peneo ꝓcedit ſumenda eſt: quā ideo Apollinem dixere diligere: eo ꝙ illam feruore radiorum ſuorum in ſublimē trahat: eamq́ nonnunq̄ rā reſoluit in aerem. & ob id humiditas vt natura fit: quia vnaqueq́ res fugit & renuit id: per quod deeſſe ad nō eſſe trahitur ſeſe ad intrinſeca terræ trahit: ibi autē cum eam in altum trahere nequeat Apollo: agit in eam: & cum abundet regio illa ſemine laurorum elicit lauros: & ſic daphne: ideſt humiditas Penei filia in laurum verſa videtur. Sed ratio videnda eſt cur huius frondes ſuis citharis & pharetris dicarit Apollo: quæ poteſt eſſe talis. mos græcorum vetuſtiſſimus fuit: ſecundum qualitates agonum: quos varios in ſuis ſolēnitatibꝰ peragebāt: inter alia munera ſertis frondium honorare victores: & cum inter ceteros tanquam dignior pythius celebraretur agon: qui in memoriā ſuperati pythonis ab Apolline cura ſolertiori fieret: victori eiuſdē laureum decernebatur ſertum. Aequo modo poetis his potiſſime. qui heroico carmine geſta maiorū perpetuæ cōmendabant memoriæ: videbatur enim hos non poſſe ſine apollinis facundia tam ſublimes verſꝰ cōponere: & ſicuti per pharetrā apollinis pugiles & athletas deſignari volebant: ſic per citharam demōſtrari poetas: & hinc tractum Apollinis citharas & pharetras ornari lauro. Qui mos poſtmodū cum vniuerſali rerum gloria ad Romanos delatus eſt: tāteq́ apud eos fuit exiſtimationis: vt niſi quibus decerneretur triūphus: decerneretur & laurea: poetis exceptis: qui ſnperato laudabili labore meriti viderētur. Quod vir iclytus Frāciſcus Petrarcha: cui iam pridē fuit honor iſte delatus in epiſtolis teſtatur dicēs. Florea virginibꝰ ſūt laurea ſerta poetis. Cæſaribuſq́ ſimul: parq́ eſt ea gloria vtriſq́. Nec erat decernere cuiquā lauream vulgatæ auctoritatis: ſenatus ſolius fuit iſta poteſtas: quā ſibi poſtea vt reliqua ſubripuere principes. Quæ aūt ratio tam exquiſiti moris inuentores mouerit: non latet. Dicunt enim Iſidorus & Rabanus: ꝙ laurus a verbo laudis dictus ſit: cum priſco tempore laudus vocaretur: & inde quia victores: per quos & ſeruabatur & augebatur reſpublica: & poetas: per quos hominum merita miris extollebantur laudibus: frondium laudē ſignificantium ornabantur. Viret præterea arbor hæc perpetuo: vt oſtendatur per eius viriditatem benemeritorum perpetuo virere famam: & quoniam ſola non fulminetur: ſic talium gloriæ viriditatem ab inuidiæ fulmine ledi non poſſe. Sacra inſuper hæc arbor Apollini ideo eſt: eo ꝙ occultam quandam diuinatiōis videatur habere virtutem. Nam aiunt ſiquis huius frondes capiti dormientis ſupponat: eum vera viſurum ſomnia: & ideo Apollini diuinationis deo edicata eſt.

In pythijs lauro coronabantur victores. Poete lauro decorant. Laurꝰ fulmine nō tangitur. Frondis lauri mira virtus

¶ De Nilo flumine. xiiij. Oceani filio: qui genuit Mineruam Herculem Dionyſium Mercurium & Vulcanum. Cap. XXX.

NIlꝰ fluuiꝰ ē meridionalē ęgyptū ab ęthiopia ſeparēs Oceāi & terrę filiꝰ Huic ſcd'm quoſdā latine nomē ē meloſeūq́ nri theologi i ſacris libris appellari gēō dicūt: de hoc mīta & mirabilia referūt. Cōpoſuit. n. ex eo libellū Ariſtoteles: & Seneca phūs vbi de q̄ſtiōibꝰ naturalibꝰ mīta dixit: & poſt eū Luca. ſic & ego vbi de mōtibꝰ & fluminibꝰ: de quo quoniā hic p̄ter ſimplex nomē nō ponit: ſiqs ā plꝰ videre deſiderat: p̄allegata volumina q̄rat: Nos aūt de filijs eidē attributis ꝓſequamur.

¶ De Minerua nili filia. Cap. XXXI.

MInerua alia a ſuperioribus: vt dicit Tullius de naturis deorum: filia fuit Nili: eamq́: vt ipſe idem teſtatur: ægyptij ſaletæ colunt. credo ego hanc prudentia & artificio inſignem fuiſſe mulierem. ideo nili filiam dictam: quia penes eum forte geſſit imperium.

¶ De Hercule Nili filio. Cap. XXXII.

HErcules a ſuperioribus alijs: vt placet Tullio: Nili fuit filius. Hunc autem litterras phrygijs cōſcripſiſſe: eumq́ dicit Theodontius: qui cum Antheo luctam egit: quem arbitror illuſtram aliquem fuiſſe virum nili accolam: & inde ideo illi filium attributum.

¶ De Dionyſio Nili filio. Cap. XXXIII.

DIonyſius: vt dicit Cicero Nili filius fuit: non tamen idē cū reliquis: cū dicat eum Nyſam interemiſſe: quæ autem hæc fuerit Nyſa: ego nō repperi: ſunt tamen qui velint hunc eū eſſe Dionyſium: qui aduerſus Indos habuit bellū: & a Perſeo ſuperatus & occiſus eſt. Hunc præterea nonnulli putāt eum eſſe: qui cum Antheo pugnauit: & ob victoriam habitam Herculis meruiſſe cognomen.

¶ De Mercurio q̄rto Nili filio: qui genuit Mercuriū q̄ntū & Daphnim. Cap. XXXIIII.

MErcurius a ſuperioribus quartus Nili fuit filius: vt legitur apud Tulliū de naturis deoꝝ. Hunc dicit Theodontius Hermetē triſmegiſtū fuiſſe: pium quidē hoiem & plurimis imbutū doctrinis: & tanq̄ gētilis homo de vero deo mirabiliter bn̄ ſenſit eo in libro: quē de idolo ad Aſclepiū ſcripſit hic apud ægyptios in maxima veneratione fuit: adeo: vt apud eos nephas fuerit ipſum proprio nomine nūcupare. Credo ob reuerentiam numinis: ne forte inter nominādo de eius humanitate & mortalitate ſermo contingeret: & ſic videretur deitati eiuſdem in aliquo derogari. Nili aūt filius dictus eſt ad extollendā fluminis & eius gloriā. Volentes eū inſuper quoſdā ſeu genitos ſeu attributos habuiſſe filios.

Mercurius Triſmegiſtꝰ

¶ De Daphni Mercurij quarto filio. Cap. XXXV.

DAphnis: vt Seruius aſſerit: filius fuit Mercurij: vtrum huius: an potius alterius ignoro. Ego autem quoniam ſub hoc appoſitum comperi: ſic appoſui. Fuit quidem iuuenis forma ſpecioſiſſimus: & vt aiunt: primus in ſiluis paſtor.

Daphnis pmꝰ paſtor

¶ De Mercurio quinto filio Mercurij quarti: qui genuit Noracē. Cap. XXXVI.

MErcurius q a primo q̄ntus ē: vt dicit Theodōtius: Mercurij filij Nili fuit filius & cū a p̄re Cath fuerit noiatus ob iſignē eius: & artificioſam ſciētiā meruit cognominari Mercurius atq́ coli. Huic. n. ceteroꝝ mercurioꝝ aſcribunt iſignia: ac iſuper a Theo. gallꝰ illiꝰ apponit cigulo. Qui dicit eū: cū

illi videret̃ a fama ꝓaui atq; patris locũ ꝑripi in extremũ occiduũ abiſſe:& ibi in maxĩa occidẽtaliũ exiſtimatiõe fuiſſe:& cũ illos multa docuiſſet ad mercimonia ſpectãtia:& mẽſuras & pondera mercatoꝝ deũ ab eis nuncupatum fuiſſe:cuius nominis interpretatio a præclaro viro Franciſco Petrarcha facta optime cõuenit cum titulo deitatis. Dicit enim in libro inuectiuarũ in mędicũ ſic. Vnde & Mercuriũ: quẽ ſermõis deũ vocãt: inde dictũ volunt:ꝙ mercatorũ kyrius (hoc eſt domin⁹) eẽ videat̃. Hæc ille. Gallũ autẽ illi addidiſſe:vt omittamus reliqua:vt nocturnã mercatorũ ſolertiã deſignaret : qua eo tẽpore potiſſime vtunt̃ in compenendis mercimonijs:& in reuidendis rõnibus:& in itineribus peragẽdis & huiuſmodi. Hũc eundẽ triphonum.i. cõuerſibilẽ appellant:qđ aptiſſime mercatoꝝ eſt:ſc.ſ. ad mores quarũcũq; notionũ:ad quas vadũt vertere:& negocia ſua oĩa quadã aſtutia ſermonis circũuolutiõe peragere:& igenio & ſagacitate tractare. Et quoniã ad occiduos abierit:ab ægyptijs & græcis eũ abijſſe ſub terras fictũ ẽ. De hoc Iulius Cælſus i libro belli gallici a Cæſare cõfecti dicit ſic. Hũc galli maxĩe colunt:& multaꝝ inuẽtorẽ artiũ volunt : & viarũ atq; itinerum ducẽ dicũt:& ad quæſtũ pecuniæ & mercaturas hẽre vim maximã arbitrant̃. Cicero aũt vbi de naturis deorũ hunc Mercuriũ qui triphon appellatus eſt:filiũ dicit fuiſſe Valẽtis & coronidis. Leontius autẽ addit dicẽs eũ vterinũ fratrẽ fuiſſe æſculapij medici fulminati:& ob dolorẽ fraternæ mortis ad occiduos receſſiſe. Euſebius vero in libro tẽporũ cũ Theodontio concordat dicẽs:eũ fuiſſe filiũ Triſmegiſti:& regnante argis Steleno floruiſſe.

Cur Gallus Mercurio tribuitur. Alij non Celſ⁹ ſed Cæſar.

¶ De Norace Mercurij quinti filio. Cap. XXXVII.

NOrax:vt dicit Theodõtius:fili⁹ fuit Mercurij quĩti ex Oſchyra nympha Pyrrhenei filia. Q đ etiã teſtari videt̃ Solinus vbi de mirabilib⁹ mundi q atq; cũ Theodontio dicit hunc Noracẽ a Tharſalo Hiſpaniæ oppido veniſſe Sardiniã:vbi cũ ſardus Herculis filius vniuerſam inſulam ex ſuo nomine dixiſſet Sardiniã:ipſe oppido conſtructo de ſuo nomine nuncupauit.

¶ De Vulcano Nili filio:qui genuit æthiopem & ſolem. Cap. XXXVIII.

VVlcanus:nõ is qui ꝓfuit Lẽno:ſed alter:vt Cicero de naturis deoꝝ ſcribit: filius fuit Nili. Hũc opim ægyptij appellant eũq; eſſe cuſtodẽ ægypti volunt & cũ nil aliud de eo legerim:credo eũ aliquẽ inſignẽ fuiſſe viꝝ circa fabrefactiões:& architectonicã:& ſecus nilũ ĩperiũ habuiſſe: & ob id nilo i filiũ attributũ.

De Aethiope Vulcani filio. Cap. XXXIX.

AEthiops:vt Plinio placet i libro de hiſtoria naturali: filius fuit vulcani:& vt idẽ ĩpe ait : cũ oĩs gẽs ei⁹ regiõis:q̃ poſtea ęthiopia dicta ẽ:appellaret̃ ętheria:& deĩde athlãtia:poſtremo ab æthiope æthiopia nũcupata eſt:nõ parum equidẽ argumentum eũ potentiſſimum fuiſſe hominem.

¶ De ſole Vulcani filio:q genuit Phaetõtẽ:Phaetuſã:Lãpetie & Iapetiã. Cap. XL.

SOl:vt ſcribit Tullius:Vulcani ægyptij fuit filius:& vt idem dicit Cicero : ægyptij volunt eius vrbẽ fuiſſe Heliopolim : nã græce elios ſol dicit̃. Theodõtius autem dicit eũ in ea ciuitate regnaſſe: & ſplendidiſſimũ fuiſſe regem:& meropem vero nomine nuncupatũ:& in cõiugem Climenem habuiſſe: & ex ea heridanum: quem Phaetõtẽ vocauere:& alios filios ſuſcepiſſe Leõti⁹ vero putabat eũ idem cũ æthiope fuiſſe & ob ſplendorẽ occupatæ æthiopiæ ſolẽ ab amicis & ſubditis nõcupatum.

¶ De Phaetonte ſolis filio qui genuit Lygum. Cap. XLI.

PHaeton fili⁹ fuit ſolis ægyptij:& Climenis:vt carmĩe patet Ouidij ĩ perſona Climenis dicentis. Per iubar hoc inquit radijs inſigne coruſcis Nate tibi iuro:quod nos auditque videtq;. Hoc te quẽ ſpectas : hoc te qui tẽperat orbem Sole ſatũ &c. De hoc talem recitat Ouidius fabulam. Contigiſſe.ſ. quod nõ cedẽte Phaetonte Epapho Iouis & Iſidis filio:ab illo illi dictũ ſit: eũ ſolis non eſſe filium:quã ob cauſam Phaeton matri conqueſtus ab ea i regiã vſq; ſolis deductus ẽ:vbi a pr̃e benigne ſuſcept⁹ petijt:qđ iam ſe daturũ iurauerat donũ.ſ.vt lucis currũ illi ducere permitteret:qđ cũ illi Sol diu fruſtra diſſuaſiſſet:inſtanti conceſſit. Ipſe vero non ſufficientibus viribus ad regendũ equos territ⁹ viſione ſcorpionis dimiſit habenas :quam ob cauſam equi omiſſo conſueto itinere nunc in cælum aſcendentes: tes:nunc verſus terrã etiã declinantes omnem illã cæli regionem exuſſerũt:& fere terrã omnem multis deſiccatis fontibus & fluminibus icenderũt.quo incendio terra cõmota orauit Iouem vt auxiliaretur ei:qbus precibus motus Iuppiter fulminauit Phaetõtem:qui in Padum cecidit:ibiq; a ſororibus defletus atque ſepultus est & ſepulchro appoſitũ epitaphium tale. Hic ſitus eſt phaetõ currus auriga paterni:Quem ſi non tenuit:magnis tamen excidit auſis. Fictio hæc iudicio meo : ſub ſpiſſo cortice hiſtoriã & naturalem rationẽ tegit. Creditũ n. ab antiquis eſt:vt in libro tempoꝝ aſſerit Euſebius:& poſt eum Oroſius præſbyter in chronicis ſuis:incendium quoddam permaximũ in partibus græciæ & orientis fuiſſe : regnante cecropo primo athenienſiũ rege:nec hoc humano opere factum:ſed corpoꝝ ſupercęleſtiũ infuſione emiſſum: & id omnes vocauere incendiũ Phaetontis. Huius.n.longe lateq; vagantis opere factum eſt vt deſiccarentur fontes:& flumĩa multa:ſata oĩa redigerent̃ in cineres & areſcerent ſyluę:& arbuſta quęcũq; : relĩq̃rentur ab incolis vrbes:& a populis regiones:& fere mare ferueſcere videret̃ omne:& cũ menſibus perſeueraſſet pluribus: contigit vt circa mediũ autumni cadentibus immenſis himbribus extingueret̃. Quę ſub figmento tali ratione ponunt̃. Phaeton ante alia:vt ait Leontius theſſalus:latine ſonat incendium. Hic ideo ſolis dicit̃ fili⁹: quia ſol caloris fons & origo ſit:& ſic cum a ſole cauſari videatur calor omnis : nõ incongrue incendij pater fictus eſt. Climene autem gręce latine ſonat humiditas : quę ideo Phaetõtis mater dicta eſt : quia nõ poſſit perſeuerare calor:niſi cõgrua ſubſiſtat humiditas:& ſic ab humiditate tanq̃ a matre filius ali videt̃:& in eſſe perſeuerare. Quod autem Phaeton petat a patre:vt curꝝ lucis ducat: nil aliud ſentire debem⁹ q̃ ĩnatũ qđdam etiam inſenſibilibus vegetatiuis creaturis permanendi & augendi deſiderium : vt de iſenſibilib⁹ tanq̃ de rõnalibus loquar:qđ etiã de terra orante dicere poſſumus. Qđ ãt inferit̃ eũ viſo ſcorpiõe timuiſſe : atq;

Qñ fuit incendium phaetontis.

habenas equorum liquiſſe:& eos vltra ſolitum aſcēdiſſe:& cęli partem illam exuſſiſſe:& terram ęquo modo deſcendentes incendiſſe:ab ordine naturę continuo ſumptum eſt. Eſt enim in zodaico ſpacium.xx. graduum a.xx.ſ.gradu librę vſq; ad.x.ſcorpionis:quod philoſophi viam vocauere cōbuſtam: eo ꝙ ſingulis annis gradiente ſole per ſpacium illud:omnia in terris videantur exuri. Nam areſcunt herbe:& frondes albeſcunt & decidunt:aquę ad iteriora terrę trahūtur:nec aliqd penitus ea tempeſtate gignit: & ſic ab effectu cęli pars illa denoiatur. Prętere a phaetontem circa medium autūni fulminatum fingunt:q a eo tēpore ex oppoſito ſcorpiōi occidēte ſole ſurgunt i oriēte cū ſigno tauri pleiades orion & erydanꝰ aſtra. habētia prouocare pluuias:& exundationes aquarum:a quibus extinguūtur incendia. Quas pluuias videmꝰ vt plurimum cadēres circa mediū autūni:vel ante & diu perſeuerare:& ſic earū opere omnis terrę ſuperficialis calor extinguitur:Eum autem i erydanum cecidiſſe ſic ſentiendū puto. Dicit enim Iginius i libro de aſtrologia poetarum:eridanum a nōnullis nūcupari nilū:& ab alijs oceanū:pro quibus ingētem aquarū copiā debemus accipere:& ſit intelligere incendia ingenti aquarū copia cadere.i.extingui:& ſic non in padum ſimpliciter: vt nonnulli minus aduertenter arbitrantur. Quod aūt a Ioue fulminatus ſit ſic itelligendū reor. Intelligunt enim poetæ nō nunq̄ pro Ioue ignem:& aliquando aerem:qui hic pro aere accipiendus eſt:in quo aſcēdentes vapores humidi glomerātur i nubes quæ ſi ipulſu alicuius venti extollantur vſq; ad frigidam regionem aeris confeſtim vertuntur i aquas cadentes pluuias dicimus:& ſic fulminatus eſt.i.extinctus a Ioue.i.ab aere cauſante pluuias. Poſſumus inſuper dicere omiſſa hiſtoria veteri:æſtiuum calorem a tēperie ſuperuenientis autūni extingui:& i nubes deijci. Aſſerit tamen Paulus peruſinus ſecundum neſcio quem Euſtachiū: ꝙ regnante Spareto apud Aſſyrios:erydanus qui & phaeton ſolis ægyptij filius cum copia ſuorum duce Nilo nauigijs deuenit i mare:& ventis adiutus i ſinum quē liguſtinum dicimus:venit. Ibi cum ſuis lōga fatigatꝰ nanigatione deſcendit:& cum ſuaſiōibus ſuorū in mediterranea pergeret genuinum vnū ex ſocijs ſuis nauſea maris debilitatum cum parte ſuarū nauium cuſtodem liquit in littore. Qui iunctus accolis loci ſilueſtribꝰ hoibus opp:dū condidit:& Genuā de ſuo nomine nūcupauit. Erydanus autem ſuperatis montibus: cum i ampliſſimam atq; fertilem deueniſſet planiciem:homineſq; rudes & agreſtes:ferǫces tamen compenſiſſet ratus ſe ingenio eorū ſuperaturū ferociam:ſecus padum cōſedit:& vt idem refert Paulus:videtur Euſtachiū velle Taurinū oppidū ſuum fuiſſe opus:ſed Erydanū nuncupatum. Ibidē autem cū aliquādiu regnaſſet: relicto Lygure filio in pado perijt:a quo padus Erydanus appellatus eſt. Quem veteres ægyptij in memoriam cōpatrotæ ſui inter cæli imagines locauere:& ſic aliqui vident arbitrari hoc fabulæ dediſſe cauſam: & potiſſimeq̄ꝰ fulminatus ſit phaeton:& i Padum deiectus. Addebat huic Leōtius fratres duos:Iphidum.ſ. & Phylacem:eoſq; natu maiores Phaetonte:de quibus quoniā nil aliud inueni illos apponere nō curaui.

Via exuſta i Zodiaco.

Genua a quo cōdita.

¶De Lygo Phaetōtis filio. Cap. XLII.

L Ygus vt ex prædictis patet filius fuit Phaetontis:eiq; mortuo ſucceſſit:qui quos habuit in ditiōe popolos lygures de ſuo nomine nuncupauit.

Lygures vnde.

¶De Phaetuſa Lampetie:& Iapetia filiabus Solis. Cap. XLIII.

Phaetuſa. Lampetie:& Iapetia:vt ait Ouid. filiæ fuere ſolis: & ſecus padū mortē Phaetontis flētes in arbores verſe electrum lachrymantes ſunt. Cuius figmenti ſi cauſā exq̄rimus:non arbitror has fuiſſe feminas:quinimo diuerſas arborū ſpecies circa dapi paluſtra agente ſole ſponte ſua naſcentium:& circa ęſtatis extremum:dum incipit ſolis feruor decreſcere:ſudantium humorem croceum in modū lachrymarum:qui ſi colligat arte ſolidatur in electrū:& q a vt dictū eſt ſole agente naſcunt in locis humidis: Solis & Climenes:ideſt humiditatis filiæ dictæ ſunt:& a ſole helyades nuncupatæ.

¶De Alpheo fluuio oceani filio.xv.qui gennit Orſilocum. Cap. XLIIII.

Alpheus Oceani & terræ fuit filius:quē Seruius fluuiū elidis eē dicit:& ꝙ apud Piſam elidis ciuitatem effluat. Hunc autē amaſſe Arethuſam nymphā quæ in fontē verſa eſt:eāq; in Siciliā vſq; ſecutū:ſupra vbi de Arethuſa ſatis dictum eſt. Verū Seruius amoris huius flāmas his aperit verbis. Elis & Piſa ciuitates ſunt Archadiæ:in q̄ eſt fons ingēs:q̇ ex ſe duos alueos creat. alpheū & arethuſam: vnde fit vt fingat coniūgi in exitu quos origo nō cōiunxit. Huius aūt filiū dicūt fuiſſe Orſilocum.

¶De Orſiloco filio alphei fluuij qui genuit Diocleum. Cap. XLV.

Orſilocus filius fuit Alphei fluminis:vt liq̄do teſtatur Homerus in Iliade dicens. Diues in vita vel in pecunijs. Generatio autē erat a fluuio alpheo:qui ample fluit per terrā Pylō:q genuit Orſilocū multorū virorū regē. Orſilocus aūt genuit Dioclea magnanimū. A Diocleo gemelli filij nati ſunt Crito Orſilocuſq; omnis pugnæ bene ſcientes. Hunc Orſilocum dicit Homerus in Phyri ciuitate quę ſecus Alpheum eſt habitaſſe:ex quo patet quæ ſit huius filiationis cauſa.

¶De Diocleo filio Orſiloci:qui genuit Critonem & Orſilocum. Cap. XLVI.

Diocleus vt ſatis per Homerū oſtenſum eſt:filius fuit Orſiloci:ex quo pręter nomē & genus: & qđ Critonem & Orſilocum filios genuerit non habeo.

¶De Critone & Orſiloco filijs Dioclei. Cap. XLVII.

Crito & Orſilocus:vt oſtenſum eſt:fuerunt filij Diocleti. Hi quidē inſurgentibus gręcis aduerſus Troianos:vna cū reliq̄s gręcorū pricipibus coniurantes Venere ex Phyri ciuitate ad exterminiū Ilionis. Ibi autē cū ingentis eſſent animi:& plurimum incorporeis viribus confiderent: die quadā inito certamine auſi ſunt aduerſus Aeneā armis inſurgere:a quo ambo occiſi ſunt:& maximo Menelai & antilochi neſtoris filij labore e manibꝰ hoſtiū eorū cadauera ſubtracta ſunt:& cōceſſa ſepulchra.

¶De Criniſio fluuio.xvi.Oceani filio qui genuit Aceſtem. Cap. XLVIII

Alij Criniſſũ vocant.

CRiniſus fluuius Oceani & terræ fuit filius. Is quidem per ſiciliam fluit:& ex eo talẽ refert Seruius fabulam. Nam cũ Laumedon promiſſam Neptuno & Apollini mercedẽ pro ędificatiõe muroꝝ Ilionis non perſolueret:& Neptunus iratus Troiæ Cæte immiſiſſet:vt eam vaſtarent:conſultus Apollo etiam indignatus dicunt contraria reſpondiſſe:ſcilicet obiiciendas eſſe puellas nobiles belluæ:quod cũ fieret:Hyppotes troianus nobilis:cum cerneret Heſionem Laumedontis filiam nõ abſq; ſeditione religatam:timens ne ſic Egeſtæ filiæ ſuæ cõtingeret:clam illam naui ĩpoſuit:fortunæq; commiſit. volens potius:vt ſe non vidente a fluctibus ſorberetur:q̃ ſe coram deuoraretur a belua. Hæc autẽ ventorũ vi in Siciliam delata eſt:vbi Criniſus fluuius eius forte formoſitate captus:in canẽ ſeu vrſum verſus eã cepit atq; oppreſſit:& ex ea Aceſtem filium ſuſcepit. Cuius fabulæ mediũ hiſtoria eſt. quod autẽ circa principium fictũ legitur:vbi de Laomedonte exponitur:quod autem in fine eſt:dicit Theodontius per cõiecturas oportere ſumi:cũ nil traditũ inueniaꝰ ab antiqs. Et iccirco dicit poſſibile fuiſſe hanc virginem minis alicuius potẽtis circa Criniſũ vbi deuenerat pauefactã eius in amplexus veniſſe. Nã minantiũ boatus latratibus canũ ſimilimi ſunt:ſeu audaci alicuius cõplexu. qđ ad vrſũ ſpectare videtur:virginẽ captã atq; oppreſſam fuiſſe.

¶ De Arceſte filio Criniſi fluminis. Cap. XLIX.

ACeſtes filius fuit Criniſi fluminis ex Egeſta troiana:vt in æneide teſtaꝰ Vergilius dicẽs. Occurrit Aceſtes Horridus in iaculis & pelle libiſtidis vrſæ. Troia Criniſo cõceptũ flumine mater. Quẽ genuit veterũ non immemor ille parentũ &c. Hic iã ſenex primo Anchiſem & æneã Italiã petẽtes ſuſcepit hoſpitio:& mortuũ Anchiſẽ vna cũ Aenea ĩ Erice mõte Sicilię ſepeliuit:demũ iterũ a carthagine deſcẽdẽtẽ æneã:quo illũ venti ĩpulerãt ſuſcepit:vbi Aeneas cõdita ĩualidis ſocijs ciuitate eã a mr̃e Aceſtis vocauit Egeſtam:quę poſtea ſegeſta vocata eſt:& ſub dominio reliquit Aceſtis:quem tam ab Aenea relictiq̃ indigenæ regem ſuum vocauere.

¶ De Tyberi fluuio.xvij. Oceani filio qui genuit Ocnum. Cap. L.

TYberis ſeu tibris Oceani & terræ filius: hic ex appẽnini latere dextro afflués thuſchos ab vmbris atq; cãpanis:vrbẽ etiã Romanã diuidẽs ſeparat. Cui ego q̃ cõtigerit rerũ dominiũ ĩtueri circa ſe toto orbi & corminibꝰ poetaꝝ celeberrimꝰ factꝰ ẽ:adeo vt Xãtũ atq; Simoẽtẽ græcorum memoria illuſtres ſuperauit. cui multa fuere nomina:quæ ſiquis appetit: videat vbi de montibus:& fluminibus ſcripſi. Placuit præterea priſcis hunc tyberiũ filiũ genuiſſe.

¶ De Ocno Tyberis filio. Cap. LI.

OCnus filius fuit Tyberis fluuij & Mantonis filiæ olim Tyreſiæ thebani vatis:vt id æneida teſtatur Vergilius dicens. Ille ẽt patrijs agmen ciet Ocnꝰ ab oris Fatidicæ mãtus & tuſci filius amnis: Qui muros matriſq; dedit tibi Mãtua nomẽ &c. Hũc Seruius dicit in Buco. Bianorẽ vocari a Vergilio. Sane Põpõius ĩ coſmographia de hac Manto ſeu aliter mantone ſentire videꝰ dicẽs Aſiaticũ littꝰ deſcribẽs:ibi libedos clariq; Apollinis phanũ:quod Mãto Tyreſiæ filia fugiẽs victores thebaꝝ ephigenos & colophon:quã Mopſus eiuſdẽ Mantonis filius &c. Ex quibus patet nõ occiduum ſed in orientem ſolem hac fugientem ſumpſiſſe iter. Eſt tamen poſſibile eam tractu tẽporis in Italiã veniſſe:quod & ſi minime probetur:quis tam claro vati fidem degenet circa ſuæ ciuitatis originem?

¶ De Axo fluuio.xviij. filio Oceani qui genuit Pelagonium. Cap. LII.

A

Xus fluuius oceãi & terræ fuit filꝰ de quo Home. in Iliade: procul ab amidona ab axio amplifluctus axio:cuius pulcherrima aqua ſpargiꝰ per terrã paphlagonũ &c. hũc dicit Homerus amaſſe perhibiam antiquiorẽ ex filiabus Acheſſomenij:& eã oppreſſiſſe: & ex ea pelagoniũ ſuſcepiſſe.

¶ De pelagonio Axij filio:qui genuit Aſteropium. Cap. LIII.

PElagonius filius fuit Axij fluminis & perhibiæ:vt Homerus in Iliade teſtatur ex quo nil aliud legiſſe memini niſi q̃ Aſteropium filium genuit.

¶ De Aſteropio Pelagonij filio. Cap. LIIII.

A

Steropiꝰ vt teſtaꝰ Home. filius fuit pelagõij. Qui audax iuuẽis atq; robuſtꝰ cũ pœnis auxilio vẽit troiãis:& dũ nimis ex viribꝰ ſuis cõfideret ĩ. xi. die poſtq̃ ad troiã venerat Achilli irato ob occiſum patroclũ occurrere auſꝰ ẽ:& p̃io verbis eũ laceſſeꝛ & ĩde armis cõtẽdere:a quo miſere ceſꝰ interijt

¶ De Aſopo fluuio Oceani.xix. filio:qui genuit Ipſeũ & Aeginam. Cap. LV.

Statiꝰ in ſeptimo Thebai.

ASopiꝰ fluuiꝰ:vt aiũt:Oceani & terrę fuit filꝰ. Hic per Boeotiã fluit:vt ait Lactãtiꝰ:& ĩ epydaumõ effluit:vt ibi de fluminibꝰ aſſerit Vibius. Hũc præterea patrẽ aſſerũt fuiſſe Ipſei & æginæ:q̃ cũ reſciſſet æginã a Ioue vitiatã:adeo ægre tuliſſe:vt furore cõmotꝰ vndis i aſtra bellũ moueret:vt ait Statiꝰ. Nãq; ferũt raptã patrijs ęginã ab vndis Amplexu latuiſſe iouis:furit ãnis & aſtris. Infeſꝰ bellare parat (nõdũ iſta licebãt. Nec ſuperis) ſtetit audaces effuſus ĩ iras. Cõſeruitq; manũ:nec quẽ iplorarer habebat &c. Iouẽ ãt cõmotũ eũ fulminaſſe aiũt Qđ idẽ teſtaꝰ Statiꝰ dũ dicit. Donec vi tonitru ſũmotꝰ & igne triſulco Ceſſit adhuc ripis aioſꝰ gurges ãhelis Fulmineũ cinerẽ magneq; iſignia pœnę. Gaudet:& ętnos ĩ cęlũ efflare vapores &c. Fictio fabulę huiꝰ talẽ cõtegit veritatẽ. Dicit Leõtiꝰ Aſopũ regẽ fuiſſe Boeotię & ab eo flumẽ denomiatũ:cui cũ Iuppiter arcas ęginũ ſubripuiſſet filiã:cõuocatis viribꝰ bellũ aduerſꝰ eũ mouit:& ab eo victꝰ atq; fugatꝰ ẽ. Qđ ãt fulmiatꝰ fuerit: nõ ſpectat ad regẽ: ſed ad flumẽ:qđ cũ per ſulphureos cãpos trãſitũ faciat:& vndis ſuis ex illis fumũ ſuſcitet:apđ veteres iram fulminis cãuit.

¶ De Ipſeo Aſopi fluminis filio. Cap. LVI.

Ex eodẽ ſeptimo.

IPſeus filius fuit aſopi fluminis:vt carmie ꝓbaꝰ Statij dũ dicit. Ipſe a q̃drijugos clypei ſeptẽplice tauro &c. & ĩfra aſopos gẽuiſſe daꝰ &c. Hic ãt vt idẽ oſtẽdit Sta. auxiliũ tulit ætheocli aduerſꝰ polinicem.

¶ De Aegina filia Aſopi: quæ peperit Eacum. Cap. LVII.

AEgina filia fuit Aſopi fluminis: vt ſupra dictũ eſt: quã iuppiter amauit: dicit Ouidius: Aureus vt danae aſopida luſerit ignis: &c. Nã in ignẽ verſus eã cœpit & opp̃ſſit: & ex ea ſuſcepiſſe æacũ volũt: qui poſtea vt idẽ ait Ouid. inſulã enopiã: in qua regnauit de noie matris vocauit a ginã: quæ in hodiernũ vſq; nomẽ ſeruat. Quod in ignẽ verſus ſit: dum cũ ægina concubuit: arbitror potius a virtute ſubſecutæ poſteritatis: q̃ aliunde ſumptũ. ignei eni vigoris homines fuerunt ęacides: vt in Achille: Pirrho & alijs deſcendentibus ſatis videre poſſumus.

¶ De Cephiſo flumine Oceani. xx. filio: qui genuit Narciſſum.. Cap. LVIII.

CEphiſus filius oceani fuit & terræ: & per Boeotiã labit: vt oñdit Lucan⁹. Boeotij cotte duces quos impiger ambit Fatidica cephiſo, aqua cadmeiaq; dirce: &c. Huius dicũt filiũ fuiſſe narciſſum: & q; cum eſſet cede zephiri proſtratus: Apollinis miſeratione ſanatus eſt. dicit Lactantius: Circa q̃ primo aquas Cephiſi ideo vocant fatidicas credo: quia penes eũ fuerit olim templũ themis: ad qđ cũ nondum eſſent oracula phœbi: Deucalion & pyrrha conſulturi deã uerunt: & quia ibi darentur reſpõſa & quid fato futurũ eſſet demõſtraret: ſumpſit aqua cognomẽ: & quod deę templi erat: aque etiã appropriatum eſt. Et forſan præcedentia ſacra reſponſa inſtituto veteri abſq; aqua fluminis fieri nõ poterant: & ſic aliqd videbatur aqua illius falſæ diuinitatis habere. Quod nece zephiri proſtratus ſit poſſet eẽ intẽtio hæc. Dicit Auguſtinus ĩ libro de ciui. dei. Meſapũ regẽ ſycioniorũ nouũ fuiſſe: qui & Cephiſus appellatus eſt: cuius forte regia in parte erat: in qua æſtiuo tẽpore flante zephiro ſanitas erat incolis. eo vero ceſſante: vt fit: & alijs ſuperuenictibus ventis corrũpebaĩ aer: & ſic factũ eſt. vt nece zephiri Cephiſus infirmitatẽ ĩcideret: a qua beneficio Apollinis. i. medicinæ: quia medicinæ deus appellatus eſt Apollo: releuatus ſit Cephiſus: & ſanitati reſtitutus. Et ſi hæc regi attribuere volumus: poſſumus regioni: per quam labitur Cephiſus.

Themis añ phoebũ rñſa dedit.

¶ De Narciſſo filio Cephiſi. Cap. LIX.

NArciſſus filius fuit Cephiſi & Lyriopis nymphæ: vt ſatis oſtendit Ouid. Cerula liriope quam quõdã flumie curuo Impleuit. clauſeq; ſuis cephiſus i vndis: &c. Ex hoc ſatis notã fabulam Ouidi⁹ refert. Dicit ei q; nato Narciſſo ad tyreſiã vatẽ delat⁹ ẽ: vt de ſucceſſu vitæ ipi⁹ haberet rñſũ. Qui rñdit percũctãtib⁹ pue; victuŋ quãdiu ſe videre differret Qđ quidẽ vaticiniũ p mũ ab audiẽtib⁹ iſũ ẽ. ſed tãdẽ effectu nõ caruit: nã cũ i formoſiſſima adoleſcentia excreuiſſet: venator factus a nymphis pluribus amatus eſt: ſed ab echo parnaſi nympha potiſſime. Sed cũ eẽt inexorabilis: & floccifaceret oẽs diligẽtes ſe: orationibus nympharũ ipetratũ eſt: quod infra modicũ tẽporis cõtigit. Nã die quadã cũ tã labore venationis q̃ æſtu tẽporis feſſus in recentẽ vallẽ ſeceſſiſſet: ſitiens ſe ĩ lipidũ reclinauit fõtẽ: & viſo idolo: quod ante nõ viderat: exiſtimãs fontis nymphã repente pulchritudinẽ probauit: & captus eſt. & cũ non poſſet quod arbitrabaĩ poſſe contingere: cũ ſeipſum ſtulta cõcupiſcẽtia ligaſſet. poſt lõgã q̃relã ſui oblit⁹ ibidẽ inedia perijt: & in florẽ ſui nois miſeratione nympharŋ verſus eſt. Hac ex fictione moralis excerpiĩ ſenſus: Nã per echo: quæ nil dicit niſi poſt dictũ: ego intelligo famã: quæ vnũquẽq; mortaliũ diligit tanq̃ rẽ: per quã conſiſtit. Hanc multi fugiunt & paruipendũt: & in aquis. i. in mũdanis delitijs nõ aliter q̃ aqua labilis ſeipſos. i. ſuã gloriã intuentur: & adeo a ſuis voluptatibus capiuntur: vt ſp̃ta fama poſt paulũ tanq̃ nõ fuiſſent: moriunĩ: & ſi forſan aliquid nois ſupereſt in florẽ vertiĩ: q mane purpureus & ſplendẽs eſt. ſero autẽ languidus factus marceſcit: & in nihilũ ſoluiĩ. Sic & huiuſmodi ad ſepulchrũ vſq; aliquid videnĩ habere fulgoris. ſepulchro autẽ clauſo euaneſcit: & in obliuionẽ perditur vna cũ nomine.

Echo nympha

Narciſſ⁹ in florem mutatus

¶ De Meandro flumine oceani. xxi. filio: qui genuit Cyanem. Cap. LX.

MEander fluuius oceani & terræ fuit filius. & genuit cyanẽ nymphã. Hunc dicit Liui⁹ in ſumma cylenarũ arce naſci: & mediam per vrbẽ affluere: idẽ per carias & ionas in ſinũ maris deferri: q iter Pyrenem & miletum eſt.

¶ De Cyane filia Meandri. Cap. LXI.

C Yane Meandri filia a Mileto ſolis filio: & dilecta & opp̃ſſa ei peperit caunũ & biblidẽ: vt Ouidius ait: Biblida cum cauno prolem eſt enixa gemellam.

¶ De Phylira. xxij. filia Oceani. Cap. LXII.

PHyliram Oceani fuiſſe filiam dicit Paulus: & a Saturno dilectam ei Chironẽ centaurũ peperiſſe.

¶ De Sperchio. xxiij. Oceani filio: qui genuit Mneſteum. Cap. LXIII.

SPerchius fluuius Oceani & terræ fuit filius. Hic vt ait Homerus ex Polydori filia Pelei: & Borionis coniuge genuit Mneſteũ: & vt ait Põponius in ſinu pegaſo effluit: eiq; deuouerat Achilles comas / vt ait Lactantius / ſi ſoſpes ab expeditione troiana remeaſſet in patriam.


¶ De Mneſteo filio Sperchij. Cap. LXIIII.

MNeſteus / vt ait in Iliade Homerus fuit Sperchij fluminis & Polydoris filiæ Pelei filius / qui cum egregius eſſet iuuenis Achillem ad obſidionem Troianam comitatus eſt.

¶ De Sole. xxiiij. Oceani filio. Cap. LXV.

S Olem aliũ a ſuperis ĩ lib. naturaľ hiſtoriç dicit Ply. auctoritate Gellij oceani fuiſſe filiũ / matre nõ exp̃ſſa Et hũc dicit medicinę & mellis fuiſſe iuẽtorẽ qđ pluribus hactenus attributũ eſt / nec propterea admirãdũ. Poſſibile. n. eſt taliũ multos varijs ĩ locis repertores fuiſſe / cũ vbiq; igenia me Vni⁹ reiditationeſq; valeant & ſic qđ apud gręcos credim⁹ Apollinis opus aut Ariſtei non auferĩ qn poſſibile fuerit mľti inuentores. apud Oceanũ naſci aut aduenıſſe / qui tãtũ dũ valuerit ingenio / & eadẽ experiẽtia cõperiſſet quẽ loci incolę ad extollendũ nomẽ eius & genus ſolẽ vocauere & oceani per quem forte nauigio venerat / dixere filium. Nos autem quoniam omnis oceani proles explicata eſt / finem faciemus volumini ſeptimo.

Octauum ſaturnus habet cum parte ſuorum.



Genealogiæ deorum gentilium Liber octauus. Procemium.

Offuſcari nebulis cælũ:& ſolis præclarum deficere iubar:turbari ventis aera:crebras coruſcationes aperiri:audiri ſyluas:mugire ſolum:& quodãmodo in cauernis tumultuari:in ſummum cete maris:& monſtra reliqua efferri:terriſq; mulceri vndas:querulis volucribus taciturnitatem imponi:& vmbras impelli nemorũ:& in latebras ſylueſtres abire feras:ac omnia repente triſtari cœptum eſt. Ego autem mirari primo:demũ tã grandi rerum permutatione exterritus:in medijs Semperchij faucibus ſolis adhuc inuenta proſpiciens:quod in oceano minime timueram timere cœpi:ne in antiquũ chaos omnia verterent. Nec quid agere ſtabat conſiliũ. Tandem dũ ſic in pendulo eſſem:& ecce ex orientali oceano quaſi ſe ſe ab inferis in altũ efferẽs:tardũ atq; nubilũ ſidus viſum eſt. Stygia velatum caligine:quod dũ nebulis immixtum intuerer:memor præceptorũ venerabilis Andalo:odioſum atq; nociuum Saturni aſtrum fore cognoui. Cuius dum pernicioſos mores in mentem reducerem:ceſſit ilico repentinæ mutationis pauor:& ad admiratio. Et quaſi eo apparente ſuarum miſeriarum:i noua rerum immutatione præmonitus. Cum ex cęli filijs ſecundum cœpti operis ordinem eſſet extremus:ad explicandã eius ſplendidam prolem:nõ vno quidem volumine:ꝑgrandis quidẽ eſt. Sed ex iſtis ſequẽtib⁹ proximo euocatũ me noui. Sane cũ labyrinthos quattuor fuiſſe hiſtorię teſtentur veterũ. Aetruſcũ.ſ.& ęgyptiacũ:Cretenſem atq; Lẽniacũ:ex his qui errorũ & circũuolutionũ plenior fuit:non dubitem qui facilius intranti atq; progredienti præſtitent exitum q̃ preſtaturę ſint infœlices grandęui ſenis:cuius ſermonẽ intraturi ſummus ambages. nam cũ fere oĩs vetuſti erroris inclinetur:& gentilitatis inſania:non erit leue ad exitũ deduxiſſe diuerſitates opinantiũ:ac diſſonãtias errantiũ:& antiquorũ relationes ambiguas & in propoſitũ pulſum:ac deuiũ exulẽ:atq; agricolã reuocaſſe regẽ. Non ergo abſq; horrore quodã oceani littora:proleq; relinquo inter aſperos ſcopulos & profũdos adirteros vſq; hiatus:aquarũ vertigines plurimas directuturus fragilis nauigij ꝓram:& potiſſime cũ nondũ ſatis:etiã ſi per fuſcũ aerẽ oculos ipingã:quorſum ſuaſurus ſim:aduertere poſſim. Spero tamẽ is qui liuidas ditis domos & terribiles a terra fuligine peruias factas victor euacuauit iu optatũ exitum aperiet æquor immenſum. Quattuor Labyrithi fuere.

De Saturno.xi. Cęli filio:q.x.genuit filios.ſ. primũ Cronium.ij.Veſtã.iij.Cererẽ.iiij.Glaucam.v.Plutonem.vi.Chironẽ.vij.Pycum.viij.Iunonẽ.ix.Neptũnũ.x.Iouẽ tertiũ.& ſane de Ioue Neptũno & Iunone nõ in hoc libro:ſed in ſequentibus.v.libris ſcribetur.

Cap.I.

SAturnus cęli & Veſtę fuit filius:vt in libro diuinarum inſtitutionum ſcribit Lactãtius Cui ante alia veteres Opim ſororem ſuam ſacro iunxere cõnubio. eiq; ex ea ſuſceptos plures aſcripſere filios quos aliqui ferũt deuoraſſe oẽs:& e veſtigio euomuiſſe. Nõnulli ſeruatũ Iouem opis fraude:& illi loco eius addũt lapidẽ pſentatũ:quaſi illũ peperiſſet opis Volũt præterea illũ cælo patri virilia abſcidiſſe falce. Quod illi factũ a Ioue dicunt alij. Inde qdã eũ regno pulſum ſcribũt a Ioue. Alij vero apud inferos relegatũ. Sũt inſuper q illũ ſenẽ:mœſtu:ſordidũ.capite obuolutũ:inertẽ:ſegneq; & armatũ falce deſcribant. Cur cæli terraq; dictus ſit filius rationẽ oſtẽdit Lactantius:vbi in lib.diui.inſtitutionũ in teſtẽ minutium fœlicẽ inducẽs ait. Saturnũ cũ fugatus eẽt a filio:in Italiãq; veniſſet cæli filiũ dictũ:quod ſolemus hos:quorũ virtutẽ miremur:aut eos qui repẽtine aduenerit de cælo cecidiſſe dicere. terræ autẽ quod ignotis parentibus natos terræ filios nominemus. Sũt hæc quidẽ ſimilia veri:nõ tamẽ vera:qa cõſtat etiã cu regnaret ita eſſe habitũ:potuit ſic argumẽtari Saturnũ cũ potẽtiſſimus rex eſſet ad retinẽda parẽtũ ſuorũ memoriã: Quid ſit Celi filiũ eſſe.
nomina eorũ cæli terræq; indidiſſe:cum ij alijs vocabulis appellenť.qua rõne & mõtibus:& fluminibus nomina ſcimus ĩpoſita. Hæc Lactãtius:Qui alibi dicit. Ennius quidẽ in Eumero nõ primũ dicit regnaſſe ſaturnum:ſed Vranũ patrẽ:& alibi idẽ:Apparet ergo nõ ex cælo natũ eſſe:quod fieri nõ põt:ſed ex eo homĩe cui Vrano nomẽ fuit:quod eẽ verũ Triſmegiſtus auctor eſt:qui cũ diceret admõdũ paucos extitiſſe:in qb⁹ eſſet perfecta doctrina:in his Vranũ:Saturnũ:& mercuriũ noĩauit cognatos ſuos:&c. Quẽ Vranũ cęlum a Saturno vocitatũ idẽ teſtať Lactantius dicẽs. Legi in ſacra hiſtoria Vranũ potentẽ virũ Veſtã habuiſſe cõiugẽ:& ex ea Saturnũ atq; Opẽ:& alios ſuſcepiſſe:qui Saturnus cũ regno potens efficereť:patrẽ Vranũ cęlũ appellauit:& matrẽ terrã:vt hac mutatione nominũ fulgorẽ ſuæ originis ampliaret:&c. De Opi autẽ cõiuge multa ſupra dicta ſunt. Quid terre. Vran⁹ ſaturni pr̃.
Eũ deuoraſſe filios & euomiſſe demũ duplicẽ tangit ſenſum:hiſtorialẽ.ſ.& naturalẽ. Nã in ſacra legiť hiſtoria:vt alias dictũ eſt:qa ſaturn⁹ vt retineret regnũ cũ Titano fratre pactionẽ habuit occidẽdi omnẽ maſculinã prolẽ:quæ a ſe gignereť. Verũ qui naſcebãtur maſculi clã ab eo a cõiuge ſeruabanť:eiq; pſentabanť fœminæ:& ſic abſumpti videnť filij:q̃rũ ad Saturnũ:& tunc emiſſi cũ in vltionẽ ſuã aduerſus Titanũ cõparuere. Circa autẽ naturalẽ rõnẽ dicit ſic Cicero. Saturnus autẽ eſt appellatus ꝙ ſaturetur annis. Edere enĩ natos fingiť:qa cõſumit ætas tẽporis ſpacia:anniſque pteritis iſatiabiliter expleť:&c. & hoc q̃tũ ad deuorationẽ filiorũ dictũ. De emiſſione autẽ diceť de fructibus annuis e terra ſuſceptis. Nã ꝓductę in tẽpore fruges ex terra eſto deuorenť:oẽs in tẽpore ab eodẽ tẽpore agẽte deo ãno ſequẽti reddunť:Ob hãc fictionẽ ab ignaris minime itellectã a nõnullis creditũ ẽ deteſtabilẽ illũ ſacrorũ ritũ apđ q̃ſdã barbaras nationes exortũ:quo.ſ.ſaturno quidã:ne dũ alios:ſed natos imolabãt ꝓprios:q̃ſi iſtat illius actum. Macrobius autẽ dicit in libro ſaturnaliorũ ꝙ hercules geryone ſuperato ſacrũ hoc apud Italos imutauit. Iuſſitq; loco humanorũ capitũ:quibus cõficiebať:oſcilla ad humanã effigiem ex cera compoſita Saturni aris accẽſis luminibus imponerent:quod poſtea diu obſeruatum eſt. Dicunt inſuper nato Ioue loco eius Saturno a cõiuge lapidẽ oſtenſum:de quo dicit Theodõtius eũ ipſum lapidem fuiſſe Iouẽ. Sed mõſtratũ ſaturno Iouẽ non Saturn⁹ vndo.

ſuum:ſed alterius hominis fuiſſe filium & lapidem nuncupatum:quod forſan ſic eſt. Dicit enim Euſebius
Danao argis regnante lapidē quēdā cretenſibus imperaſſe:quo tēpore iam cretēſis iuppiter ſecundū quoſ/
dam poterat regnare cœpiſſe. De abſciſiōe genitaliū:quā quidā a Ioue Saturno factā volūt ſatis ſupra vbi
de ſecunda Venere dictum eſt. Saturnū a Ioue regno pulſum certiſſimū hiſtoriograpgi arbitrant̄ facinoris
cauſam ſacra declarat hiſtoria in qua legit̄:ꝙ cum iuppiter Saturnū & Opim a titanibus captos liberaſſet/
cōperit forte Saturnus ꝙ regno pelleret̄ a ioue:& ideo ad euitandā fortē Ioui inſidias tetendiſſe:vt illū occi
deret. Quod cū Iuppiter cōperiſſet contractis fortibus arma in eū ſumpſit. Qui cū nequiſſet reſiſtere:& vt
volūt q̄dam i phlegra victus aufugit:ꝙ aūt apud inferos relegatus fuerit a Ioue:falſum eē ſacra demōſtrat
hiſtoria. in qua ſic ſcriptū eſt. deinde titan poſtq̄ reſciuit Saturno filios procreatos:atq; educatos eſſe clam
ſe:ſeducit ſecū filios ſuos:qui titani vocant̄:fratrē ꝓ ſuū ſaturnū atq; opē cōpræhēdit:atq; muro circūegit &
ſcuſtodiā his appoſuit. Et poſt hęc paululū ſubdit. Iouē ad vltimū cū audiuiſſet patrē atq; matrē cuſtodijs cir
cūſeptos:atq; in vincula cōiectos veniſſe cū magna multitudine cretenſiū titanūq; atq; filios eius expugnaſ
ſe/parantes vinculis exemiſſe:patri regnū reddidiſſe:atq; in cretā rediſſe. Hæc ibi. pro quibus dicit Lactan
tius Liberatur Iuppiter ſūmi ſceleris crimine:ꝙ patrē vinxiſſe cū pedibus perhibetur. Si vero eiuſdē Lactan
tij velimus opinionē ſequi:qui ſuper thebaide ſtatij dicit. Saturnū relegatū a filio apud inferos:tunc dicem⁹
ꝙ cū Saturnus a Ioue pulſus:vt dicit̄ in Italiā abierit:quæ gręcia iferior eſt. i. occaſui ꝓpinquior:apud iferos
deſcendiſſe videt̄:& ibidē ideo relegatus:quia in regnū redire nequibat:& ſic & exules etiā nōnunq̄ dicim⁹
relegatos. Quod aūt mœſtus ſenex obuolutus capite:tarduſq; & ſordid⁹ ſit:atq; ornatus falce:& planetæ
& homini cōuenīūt oīa. Albumaſar autē in ſuo maio. i. introductorio dicit Saturnū cōplexione frigidū eſſe &
Saturni planete natura
ſiccum melancolicū:& fœtidi oris:quæ ad mœſtū hominē ſpectare vident̄. Dicit pręterea eū comeſtorē prę
grandē:auarū:pauperē ad inopiā vſq;:maliciosum:inuidū:ingenio valentē:ſeductorē:& in periculis audacē:
& cōuerſationis paucę:ſuperbū:ſimulatorē:iactatorē:& cogitationis q̄plurimæ atq; ꝓfundi cōſilij:tardū ad
irā:ſed irreuocabilē fere:bonū nemini cupientē:populatoreq; locorū. Eſt præterea ſignificator operis ad a/
gricultură ſpectantis menſurationū terrarū. atq; diuiſionū:peregrinationū lōgarū atq; laborioſarū:carcerū
a:que triſtitiarū mœrorū:fraudū:& afflictionū:deſtructionū:amiſſionū:mortuorū & eorū reliquiarū vitupe/
rationū ac latrociniorū:effoſſorū etiā ſepulchrorū:& veſpillonū magorū & vilū hominum:& ſpadonū. Quæ
oīa q̄ conformia ſint:ſaturno homini attributis:quoniā facile videbit oculatus hō:& pro parte i ſequētibus
etiā tangentur:non appono. Sed videre ſupereſt quātū Saturno:de quo ſermo cōformia ſint. Mœſtus autē
fingitur:vt melancolica complexio:& exilij triſtitia oſtendat̄. Senex etiā:quia tunc erat dum pulſus eſt:& q̄a
turpis faciei ſint ſenes:& vt plurimū fœtidioris:& quia conſilio & aſtutia:qua ſumme valent annoſi valuit ip
ſe. Obuolutum autē capite ideo voluere:vt fuſcum ſyderis Saturni aſpectū ꝙ fugiētis habitū:& occulta ſa/
turniorū ſagaciā:cogitationes:atq; ſimulationes deſignarēt. Tardū autem dixere:quia ob grauitatem mē/
brorum tardi ſunt ſenes ad inceſſum:tardi ad irā:tardum & ipſum planetæ corpus motu. nam fere in. xxx.
annis curſu ſuo orbē Zodiaci perficit:qđ i longe minori ſpacio temporis alij faciunt. Sordidum vero ideo fi
ctum puto:quia impuros habeat ſaturnus præſtare mores ſeu quia more veteri regno pulſus:& in miſeria
conſtitutus ad Ianū ſuceptorē ſuū ſordidatus acceſſit. i. veſtibus miſeriā prætēdētibus indutus:ſeu vt oſten
datur agriculturam exercentes laute viuere non poſſe:falce autē ideo inſignitus eſt:vt itelligamus:q̄a per
ipſum omnis agrorū cultus primo Italis traditus ſit:erat enim apud nos ante aduentū eius incognitus:his
Saturn⁹ Italos agriculturā docuit Latiū vn̄ dictum.
igitur explicatis libet apponere:quid illi pulſo cōtigerit:quid viuens egerit quid etiā mortuo a ſuperſtitibus
impenſum ſit. Cū ergo ſuperatus atq; fugatus vbiq; perſequeret̄ a filio:ad vltimū in Italiam fugit:Vt teſtāt
Vergilius dicens:Primus ab æthereo venit Saturnus olimpo Arma Iouis fugieus:& regnis exul adēptis.
In Italia autem:vt dicit Macrobius a Iano ſuſceptus eſt. Eſt genus idocile:ac diſperſum mōtibus altis Con
poſuit:legeſq; dedit latiumq; vocari Maluit:his quoniā latuiſſet tutus in oris. Aurea quę perhibent illo ſub
rege fuere Sæcula:ſic placida populos in pace regebat. Apud Italos enī receptus multa oſtendit ante non
cognita:& iter alia cum eo vſq; ex pellibus pecudum duratis igne pecunia cōficeretur:ipſe prim⁹ æra ſigna
Saturn⁹ deo prim⁹ ſignauit.
uit:& nomen ſignātis appoſuit nummo inſigens ex parte vna Iani ſuſceptoris ſui caput bifrons:ex altera ve
ro nauium/eo ꝙ veniſſet in naui fugiens/& hoc fecit vt eius aduentus memoria perſeueraret in poſteros.
Hoc tamē a poſteris factum velle videtur Ouidius vbi de faſtis ſcribit Cauſa ratis ſupereſt tuſcū rate venit
in amnē/& infra. Aiunt inſuper cum concors vna cum Iano regnaret & vicina cōmuni opera cōſtructa h̄abe
rent oppida ſaturnia/ſcilicet & ianiculum aurea fuiſſe ſæcula/eo ꝙ libera tunc eſſet omnibus vita nemo ſer
uus/nemo alteri obnoxius nullum etiam fertur in eis finibus furtū factum nec ſub illo fuit aliquid alicuius
Aurea ſecula.
priuatum. Nec ſignare ſolum aut partiri limite campum fas erat in medium quærebant. Quāobrem reſpe/
ctu ſecutorum ſæculorum illa aurea dicta ſunt. Et Romani apud ædem Saturni ærarium publicum eſſe vo
luerunt. vt apud eum locaretur pecunia cōmunis ſub quo fuiſſent cunctis vniuerſa communia. Inſuper igna
ros docuit arua colere ſemina terris dare/matura colligere/& ſue tempore ſtercoribus agros fœcūdare/ex
quo cum ex reliquis officijs nullū eſſet conſecutus cognomen ſterculius appellatus eſt deo tāto atq; tali ꝑ
fecto ſplendidum & inſigne nomen. Demum cum in multis hominum vitam in melius redegiſſet contigit
Saturn⁹ ſterculi⁹.
vt repente nuſquā compareret. Quam ob cauſam excogitauit Ianus:vt Macrobius aſſerit honorum eius
augmentum ac primo terram omnem ditioni ſuę parentem ſaturniam nominauit. Aram deinde cum ſa
cris tanq̄ deo condidit quę ſaturnalia appellauit iuſſitq; eum obſeruari maieſtate religionis:quaſi vitæ me/
lioris auctorem/cuius rei ſimulacrum indicio eſt/cui falcem inſigne meſſis adiecit. Huic deo inſitiones
ſurculorum pomorumq; educationes & omnem huiuſcemodi fertilium tribuunt diſciplinas. Et vt idem

dicit Macrobius hunc vna cum cõiuge nonnullis perſuaſum cęlum & terram eſſe. Saturnumq; a ſatu dictũ cuius cauſa de cęlo eſt: & terram opem/cuius opere humanę vitæ alimenta quæruntur/vel ab opere per qđ fructus frugeſq; naſcuntur. Huic deæ ſedentes vota concipiũt/terramq; de induſtria tangunt/demonſtrantes ipſã terram matrẽ eſſe mortalibus appetẽdã Et ſic non deum eſſe Saturnum ſed etiam cælum vna cum coniuge agentem volunt. Philochorus inſuper vt appareat non ſolum Italorum hanc fuiſſe inſaniam dicit Saturno & opi primo in attica ſtatuiſſe aram Cecropem: eoſq; deos pro Ioue terraque coluiſſe: ſtatuiſſeq; vt patres familiarum: & frugibus & fructibus inchoatis paſſim cum ſeruis veſcerentur. Sic & apollophanes comicus dicit in Epico carmine Saturnũ quaſi cronon: a ſacietate intellectus: eo q̧ grçce ſatietas cros: itel lectus vero ſiue meus *voio* dicitur. Romani autem quibus plurimum curæ fuit nil abſq; ſignificato componere cum huic deo templum cõſtruxiſſent eius ĩ faſtigio tritonas ſculpſere: cum bucinis & terris: earum caudas immerſere: volentes per hoc intelligi q̧ ab eius commemoratione in noſtrum vſq; æuum hiſtoria clara ſit: atq; vocalis quę ante eum muta: & obſcura atq; incognita eſt: quod per infixionem caudarum intelligũt. Et hęc de Saturno dicta ſint.

Att: voto rũ conceptionem

DeCroni prima Saturni filia. Cap. II.

CRonis ſecundum Carlaam filia fuit Saturni: Lactantius vero non fœminam ſed marem dicit: & latine ſerpentarium appellari: & ab ægyptijs inter ſydera collocatum. Sed cum ſonet latine tẽpus: ne videatur q̧ tempus naſcatur ex tempore pro certa temporis dimenſione accipiendam puto: & quoniam græci a Croni Cronicas vocant libros geſtorum: quos nos vocamus annales: hanc dimenſionem Cronium veteres annum intellexiſſe puto: quod etiam anni vetus ægyptiorum deſcriptio: ſerpentarius ſcilicet ſatis videtur oſtendere. Eſt enim ſerpentarius homo ſerpentem manibus tenens i ſe in medium circuli adeo reuolutum vt deuorare ore caudam videatur. Hoc enim ſigno pro anno vtebantur ęgyptij: anteq̃ eis litterarum caracteres traderẽtur ab Iſide vel Mercurio. & ſic cronis erit illa temporis dimenſio: quam annum vocitamus ad hunc annum deſignandum. Cẽſorinus in libro: quem de natali die ſcripſit ad Cerellum: longam deſcribit hiſtoriam: intercallationes annorum: atq; mẽſium: & dierum apponẽs: & diuerſorum inſuper philoſophorum opiniones: quas ego curioſis exquirendas omittam: vt breuitati obſequar: opportuna ſumens tantũmodo. Eſt igitur annus duplex: vertens ſcilicet atq; magnus. vertentem olim ægyptij habuere Bimeſtrem: trimeſtrem archades: decem menſium inæqualium veteres habuere Romani ſub Romulo rege primo: Cui Numa pompilius duos addidit: vt. xii. eſſet mẽſium: dierum vero cccliiii: qui antiquiſſimus hebreorum fuit annus: & ab iſraelitis in hodiernũ vſq; ſeruatur. Sane cum multas intercalationes annus talis exquireret ne ferię meſſium hyemales eſſe contingeret: aut ſacra hyemalia efficerent æſtiua: Caius iulius ceſar conſulatu ſuo. iii. annum ad ſolis curſum æquauit: cũq; dierum. ccclxv. cum quadrãte conſtituit: eo q̧ comperiſſet hoc in ſpacio ſolem ferme Zodiacum omnẽ circuiſſe: & quoniam quadrantem illum ſingulis apponere annis videbatur difficile: inſtituit vt quarto anno annus eſſet ſemper dierum. ccclxvi diẽ illam februario mẽſi addens hac in forma ne auctus videretur: vt. vi. kal. martii. bis diceretur ſcilicet & duobus continuis diebus in quibus venire contingeret: & hic biſextus eſt. Hunc autem annum Romani a menſe martio icepere ob martis reuerentiam: a quo menſe ille denominatꝰ eſt. Alii vero aliter. Magnus autem annus is eſt ſecundum Ariſtotelem: quẽ ſol & luna cęteriq; planetę in eundem punctum vnde iuncti omnes diſceſſerint inuicem redeuntes conficiunt: vt ſi omnes ſint in principio arietis: & inde curſum cœperint qnandocunq; contingat eoſdem ĩ principio arietis inuicem reperiri: annus tunc magnus erit perfectus. hoc fieri diuerſimode putauerunt antiqui: vt idẽ Cẽſorinus oſtendit. Dicit enim Ariſtarchum putaſſe hunc annum confici ex annis vertentibus. ii. Mcccc. lxxxiiii. Arethem vero diracinium ex. v. M. d. lii. Heraclitum & Linum ex. x. M. dccc. Clionem ex. x. M. dcccc. lxxxiiii. Orpheum ex. cxx. M. Caſſandrum ex tricies ſexies centum millibus. hęc ille. Tullius quidem abitrari videtur ex. xv. M. ãnis cõfici. Sed Seruius ex xii. M. dcccc. liiii. Senex autem venerabilis Andalo & Paulus geometra florentinus aſtrologi ambo inſignes ex. xxxvi. M. expleri dicebant. Ex his quippe apud quoſdam exortus eſt error aſſerentibus eis ſi contingat ſupercœleſtia corpora in eundem locum: vnde alias curſum cœpere reuerti & reaſſumere curſum eoſdem de neceſſitate productura effectus: quos alias produxere: & ſic nos iterum: & iterum: & infinitum vſq; hanc in vitam redituros. quod quidem credere ridiculum eſt.

Serpẽtarius qd.

Annus magnus

DeVeſta Saturni filia ſecunda. Cap. III.

VEſtam Saturni & Opis Ouidius fuiſſe filiam dicit ex Ope Iunonem memorant: Cereremq; creatã ſemine Saturni. tertia Veſta fuerit. & cætera. & ſic duę fuere Veſtę Saturni mater & filia. De his cõfuſe loquuntur auctores nonnunq̃ vnam ponentes pro altera: & ideo dicẽtes Veſtam terram eẽ: quia floribus & herbis veſtita eſt de matre Saturni dictum ſumendum eſt. Quando autem eam dicunt virginem Saturni filia deſignatur: quam ignem eẽ voluere: vt ait Ouidius. Nil aliud Veſtam q̃ viuam intellige flammam Nataq; de flamma corpora nulla vides. Iure igitur virgo eſt quę ſemina nulla remittit: nec rapit. & cætera. Hanc dicit Albericus nutricem fuiſſe Iouis: exponenſq; ex igne inferiori cęleſtis alatur ignis. Ego autem contrarium credo: elementum ſcilicet ab elemento qđ ſublimius eſt nutriri. Iouem aũt a Veſta nutritum ad hiſtoriam pertinere reor: cum vt ſupra dictum eſt Iouem natum Saturni aſpectui ſubtractum: & Veſtæ auię ſuę commendatum: & ab ea clam nutritum. Dicunt & hanc a Priapo hortorum deo fuiſſe dilectam: q̧ credibile eſt: cum dicat Ouidius: Nitimur in vetitum ſemper cupimuſq; negatum. Veſtam enim virginem volunt: & virgines obſequio ſuo deputauere romani: quas ſemper eo q̧ cautiori ſeruarentur cuſtodia libidinoſi appetiuere: ſeu quia abſq; igne: ideſt calore iaceat priapus. Huius pręterea nunq̃

vſtam dicunt effigiem:qđ dicunt:eo ꝙ incognita ſit. nam ſi flāmam videamus:quā illi dicemus eſſe effigiē. Dicit iſuper Auguſtinus veteres nōnunq̄ & Veſtam dixiſſe Venerē. ꝙ & ſi inhoneſtum videatur virginem deturpare meretricis nomine potuit hæc fictio rationis aliquid habuiſſe. Dicimus enim in venerem:ſeu libidinem veniētes in ignem icurrere:vt Vergilius. In furias ignēq; ruūt:ideſt luxuriam. ergo & hic calor a ſimilitudine Veſta vocari potuerit. Nec omnino erit a toto ſenſu fictionis huius externum cum Veſtam dicamus Saturni filiam:ideſt ſaturitatis:ex qua ſaturitate non minus oritur venereus ignis q̄ virgineus pudor hoc Romani ſumme coluerunt:& eius iu templo obſequētibus virginibus perpetuum ſeruabant ignē:quē ſemper ſumma celebritate die prima Martij innouabant:& ſacrum iſtud inter alia a troianis habuerunt.

In tēplo Veſte ignis colebatur

De Cerere tertia Saturni filia & matre Proſerpinæ. Cap. IIII

CEres altera a ſuperiori:& notiſſima dea frugum eſt:& Saturni filia atq; opis:vt ab Ouidio ſupra monſtratum eſt. Hanc aiunt Ioui fratri ſuo placuiſſe:& ex eo concepiſſe Proſerpinā:quā cum rapuiſſet Pluto nec reperiretur a Cerere:dicunt eam accenſis facibus & maximo cum vlulatu per vniuerſum orbem exquiſitam. Demū apud paludē Cyanes irata:cum raſtros & aratra & cętera ruralia inſtrumenta:quæ ad culturā terræ inuenerat:fregiſſet filię cingulum comperit:& ab Arethuſa nympha certior facta eſt:quoniā illā apud iferos vidiſſet. Quæ cū Ioui Plutonis accuſaſſet audaciā ab eo eidem primo ſuaſum eſt:vt papauera comederet:quę cū feſſa fiſſet in ſoporem ſoluta eſt:& cū expergefacta aſtitiſſet Ioui ab eo habuit ſe filiam retrahere poſſe:ſi nil apud inferos comediſſet:ſed accuſante Aſcalapho cōpertum eſt:eam tria grana mali punici ex viridario Plutonis guſtaſſe. Quapropter Iuppiter ad mitigandā triſticiam Cereris ſanciuit:vt ſex menſibus āni proſerpina cum viro eſſet:& totidem apud ſuperos cum matre. Narrant inſuper:& inter alios Lanctantius. & cum perquirens Ceres filiam ad Eleuſium regē perueniſſet:cuius vxor erat Hyona:& ea peperiſſet paruulū nomine Triptolemum:quereretq; illi nutricem:vltro ſe Cererem altricem infantulo obtuliſſe:& cum ſuſcepta eſſet volens alūnum facere immortalem:interdum lacte diuino nutriebat:noctu clam igne obruebat:atq; præter q̄ ſoliti erant mortales creſcebat puer:ꝙ cū miraretur pater:clam nocturno tempore obſeruauit quid in puerum nutrix ageret:& cum vidiſſet eum igne obrui:exclamauit:ex quo irata Ceres Eleuſium exanimauit:ac Triptolemo ternum contulit beneficium. nam fruges eius propagandas:& currum draconibus iunctum dedit. Quibus ille victor orbem terrarum frugibus obſeuit. Poſtq̄ autem domum reddijt:Lincus rex eum tanq̄ æmulum occidere conatus eſt:ſed recognita iuſſu Cereris Triptolemo regnum tradidit:qui ibidem oppidum conſtituit:qđ ex patris ſui uomine appellauit Eleuſium & Cereri ſacra primus inſtituit:quę theſmophoria græci nuncupauere. Ouidius vero dicit Triptolemum infirmum fuiſſe puerum:& cuiſdam pauperis mulieris filium quem Ceres in retributionem beneficij illum curauit:& demū illi currum tradidit:& cum frumēto miſit. poſtremo i Scythia a Lynceo rege fere occiſus eſt. Quem Ceres in animal ſui nominis tranſformauit. Sunt inſuper qui dicant:& Homerus potiſſime in odyſſea:Cererem Iaſionem quendam amaſſe:& ſeſe illi amicicitia & lecto iunxiſſe:& Leōtius addebat Cererem ex Iaſione Plutonem filius peperiſſe:& tandē Iaſionem a Ioue inuidia fulminatum Recitantur preterea & alia. nos autē ſēſum eliciamus ex dictis. Eſt igitur Ceres aliquando luna aliquando terra:& nōnunq̄ terræ fructus:& perſæpe fœmina:& ideo quando Saturni & Opis dicitur filia fœmina eſt. & Sycani Sycilię regis coniunx:ut Theodontius aſſerit:quando autem ex Ioue Proſerpinam parit:tunc terra eſt:ex qua prima Proſerpina ideſt luna naſcitur ſecundum opiniouem eorum:qui ex terra omnia creata arbitrati ſunt. Seu potius ideo credita eſt luna terrę filia:quia dum ab iferiori hemiſpherio ad ſuperius aſcēdit:viſum eſt priſcis eā ex terra exire:& ſic illam terræ dixere filiā. Hanc rapit pluto qui & terra eſt. ſed inferioris hemiſpherij quando poſt diē. xv. incipit ſole cadente nō apparere:& hinc vt appareat eā tantūdē eſſe apud hemiſpherium iferius quātū apud ſuperius:ex quo ſūptū eſt fabuloſū illud:Iouē ſanxiſſe vt āni mediū apud inferos cum viro eſſet & tantum apud ſuperos cum matre. Seu aliter. Eſt quidam ꝓſerpina loco frugis habenda:quę ex iacto ſulcis ſemine niſi cęli temperies agat:incrementum habere nō poteſt. & niſi eiuſdem iuuetur calore in maturitatem venire non poſſet. Iuppiter autē & cæli temperies eſt & calor:cuius opere ſuis temporibus & creſcunt ſegetes & maturitatem ſuſcipiūt:& ſic ex Ioue & cerere proſerpina naſcitur: quę tunc a plutone. ideſt terra rapitur:quando ſemen ſulcis iniectum non redditur:quod aliquando contingit ob nimium frequentatam ſationem:ex qua adeo bona terra humore emungitur vt exhauſta nequeat dare iniectis ſeminibus nutrimētū. Hinc turbata Ceres:ideſt agricultores:qui terrei dici poſſunt homines: inſtrumenta frangit ruralia:ideſt fruſtra operata cognoſcit & negligit. & vlulatu fœmineo:ideſt agricultorū quererela:incenſis facibus:ideſt exuſtione agrorū:per quā humores aduerſi:qui ſunt circa terræ ſuperficiē exhalāt:& vtiles ab iferiori terra euocantur in altū:& a ſuadetur a Ioue Cereri vt papauera comedat:ideſt vt inquietem vadat. Habent enim papauera ſomni quietē pręſtare:per quam quietē intermiſſio culturę intelligenda eſt:vt poſſit terra ob itermiſſionem emunctos humoros reaſſumere. Redire autem ad ſuperos rapta ꝓſerpina:ideſt abundantia frugum non poteſt in continenti:quia grana mali punici guſtauerat:per quę intelligenda ſunt vegetatiuę vitę principia:quę tunc iniciuntur:quando ex humore terrę humectatur:& & calfit ſemen iniectum & inde putrefactum proſilit in radices:quarum opere ſegetes vegetantur. Quæ principia ideo per grana mali punici deſinantur:vt itelligatur quia ſanguini ſimilia ſint:ſicut ſanguis nutrimētū ē animaliū ſenſitiuoꝝ ſic & ſegetū i humore terreſtri. Sed Iouis ſententia:ideſt cęli diſpoſitione agitur vt poſt ſextum menſem:qui anni dimidium deſignat:ad ſuperos redeat ꝓſerpina:ideſt ſegetum abundantia:eo ꝙ a die ſationis ſeu a menſe i mēſe ſeptimo incipiant ſpicę ſegetum apparere & grana ſuſcipere & in

Triptolem⁹ frumēti ſator. Theſmophona cereris ſacra Cereris nomina

Papauera cōmedere: ꝓuerbiale eſt.

maturitatem etiã deuenire:quæ grana vſq; ad ſationis nouæ tempus apud ſuperos comorãtur. Theodon
tius ex cerere iſtam vetuſtiſſimam refert hyſtoriam:ex qua videtur multum cauſæ fictionis ſuperioris aſſũ/
ptum:& dicit. Cererem Saturni filiam Sicani regis fuiſſe coniugem:& Siciliæ reginam:ingenio clariſſimo ꝑ/
ditam:quæ cum per inſulam cerneret homines vagos glandes & mala ſilueſtria comedentes:nec vllis ob
noxios legibus:prima in Sicilia terræ agriculturam excogitauit:& adinuentis inſtrumẽtis ruralibus boues Cereris
iunxit:& terris ſemina dedit:ex quo homines cœpere inter ſe campos diuidere & in vnum conuenire & hu geſta.
mano ritu viuere:ex quo a Vergilio dictum eſt:Prima ceres vnco terram dimouit aratro. Prima dedit fru
ges alimentaq; mitia terris. Prima dedit leges:cereris ſunt omnia munus & cætera. Proſerpinam vero di/
cit ſpecioſiſſimam fuiſſe virginem Cereris reginæ filiam. & ob inſignem eius pulchritudinis famam ab Or/
co moloſſorum rege raptam & in coniugem ſumptam. Quod etiam teſtatur in libro temporum Euſebi⁹.
verum de hoc infra prolixior fiet ſermo. De Triptolemo autem ſcribit Philochorus vetuſtiſſimum fuiſſe re
gem apud Atticam regionem:qui cum tempore ingentis penuriæ occiſo a concurſu populis patre eleuſio:
quia pereunte fame plebe filium aluiſſet abunde:aufugit:& longa naui:cuius ſerpens erat inſigne:abijt ad
exteras regiones. & quæſita frumẽti copia in patriam redijt:ex qua pulſo Celeo:qui terrã occupauerat:ſeu
ſecundum alios Lynceo thrace:in regnum paternum reſtitutus eſt. & non ſolum reſtitutus alimenta tribuit
ſubditis:ſed illos docuit facto aratro terram colere:ex quo Cereris alumnus eſt dictus. Sunt tamen qui ve
lint non Triptolemum ſed Buzyem quendam Athenienſem Atticis bouem & aratrum comperiſſe. Dicit
tamen Philochorus Triptolemum multis ſeculis ante fuiſſe q̃ fuerit Ceres regina ſyculorum. Quod autẽ
Ceres amauerit Iaſionem dicit Leontius etiam hyſtoriam fuiſſe talem. Cum tempore diluuij ogigij Iaſion
quidam Cretenſis multum frumenti congregaſſet:illud patientibus penuriam ob diluuium ꝓ libito vendi/
dit:& ſic ex frumento maximã conflauit pecuniam. Et hinc locus fabulæ datus:ꝙ ex Cerere:ideſt ex frumẽ
to Plutonem diuitiarũ deum:ideſt diuitias ſuſceperit. Iaſion aũt a Ioue inuidia fulminatus dicitur/quia ab
amicis quibus opportunus erat/viſum eſt ꝙ ante tempus ſubtractus ſit.

De Glauca.iiij.Saturni filia. Cap. V.

Glauca Saturni & Opis fuit filia:& vt facta narrat hiſtoria vno partu cũ Plutone ędita:& Saturno
ſola præſentata clam Plutone ſeruato atq; nutrito:quę adhuc paruula diem clauſit.

De Plutone.v.Saturni filio qui genuit venerationem. Cap. VI.

Pluto qui latine diſpater dicitur Saturni filius & Opis vno eodemq; partu:vt ſupra dicitur cũ Glauca
ęditus eſt:& clam a Saturno ſeruatus. Hunc veteres infernorum fixere regem:eiq; ciuitatem dede
re ditem:de qua Vergilius. Reſpicit ęneas ſubito ſub rupe ſiniſtra:Mœnia lata videt. Et infra per
plures verſus:in quibus illam deſcribit. Eius inde aulam atq; maieſtatem ſic ſcribit Statius dicens:Forte ſe Ex princi
dens media regni infœlicis in arce. Dux herebi populos poſcebat crimina vitę. Nil hominum miſerans:ira cipio viij
tuſq; omnibus vmbris. Stant furię circum:variæq; ex ordine mortes. Sęuaq; multiſonans exercet pœna ca thebai:
thenas. Fata ferunt animas:& eodem pollice damnant. Vincit opus iuxta Minos cum fratre verendo Iura
bonus meliora monet regẽq; cruẽtũ Temperat:aſſiſtunt lachrymis atq; igne tumẽtes Cocytos phlegetõ
q;:& ſtix periuria diuũ Arguit. & cætera. Currum illi inſuper trium rotarũ ſtatuere:qui trigita dicitur trahiq; il
lũ a tribus eq̃s voluere:Amatheo ſcilicet & abaſtro & Nouio. Qui ne cælebs viueret ſic vxorẽ ſibi q̃ſiſſe di/
cit Ouidius. Nam cum die quadam ingentibus viribus tẽtaſſet Typhęus ſuperimpoſitã ſibi trinacriam abij
cere:viſum eſt Plutonij ſi hoc contingeret poſſibile ad eum vſq; lucem diei penetrare:quamobrẽ conſcenſo Plutõis
curru exploraturus qualia eſſent trinacriæ fundamenta exiuit infernũ:& dum inſulam circuiret haud longe equi.
a Syracuſis vidit proſerpinam cum virginibus ſocijs legentem flores. Quę cum veneris ſperneret ignes:fa
ctum vt repente Pluto ſua pulchritudine caperetur:& ob id f.exo curru virginem nil tale timentem rapuit &
ad inferos detulit:& ſibi coniugio copulauit. huic inſuper venerationem:ſeu reuerẽtiam filiam fuiſſe dicunt.
Et tricipitem Cerberum canem regni cuſtodem attribuunt:quem aiunt tricipitem fuiſſe:& inauditæ feroci
tatis:& cuncta vorantẽ. De quo tragœdus Seneca in tragœdia Herculis furentis. Poſt hæc auari ditis appa Cerber⁹
ret domus. Hic ſæu⁹ vmbras territat ſtygius canis:qui terna vaſto capita cõcutiens ſono regnũ tuet̃ ſordi triceps
dũ tabo:caput lãbunt colubrę:viperis horrent iubę:longiuſq; torta ſybilat cauda draco Par ira formę. &c.
Hæc ego ſic intelligenda exiſtimo:cum iuxta Fulgẽtius pluto latine ſonet diuitias:& ideo diſpater quaſi di
uitiarum pater a latinis appelletur:& diuitias perituras in terris cõſiſtere:aut ex terris effodi clarũ ſit:& ter
ra vocetur opis:vt ſupra ſępius dictum eſt/merito pluto opis dicitur filius. Verum quoniam diuitiæ primę ꝓ
parte ex cultura terrę patuere:nondum auro comperto:& ſaturnus terram colere docuerit: Plutonis dict⁹
eſt pater. Diuitijs ferrea ciuitas & cuſtos Tiſiphone ideo datur vt ferreas auarorum mẽtes & truculentias Quare
eorumdem circa cuſtodiam & tenacitatem earum cognoſcamus. Hanc ciuitatem intrare neminem iuſtum pluto
dicit Vergilius:Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen:vt appareat aut quęrere aut ſeruare diuitias abſq; diſpater
iniuſticia non poſſe. In hac ciuitate ſcribit Dãtes noſter obſtinatis inferri ſupplicia:quibus nulla ꝓximi cha
ritas:nullusq; fuit amor in deum. Per aulam autẽ atq; circunſtantes mulpliciũ curarum anxietates:& augẽ
dę rei labores execrabiles:atq; perdendi formidines. quibus aguntur in diuitias hiulco tendentes gutture
intelligendi ſunt. Currus autẽ circuitiones optantium ditari deſignat triplici vectus rota:vt labor circũeun/
tium periculum & futurorum incertitudo monſtretur:Sic & equi trahentes tres eſſe dicuntur. Quorum pri
mus Ametheus dicitur:qui iterpretatur obſcurus:vt per eum intelligatur inſana deliberatio acquirendi qđ
minime opportunum eſt:qua trahitur ſeu impellitur cupidus:Secundus Abaſter dictus eſt:qui idem quod
niger ſonat:vt appareat diſcurrentis mœror:& triſticia circa incumbentia fere ſemper pericula & pauores.

Tertius Nouius nuncupatur:quem intellexere ſonare tepētem:vt per eum aduertamus:quoniam ob timo
rem periculorum ardor feruentiſſimus acquirendi tepeſcat aliquando. Coniugium vero ꝓſerpinæ quam ſu
pra abundantiā diximus nulli dubium eſt cum diuitibus fieri:& potiſſimæ iudicio proſpectantis vulgi:cuius
ſæpe falſa eſt extimatio. Arbitratur quidem vt plurimum dum diuitis intuentur horrea plena ibi abundan/
tiam fore.vbi fames eſt & penuria auaritia ꝓcurāte. Ex hoc quippe coniugio nil gignitur:laudabile ſcilicet
aut memoratu dignum. Cerberus:vt nōnulli arbitrātur verus fuit canis triceps dictus:eo ꝙ eſſet latratu ſo
norus/mordax nimiū:& in tenendo fortiſſimus. Senſerunt tamen veteres:vt reor ſenſus alios hac ſub veri
tate repoſtos:eo ꝙ cuſtos fingat̃ ditis. Et ideo cum ꝑ dite diuitię itelligendę ſint:vt pręmōſtratum eſt.nul
lum eaꝝ rite dicemus cuſtodem pręter auarum:& ſic pro cerbero auarus intelligendus eſt. Cui ideo tria de
ſcripſere capita:vt triplicem auaroꝝ denotarent ſpeciē. Sunt enim qui auꝝ cupiunt:& in omne lucrum etiā ī
Tripli/ honeſtum volentes irruunt:vt quęſtū diſſipent & expendāt:qui diuitiaꝝ cuſtodes dici non poſſunt:pernitio
ces ſunt ſi tamen:& damnoſi ſunt homines. Sūt qui maximo labore & periculo ſuo cōgregant vndiq;:& quomodo
auari. cūq; vt teneant ſeruēt atq; cuſtodiāt:nec ex quęſitis ſibi ꝓſint vel aliis:& hi hominū genus iutile. Sūt qui nul
lo ſuo opere:ſed maiorum quęſita ſudoribus tam ſtudioſa violentia ſeruent:vt nō aliter q̄ alienū depoſitum
contingere audeant:& hi ſegnes atq; triſtiſſimi ſunt:& ditis cuſtodes certiſſimi. Serpentes vero cerbero ad
dite tacite atq; mordaces auaritiæ curæ ſunt. Plutonē hunc inſuper vocauere orcum:vt ī verrinis Cicero dū
dicit:vt alter orcus veniſſe æthnam & nō proſerpinā ſed ipſam Cererem rapuiſſe videbatur.&c. quem ideo
Orcus. ſic vocari dicit Rabanus:quaſi receptorē mortiū:quæ recipiat quacūq; morte morientes. Februū præterea
dictū volūt nō a febre:vt multi ſtolide arbitrant̃:ſed a luſtro quodā ſacro a veterib⁹ ei cōſtituto:per qđ ma/
Febru⁹. nus purgari credebant̃:& hoc menſe februarij fiebat:& inde mēſis ille nomen ſortitus eſt:ꝙ a Macrobio in
libro ſaturnalioꝝ dicit̃ ſic. Secundum dicauit februo deo:qui luſtrationū potens credit̃. Luſtrari enim eo mē
ſe ciuitatē neceſſe erat:quo ſtatuit vt iuſta diis manibus ſoluerent̃.&c. His ꝑlibatis quid hæc fictio hiſtoriæ.
tegat apponēdū eſt. Refert ergo Lactātius de plutone in libro diuinaꝝ inſtitutionū ſic. Ergo illud ī vero eſt
ꝙ regnū orbis ita partiti ſortitiq; ſunt:vt orīetis imperium Ioui cederet:Plutoni:cui cognomē fuit Ageſilao
pars occidētis obtingeret:eo ꝙ plaga orīētis:ex qua lux mortalibus datur ſuperior.occidētis aūt īferior vi
deat̃.&c. Theodōtius aūt paululū de hoc plenius inq̄t:ſaturno.ſ. Iouē neptūnū & plutonē fuiſſe filios:qui
eo mortuo cū eis partiret̃ imperiū cōtigit plutoni iuniori in occiduā regni partē regnare:apud ea loca:in qui
bus poſtea māſere moloſſi/ſecus inferū mare.& is a circūadiacētibus regno ſuo populis orcus appellatus
eſt:eo ꝙ ſeuus & receptor ſceleſtoꝝ eſſet hominū:& ꝙ ingēti cani ſuo quē cerberꝝ appellabat cōſuet⁹ eēt vi
uos hoīes trucidandos apponere. Hinc proſerpinā virginē ſiculā cū intercepiſſet in regnū deportauit ſuum
eāq; ſibi coniugē copulauit.hæc ille. Euſebius autē in libro temporꝝ hunc appellatū aydoneū ait.& tempo
re Lyncei regis Argiuorum atq; ęricthei athenienſium regnaſſe.

De veneratione plutonis filia & Honoris coniuge. Cap. VII.

VEnerationem filiam fuiſſe plutonis Seruius affirmat. Theodontius autem hanc reuerentiam vo
cat dicens venerari deos oportere:maiores autē homines reueren. Et quoniam ea quæ homini
bus exhibetur & non diis plutonis fuit filia:ideo reuerētia:nō veneratio appellari:ex qua autem
cōcepta ſit matre:non habetur:cum proſerpinam ſterilem fuiſſe omnes affirment. Hanc Hono/
Reuerē/ ri nuptam Paulus & Theodontius dicunt:& ex eo peperiſſe maieſtatem:vt ſupra monſtratum eſt. Ego ex
tia hono hoc figmēto id ſentio quod intueor.diximus ſupra plutonem diuitiaꝝ deum:ex quibus diuitiis oriri reueren
ri nubit. tiā ſatis cernimus:cum reuerētia ſolis exhibeatur diuitibus etiam ſi inertes degeneres inſcii priuatiq; ſint ho
mines.tantæ ſūt apud mortales exiſtimationis diuitiæ.

De Chirone.vi Saturni filio qui genuit Ocyrhoem. Cap. VIII.

CHironem centaurum Saturni & Phillyre filium voluere. Lactātius tamē dicit eum ex Pelopea cō
ceptum:cuius originis talis extat fabula Saturnum ſcilicet venuſtate phillyre captum eam inter
cepiſſe.& dum eius:vt ait Seruius:vteret̃ concubitu interueniēte Opi coniuge confeſtim ſe vertit
in equum ne cognoſceretur in culpa. Phillyra autem eo concubitu Chironem concepit:peperit
q; animal ab vmbilico ſupra hominem:ab inde vero infra equum. Qui cum excreuiſſet in ſyluas abijt:eaſ
q; coluit.huic autem a Tethide Achillem puerum commendatum:quem ipſe nutriuit & docuit:& ſimiliter
Aeſculapium. Poſtremo cum eum viſitaſſet Hercules:caſu factum eſt(vt vna ſagittarum eius lerneo vene/
no perlita:ſuper pedem eius caderet.attamen cum a parētibus fuiſſet genitus immortalis:vt Ocyrhoes va
ticinium impleretur:quo prædixerat eum optatuꝝ eſſe mortalem:graui vexatus morbo mori cupiens ora
uit ſuperos vt illi mori concederent. Quo conceſſo:ab eiſdem in cælum tranſlatus eſt:& in zodiaco locatus
& ſagittarius appellatus:& quoniam valuerit auſpicio eo coram cæleſtis ara apposita eſt. Ex his fictionib⁹
Theodontius & Barlam ſenſum exprimebant huiuſmodi Chironem ideo Saturni filium dictum quia circa
agriculturam plurimum valuerit.& quia hortorum adaquationem inuenerit:Phillyræ dictus eſt filius:quia
Phillydros:ideſt aquæ cuſtos vel amator:eo ꝙ ad irrigationem hortorum plurima vteretur. Quod autem
in conceptione eius Saturnus a coniuge repertus verteretur in equum dictum eſt:eo ꝙ cauſam ſuam apud
turbatam coniugem iuſtificauerit dicens:ꝙ ob id aliarum mulierum concubitum quęreret ſi forte filios ma
ſculos ſuſcipere poſſet:cum ſibi prolem melioris ſexus ex ea conceptam ob promiſſum Titano factum
ſeruare non poſſet:& ſic ob hoc æque agere viſum eſt:& inde æquus ideſt iuſtus. Alij vero volunt fabulam
Chiron a præcedentibus cauſam habuiſſe. Nam cum vidiſſent illum mortales:vt dicit Iſidorus hominum pari
medicus ter & iumentorum medicinam inueniſſe hominis & equi filius dictus eſt:& Chyron denominatus vt in

telligeretur quia chyrurgiam non phyſicam repperiſſet:quę leui doctaq; manu operatur.nam Chyros grę ce manus eſt Quod a ſagitta Herculis vulneratus ſit:hiſtoriographum dicunt:& cum lętalem morbum arte ſua aliquandiu curaſſet viſum eſt amicis eum immortalem creatum:quem veneni vis non occideret. Tādem cum veniſſet in mortē ob meritum virtutis ſuæ:quia iuſtiſſimus fuerit homo:vt in iliade dicit Homer⁹: ad perpetuam ſui nominis memoriam ab antiquis inter aſtra locatus eſt.

De Ocyrhoe filia Chironis. Cap. IX.

OCyrhoe filia fuit Chyronis ex quadā nympha Cayci fluminis ſuſcepta:vt ait Ouid. Ecce venit Rutilis humeros ꝓtecta capillis Filia cētauri:quam quōdam nympha Cayci Fluminis i rapidis ripis enixa vocauit Ocyrhoes:nō hęc artes cōtenta paternas Edidiciſſe fuit: fatorꝫ archana canebat & cætera. Hęc Aeſculapiū orbi toto ꝓfuturum ꝑdixit:& patrem optatūꝫ mortē:& ſe equam futurā:que omnia euenere. Rei hui⁹ ſignificatū poteſt eſſe cū dicat Theodotius eā Thetim Achillis matrēfuiſſe. ideo i equam verſā dici:quia genuerit equū.i.hominem bellicoſum vti Achilles fuit:& furore cuius & ipſa Thetis:vt dicit Leōtius:quarꝫ dea nuncupata eſt. Equi autem vbiq; apud antiquos bellorꝫ erant ꝑſagiū vt Vergili⁹ dicit. Quattuor hic primū omē equos in gramine vidi:Tondentes late cāpum candore niuali. Et pr̄ anchiſes.bellum o terra hoſpita portas. Bello armanē equi bellum hæc armenta minantur.

Filij aq̄ qui/ Equ⁹ belli ꝑſagiū

De Pico ſeptimo Saturni filio qui genuit Faunū & Sentam & Faunam. Cap. X.

PIcus Auſoniæ rex ſaturni filius fuit:vt aſſerere videē Ouid. dū dicit:Picus in auſonijs ꝓles ſaturnia terris.& Vergilius. Accepimus fauno picus pr̄ aſq; parentē Te Saturne refert.& cętera. Hūc dicit Seruius a pomona pomorꝫ dea dilectum:ac eius ſortitum coniugium. Demum:vt ait Ouidius:cum die quadā venerat a Cyrce ſolis filia viſus & amatus eſt:quam cum ipſe paruipenderet:ad ea irata in auem ſuis nominis verſus eſt. Sane Ouidius a Seruio diſcrepat picum virum fuiſſe cyrcis dicens eumq; dilexiſſe Pomonam:& ob id Cyrces zelo commota aurea illum tetigit virga:& in picum auē mutauit. Huius autem fictionis effectus talis a ſeruio arbitrari videtur:picum ſcilicet regem eo in picū auē mutatum dici:quia augur fuerit:& domi picum habuerit:per quem futura prænoſceret:& ſic in pōtificalibus libris haberi. nō nulli dicunt hunc picū cū ob ſingulare ſtudium domandorum equorum alias rudis eſſe homo:a Cyrce doctus eloquentiſſimus factus eſt:qua eloquentia in commodum ſuum multos traxit agreſtes:eoſq; ſibi fecit obſequioſos. Et ob id fictum eum in aue ſui nominis fuiſſe conuerſum. Eſt enim pico aui inter alias ꝓprietates hæc:vt cum habeat longiſſimam linguam ęſtiuo tempore exquirit loca formicarum plena:& emiſſa inter eas lingua patitur eas illam conſcendere & morſu pręhendere. tandem cum illam formicarum plenam ſentit:retrahit adhęrentes vna ſecum formicas. Ex quibus ſic paſtus euolat. Sic pic⁹ rex eloquentia ideſt lingua trahebat agreſtes:qui formicis ſimiles ſunt:& in ſuum:vt dictum eſt:vertebat commodum. Auguſtinus autem de ciuitate dei:dato quæ ad hiſtoriam ſpectant quaſi poeticam fictionem floccifaciat incipit. Exortum eſt Laurentū regnū vbi Saturni filius picus regnū primus accepit.& paulopoſt ſequitur:Sed hæc poetica opinenē eē figmēta:& pici patrē ſtercon potius fuiſſe aſſeuerent a quo peritiſſimo agricola inuentum ferunt:vt fimo animalium agri fœcūdarentur:qđ ab eius nomine ſtercus dictum eſt. Hunc quidam ſtercutium vocatum ferunt:qua autem ex cauſa eum ſaturnum appellare voluerunt. Certe tamen hunc Stercen ſeu ſtercutium merito agriculturæ ferunt deum picum quoq; ſimiliter eius filium.& cætera. Et ſic videtur per Auguſtinum oſtendi picum filium non fuiſſe ſaturni. Sane cum pici plures eſſe potuerunt:& Auguſtino credimus picum quendam Stercen fuiſſe filium:& alium picum filium fuiſſe Saturni. Huius iſuper inuentum luſoriam pilam in libro naturalium hiſtoriarum Plinius aſſerit fuiſſe.

Attina/ turam Pici auis.

Quis pilā luſoriā iuenerit.

De Fauno Pici filio qui genuit Faunos/ſatyros/panes/& Syluanos/Acim/& Eurymedontem/& Latinū:& ſecundū quoſdam Sentā Faunā quam alij volunt ſororem fuiſſe & coniugem. Cap. XI.

FAunus Pici fuit filius:vt Vergilij teſtimonio patet dicentis. Accepimus fauno picus pater.& cætera. hic etiam patri ſucceſſit in regno:de quo dicit Lactantius in libro diuinarum inſtitutionum primo.ꝙ vt Pompilius apud romanos inſtitutor ineptarum religionum fuit:ſic ante Pompiliū Faunus in latio:qui & ſaturno auo nepharia ſacra conſtituit:& ſororem ſuam Sentam faunam eandē coniugem conſecrauit:quam vt Criſpus Clodius in eo libro:quem græce ſcripſit:dicit:eo ꝙ contra mores decuſq; regium clam vini ollam ebiberet:& ebria facta erat:virgis myrteis ad mortem vſq; cecidit/poſtea facti pœnitens cum deſiderium eius ferre non poſſet alli ſacros detuliſſe honores. De Fauno vero hoc & fauna ꝙ dij facti ſunt videtur teſtari ſeruius ſic. Quidā dict⁹ eſt:fatuellus:huius vxor eſt fatua idem faune & eadem fauna a vaticinando:ideſt a fando:vnde & fatuos dicimus inconſiderate loquentes. ergo faune & fatue nomen quaſi aſperum.&c. hęc ille.

Faunus vxorem quia vinū bibiſſet occidit.

De Senta Fauna pici filia & coniuge Fauni ſeu filia. Cap. XII.

SEnta Fauna:vt proximo ſupra dictum eſt filia fuit pici regis & coniunx Fauni fratris ſui Lactātio teſte:& quicquid Criſpus Clodius minus honeſtum de eo ſcribit: Fabius Baſſus dicit eam fatuam nominatam:quod mulieribus fata canere conſueſcet:vt faunus viris. Eandem Varro ſcribit tantæ pudicitię fuiſſe:vt nemo illam dum vixerit præter ſuum virum in os viderit:nec nomen eius audierit.& ideo mulieres illi in operto ſacrificare conſueuerant:& bonam appellare deam. Sed de hac Macrobius Saturnaliorum libro auctoritate Cornelij Labeonis hāc Maiam dici dicit:eiq; ſub nomine Bonæ Deę ædem kalendas Maias dedicatam:eandemq; terram eſſe:& id occultiore ritu ſacrorum doceri. Demum eam opem bonam Faunam & fatuam pontificum libris appellari. Bonam, quia bonorum omnium

Fatu⁹ vñ

Fauna q̄ & Bona dea

ad victum cauſa ſit. Faunam. quia omnibus animantibus faueat. opem: quia eius auxilio vita conſtet Fatu
am a fando: eo q̄ non ante infantes partu editi vocem edant q̄ terrã attigerint. Et quia cũ regali ſceptro
figuretur ſunt qui dicant eam Iunonis habere potentiam. Et alij eam arbitrari Proſerpinam. eo q̄ illi porca
ob depaſtas ſegetes ſacrum faciat: Praeterea eam non ſororem & coniugem fauni: vt quidam dicunt: ſed fi
liam: eumq̃ in amorem eius lapſum: & ob id q̄ etiam oppreſſa vino voluiſſet eius parcere deſiderio virgis
myrteis cęſam. Tandem eo in ſerpentem verſo cum ea cubuiſſe creditum: & ob id in templo eius haberi
virgam myrteam nephas eſſet: & extentam ſupra caput eius vitem videri: eo q̄ pater vino illam decipere
Vinũ lac tẽtaſſet. Quod in tẽplo eius ſuo nomine nõ conſueuit inferri: ſed vas in quo vinũ eſſet inditum mellariũ no
appella- minari: & vinum nuncupari lac. Et ſerpentes in templo eius innocuos & impauidos apparere: & alia plura
ri. quaſi velint hanc Faunam terrã eſſe. Quas quidẽ ego ambages & circutiones deteſtor & omitto libens.

De Faunis Satyris panibus & ſyluanis filijs Fauni. Cap. XIII.

FAunos Satyros & Panes atq̃ Syluanos dicit Theodontius Fauni fuiſſe filios. Leontius vero di-
cebat Saturni: de quib⁹ eo q̄ nullius nomẽ ſciatur proprium: ſeu opus inuicem tractare de omnib⁹
neceſſe eſt. Faunos ergo & ſatyros nemorũ dicebant deos: & vt ait Rabanus voce nõ ſigno oſtẽ
De ruſti debant futura paganis exigentibus. Panes vero agrorum deos: & ſyluanos ſyluarũ: ſed improprie a poe-
cis numi tis perſaepe vnus pro altero aſſumpti ſunt: vt Vergilius facit. Et vos agreſtum pręſentia numina fauni. Hoc
nibus. etiam ſermones: ſeu ſemideos vocari veteres voluere: vt ſcribit Ouidius. Sunt mihi ſemidei: ſunt ruſtica nu
mina nymphae Et fauni ſatyriq̃: & monticolae ſyluani. Quos quoniã caeli nondũ dignamur honore: Quas
dedimus certe terras habitare ſinamus. & cętera Hos ego nec fauni: nec ſaturni filios credã: cum homines
iſti: alii vero quodãmodo animalia bruta ſint. Sed poſſibile eſt forſan circa ſaturni tempora vel fauni ex eis
ortus eſt error: & de eis primo recitationes iter mulierculas haberi coeptae. de quibus tamen a biſignib⁹ au
ctoribus quaedam miranda narrantur. Nam pomponius Mela vltra atlantem mauritanum montem di-
cit noctu lumina viſa: & ſtrepitus cymbalorum atq̃ fiſtularum auditus perſaepe: nec die repertus quiſq̃: atq̃
pro conſtanti habitum: hos faunos eſſe atq̃ ſatyros: & huiuſce generis animalia. Praeterea dicit Rabanus
ſatyros homũtiones eſſe & habere vncas nares & cornua frontibus: pedeſq̃ caprarum ſimiles: & ex his
vnum a beato Antonio per ſolitudines Thebaidis Paulum ſanctiſſimum virum eremiticam agentem vi-
tam exquirente viſum/ atq̃ ab eodem interrogatum/ reſpondiſſe ſe mortalem: & ex accolis eremi vnum
Satyros ex his: quos ſtolido errore luſa gentilitas faunos ſatyroſq̃ colit. Alij ſylueſtres homines putant: appellant
inueniri. q̃ incubos ſeu ficarios: Ex quibus ſic ſcribit Martianus: vbi de nuptijs Mercurij: & Philologiae: Ipſamq̃ ter-
ram: quae hominibus inuia eſt referuntur longaeuorũ chori: qui habitãt ſyluas: nemora. lucos: lacus: fontes
atq̃ fluuios: appellanturq̃ panes: fauni: fones: fautuaeq̃ vel fantuae: vel etiam fanae: a quibus fana dicta: eo
q̃ ſoleant diuinare. Hic omnes poſt prolixum aeuum moriuntur: vt homines: ſed tamen & praeſciendi: & in-
curſandi: & nocendi habent prõptiſſimam poteſtatem. haec Martianus. Hos autem dicit Ariſtoteles poſt
annorum milia & nymphas: & ſatyros perire. Nonnulli autem gentilium inter alias ſtultitias ſuas in hãc
deuenere: vt ſe horum mallent filios q̄ hominum dici: arbitrantes: dum matrum meretricia accuſarent ſuae
nobilitati plurimum ſplendoris iungere: ex quibus pauci apponuntur:

De Aci Fauni filio. Cap. XIIII.

ACis filius fuit Fauni & Nymphę ſemetidis vt clare ſcribit Ouidius dicens: Acis erat fauno
nymphaq̃ ſymetideq̃ cretus & cętera. Ex his talis ab Ouidio fertur fabula: q̄ ſcilicet Ga
lathęã nymphã ſiculã amauerit: & ab ea amatus ſit & caetera. vt ſupra de Galathęa. Verũ
quoniã alter ſenſus hic ex fictiõe ſumit̃ q̄ ſupra factum ſit: illum apponere viſum eſt. Dicit
Gala ergo Theodontius Cyclopem tyrãnum apud ſiculos fuiſſe cui maximum erat pecus: la-
thea la- ctae cuius plurimum eius augebatur ſubſtãtię & ideo Galatheam: ideſt lactis deam amaſſe dicit quia ex hu-
ctidea miditate lac procreatur. ſed cũ aquę Acis fluminis hanc habeãt proprietatem: vt deſiccent vbera potantiũ
pecudum non ſolũ Cyclops ob id a flumine illo certo anni tempore amoueri greges iubebat. ſed nonnun
quam per riuulos illud exinanire atq̃ deſiccare conatus ſit. fruſtra tamen. Ego autẽ non credo hunc Fauni
regis fuiſſe filium: ſed forſan alicuius alterius nobilis viri ſic vocati: ſeu vnum ex his fuiſſe: qui Faunorum fi-
lios dici maluere q̄ hominum.

De Eurymedonte Fauni filio qui genuit Periuiam. Cap. XV.

EVrymedon filius fuit Fauni: vt placet Statio in Thebaide vbi dicit. Proximus Eurymedon cui pa
ſtoralia Fauni Arma patris & caetera. Hũc ego vt de Aci dixi non arbitror Fauni Laurentũ regis
fuiſſe filium: ſed quoniam in ſyluis conuerſaretur ad extollendam progeniem ſuam ſe Fauni fin-
xit filium. fuit enim hic vt idem Statius oſtendit in bello Thebano partibus fauens aetheoclis.

De Periuia Eurymedontis filia & Nauſithei matre. Cap XVI

PEriuia filia fuit Eurymedontis: vt in Odyſſea ſcribit Homerus dicens Nauſitheum quidem prius
neptunnus terram mouens genuit & Periuia foeminarum ſpecie optima iunior filia magnanimi Eu
rymedontis. Dicit autem Leontius: Eurymedontem Gygantem fuiſſe dominũ: & cũ eis periſſe.
Haec ex Neptũno peperit Nauſitheum: vt per Homerum monſtratum eſt.

De Latino Laurentũ rege Fauni filio: qui genuit Lauiniã & Praeneſtẽ. Cap. XVII.

LAtinus Laurentũ rex Fauni regis & Maricę nymphę Laurentis filius fuit: vt carmine patet Ver-
gilij dicentis: Rex arua latinus & vrbes Iam ſenior longa placida in pace regebat: Hunc fauno
& nympha genitũ laurente marica Accepimus. & caetera. Iuſtinus autem non fauni filium: ſed

nepotem dicit ex filia. Scribit enim redeunte Hercule ex Hyſpania Geryone ſuperato fauni filiam vitiaſſe & ex eo concubitu ſuſcepiſſe Latium. Seruius autem refert ſecundum Eſiodum in libro quem aſpidopiã vocat: Latinum Vlyſſis. Circis fuiſſe filium quã nonnulli Maricã vocant. & in eo dixiſſe Vergi. Solis aui ſpecimen: eo ꝙ Solis Cyrces fuerit filia. Verum dicit Seruius quia temporum ratio non procedit. & ideo illud accipiendum eſſe Higinij: qui ait latinos plures fuiſſe: vt intelligamus poetã abuti vt ſolet nominum ſimilitudine. ſed quicquid dicãt alii cum vniuerſalis fama Vergilio faueat: latinum. ſ. fauni fuiſſe filium carmini eiꝰ obtemperandum eſt: credendumq; Latinum Fauni fuiſſe filium. Eſt inſuper & de matre Marica opinio varia. Seruius autem de ea dicit Eſt aũt Marica dea littoris Minturnenſium iuxta Lyrim fluuium. Hora. & innantem Maricæ littoribus tenuiſſe Lyrim. quod ſi voluerimus accipere vxorem Fauni Maricam non ꝓcedit. Dij eñi topici. i. locales ad alias regiones non tranſeunt: ſed poteſt dictum eſſe per poeticam licentiam Dij. Topici. Laurente Marica: cũ ſit Minturnenſium. Dicũt alij per Maricam Venerem itelligi debere: cuius fuit ſacellũ iuxta Maricã in quo erat ſcriptũ υ ηου τ ησ αφροδιτ ησ hęc Seruiꝰ: Hoc tamẽ dubium paucis poteſt abſolui. plures eñi potuere eſſe Maricę vt ſupra de Latino etiã dictum eſt. Hic autem Latinus rex fuit eo tempore quo Troia deleta eſt: habuitq; Amatã Dauni regis Ardeæ ſororem in coniugẽ: vt per. Ver. patet. Varro autem eo in libro quem de origine linguæ latinæ ſcripſit: dicit Pallantiam Euandri filiam eius fuiſſe vxorem: eumq; volunt profugum ſuſcepiſſe Aeneam: & vti reſponſo ſuſceperat Lauiniam filiam iam Turno filio Dauni promiſſam dediſſe vxorem. quamobrem bellum ingens inter Aeneam & Turnum exortũ eſt: in quo latinum cecidiſſe dicit Seruius.

De Lauinia filia Latini & Aeneæ coniuge. Cap. XVIII.

L Auinia filia fuit Latini regis & Amatæ ſecundum Verg. quam cum Turno regi promiſſam Latinus pater daret in coniugem Aeneæ troiano: ingens exortum eſt bellum. & vt ait Seruius: in primo fere concurſu Latinus occiſus eſt. & ſic patris dotata ſanguine aduenæ coniugio iuncta eſt. & cum virum in eodem conflictu apud Numicum fluuium perdidiſſet timens victoris priuigni inſolentiam ex Aenea prægnans aufugit in ſyluas: & vt dicit Seruius: apud Tyrum paſtorem diuertit: ibiq; peperit filium quem Iulium Syluium poſthumum appellauit: eo ꝙ poſt patris funus in ſyluis natus eſſet. Hanc Aſcanius poſtea reuocauit in regnum patrium: cum ipſe receſſiſſet in Albam a ſe conditam: quod quidem cum regia indoles generoſo mulieris in pectore ob aduerſas res in nullo fracta eſſet: adeo integre cõſeruauit: vt adulto filio auctum q̃ diminutum potius regnaret. Euſeb. autem in lib. temp. dicit hanc poſt Aeneæ mortẽ Melampedi cuidam nupſiſſe & ex eo concepiſſe filium: quem latinum ſyluium nominauit: qui etiam Latino Iulio Syluio mortuo imperauit.


De Præneſte Latini regis filio. Cap. XIX.

PRæneſte Latini regis fuit filius: vt Solinus vbi de mirabili. mundi ſcribit: videtur aſſerere. & hunc ait præneſtem etiam ciuitatem feciſſe: & a ſuo nomine nuncupaſſe. Dicit enim ſic: præneſte vt zenodotus a præneſte Vlyſſis nepote Latini filio: &c. De eo autem nil amplius legi.

De Iunone Neptunno & Ioue Saturni filijs: & eorum proſapijs in ſequentibus ſcribitur: vt huic octauo libello finis imponatur. ſ.

Explicit liber octauus.

Ponitur in nono Iuno & iunonia proles.



Genealogiæ deorum gentilium Liber nonus. Procemium.

MITIOri iam cælo partē poſteritatis Saturniq̄ cœpiſſem, i Laurentū littus pere/gerā:& ecce ſeu maris æſtu factū ſit:ſeu occiduo ipellēre flatu:repente in ægeum vſq; mare delatus ſum:& i cōſpectu ſamos iam dudū ſplēdidæ inſulæ quali mie/ctis anchoris ſereniſſime rex firmatum me cōperi. Ibi dum partim i cælū vſq; de lata vetuſtiſſimi tēpli ſemeſa faſtigia cernerē: & partim diſiectas in fruſtra colū/nas mirabiles:euulſas e ſedib⁹ baſes:dirutas teſtudies:æq̄tas fere ſolo parietū longiſſimas alas:humo infixas tholos:& omnē ingentis amo mōſtruoſi ædificij ſolutam compaginē:atq; ruinarum demerſem cumulis, vepribus atq; ſylueſtri/bus arboribus ſua ſponte naſcentibus:muſcoq; occupatis turpi:mirabundus intuerer:mecumq; perquire/rem:cuius ob obſequium tam grandis potuerit æuo ſuo moles extolli:ſumptuſq; veterum magnificos lau/darem:venit in mentem Samium fuiſſe Iunonem:& a ſamijs præ cæteris deitatibus honoratam: & eueſti/gio comprahendi templum illud olim inter cætera vrbis mirabile & vetuſtiſſima fama celebre eidem iuno/ni ab incolis fuiſſe conſtructum:O q̄ grandes diuturniq; labores exhauſti. quot architectorum emuncta ige/nia. quot pontificum inſtituta ſacra. quot ingentium virorum matronarumq; ornatus, appoſiti: vt diabolo præſtaretur obſequium periere? Et hinc in cogitationem longiuſculam perſeuerās emiſſo e profundiſſimo pectoris archano ſuſpirio mecum inq̄. Erubeſcant miſeri criſtiani:quibus hac tempeſtate facilimum eſt vt rē domeſticam augeant:montium terebrare viſcera:maris & fluminum alueos vncis piſcatorijs iadere: ar/toas trāſire niues:æthiopū experiri ſoles:hyperboreas fallere gryphes:libycos ſopire ſerpētes : Marmari/cos leōes excludere. Oceanū ſulcare ratib⁹:& ſi dareẽ i cælū vſq; trāſcēdere. Heu miſer qd detieo? Aliq̄ for/te cū honeſtate poſſunt hi ſudores aſſumi. ſed quid dicā cernens piratica ifeſtare maria:itinera obſidere: ia/nuas ifrigere: falſas ſignare tabellas:venena porrigere:bella iniuſta mouere:iuſtū ſanguinē fundere : fidē frāgere. & i cūctos dūmodo ſuppetāt vires tyrānidē:& violētiā exercere: vt ampliuſculā poſſim⁹ facere ſub/ſtantiā perituram? Ingemiſcendū equidē ē cæcitati nrę. Quid q̄ſo ſi deẽ cumulaſſe qd' cupimus:refert pallatia erigere:thalamos ornare:equos miniſtroſq; parare:cōuiuia feſtoſq; dies ducere:auro gēmis & purpura illu/ſtres apparere:alea ludere:poſſeſſiōes āpliſſimas facere:viridaria lacuſq; cōponere. Si noſter honor: no/ſtrū dec⁹:nrā glia ab idignioribus occupatẽ? Seruit iclyta Hieruſalē ciuitas Agarenis. loca ſacra & memoratu digniſſia barbarica fœdanẽ ſpurcitia:& i dedec⁹ chriſtiāi nois deturpāt. Hoſtes blaſphemāt:flocci faciūt at/q; ridēt:quo verbū caro factū eſt:quo natus chriſtus & alit⁹:quibus ſe deū & hominē demonſtrauit: & præ/dicans dogma tradidit ſalutare:quo vt nos ſolueret a laqueo ſeruitutis:innocēs paſſus:mortu⁹:& ſepultus ē. Quo cū ſurrexiſſet a mortuis:virtute ꝓpria euolauit i celos. O ſceleſtū facius: O dedec⁹ iexpiabile:potue/re iſulę vnius & paruę incolę e mōtibus colūnas excidere:igentia euellere ſaxa:& in ampliſſimū op⁹ dedu/cere. Et i ſumpt⁹ auri igentia pondera erogare:vt tēplū admirabile nepharię cōſtruerent mulieri. Europa vero ois negligit: claſſem i mare trahere:arma ſumere:naues conſcendere:& bellū hoſtibus iferre: & viri/bus regionē ſāctiſſimā a tā ignauis hoſtib⁹ emūdare:& a nris frōtib⁹ ruborē deteſtabilē amouere. vt his lapi/dibus nō i terris periturū templū. ſed in cælis ciuitatē ædificemus æternā. Sed qd verbis forte ſuperfluis au/res verbero? ſegnes puniet deus/& auaros diuites dimittet inanes. Nos aūt i ꝓpoſitū reuertamur. dū igiẽ ruinas iſpicio nequeūtes auferre adhuc loci veterē maieſtatē ſatis aduertia delatrice fortuna moneri. Quo/niam Iouis atq; Neptūni eſſet ſermo paululū differēdus: vt iunonis fabuloſam progeniē in mediū traherē in qua & belligeri Martis omnis profuſa continetur proſapia:cuius inter ſtrepitus atq; furores quæſo mitis deus/qui Dauid docuit manus ad bellum ſua pietate deducat in pacem.

Iuno Samia.

Iuſta authoris excādeſcencia in Chriſtianos.

¶ De Iunone. viij. Saturni filia quæ abſq; viro concepit & peperit Hēbē & Martē. Cap. I.

IVno errore gentiliū regina deoꝝ Saturni & opis fuit filia ante Iouē nata/eodem tamen partu. fuit prꝺterea. & Iouis coniux vt dicit Ouid. Si genus aſpiciẽ ſaturnū prima parētē Feci ſaturni ſors ego prima fui &c. Educatā aūt illā a Tethide dicit Seruius. Eāq; Neptunnū educaſſe aſſerit Albericus. Sic Martianus illā nutriſſe dicit Mercuriū Maię filiū. Eā ꝓterea regnoꝝ atq; diuitiaꝝ faciūt deā. Sic & cōiu/gij vt ſcribit Verg. Iunoni ante ois cui vincla iugalia curę. Prꝺterea & parturiētibus prꝺeē volūt. vt per Plau/tū patet i aulularia dicētē. Perij mea nutrix obſecro te. vteꝝ doleo:iuno lucia tuā fidē &c. Illi iſuper iſignē cur/rū & arma attribuunt. vt in iliade demonſtrat Homerus. & ne deoꝝ regina ſola ꝓcedat. & pediſſequas illi. xiiij. nymphas aſcribūt. vt in perſona eius ait Vergi. Sunt mihi bis ſeptē ꝓſtanti corpore nymphę &c. Inter quas illi Iris prꝺcipue famulatẽ. Auē etiā pauonē in tutelā eius dixere. caudę cuius eam argi paſtoris occiſi a Mercurio oculos appoſuiſſe dicit Ouid. Vocant etiā illā prꝺter iunonē & reginā noibus multis vt puta luci/nā mōnā. curitim. deū matrē. fluoniā. februā. iterducā. domiducā. vnxiā. cynthiā. ſocigenā. populoniā & ꝓ/ſerpinā. Eam dicūt comeſtis lactucis ſylueſtribus Hebē filiam cōcepiſſe. Sic & percuſſo flore martē. Ex io/ue vero viro ſuo peperiſſe Vulcanū. & alia de ea referūt plurima. Circa ꝓdicta ſicuti multa ſunt. ſic & multa dixere diuerſi. Dicit aūt Barlaam. Iunonē Saturni ac Opis filiā arbitratos. qui Saturnū opificē rerū eſſe & opim materiā & Iunonē terrā credidere vel aquā. Sic & Macro. vbi de ſomnio Scipionis illā Iouis dicit eſſe ſororē. quia ex eiſdē ſemib⁹ quib⁹ Iuppiter ꝓducta ſit. cū ionē cęlū aſſerat & aerē dicat eē Iunonē. Quā iō añ iouē natā dicūt. quia cū iuppiter ignis ſit & hęc aer. nō videẽ apd' nos q; abſq; ſpū. qui aer ē ignis. deduci poſ/ſit in flāmam. nec ſublato vſq̄ viuere:& ideo opportunū aerem eē ſi ignē velis. vel qd' ignis motu aeris accē/datur. vt in ſyluis lociſq; paluſtribus ſępe vidim⁹ cōtigiſſe. & ſic aer natus anteq̄ ignis. Eā aūt educatā a the

Iuno regnorum dea.

Iuno Lucina parturientiū dea.

Auis Iunonia pauo.

Martis ortus.

Quare Iuno Iouis coniunx. thyde ideo fictũ: quia humiditate aq̃ reſtauraꝛ q̄cq̄d aeris extenuati in ignẽ vertiꝛ. Eã aũt educaſſe Neptũnũ & Mercuriũ vbi de eis fiet mentio exprimetur. Iouis aũt cõiunx ideo dicta ẽ: quia ſic aer cælo ſeu igni ſupponitur. Seruius aũt dicit iouẽ aliquando ꝓ igne & aere: & nũnũq̃ pro igne tantũ ſumi. Sic iunonẽ ꝓ terra & aqua: & aliquãdo pro aere ſolo. & ideo quando ꝓ igne & aere accipiꝛ iuppiter & iuno ꝓ terra & aqua merito coniuges dicunꝛ: cũ ignis & aer habeant agere: & terra & aqua pati. & ſic ſuperiorībꝰ & iferiorībꝰ agentibus: ſuffragantibus ſupercęleſtibꝰ corporibꝰ apud nos cũcta gignunꝛ. Quãdo vero vt idẽ Ser. ait Iuppiter ꝓ igne tantũ & iuno ꝓ aere poniꝛ tam rõne cõtiguitatis q̃ etiã tenuitatis & leuitatis ſimilitudine fratres eẽ dicunꝛ. Theopõpus vero in cypriaco carmine & Helanꝰ in dioſpolitichia dicũt iunonẽ a Ioue iunctã cathenis aureis & depriuatã icudibus ferreis. Quos nil aliud ſentire voluiſſe arbitror: niſi aerẽ a frigiditate & duritie terrę depriuatũ: cathenis aureis. i. per cõtinuatas lucis ſucceſſiões igni iũctũ eẽ. Tullius vero dicit circa hãc materiã ſic. Aer aũt ſtoyci diſputãt iterectꝰ inter mare & cęlũ Iunõis noie cõſecratꝰ: q̃ eſt ſoror & cõiunx Iouis: qđ & ſimilitudo eſt ætheris & cũ ea ſumma cõiunctio. Effœminarũt aũt eũ iunoniq; tribuerunt. Aere q̄dẽ nihil ẽ mollius &c. Reginã & deã regnoꝝ atq; diuitiaꝝ iſuper dixere iunonẽ: quã Fulgẽtius velato capi-

Iuno diuitiarum dea. te & ſceptrum manu tenentẽ deſignat nil aliud: vt ipſe credo: volẽtes oſtendere q̃ qua i parte regna cõſiſtãt & diuitiæ. Diximus enim iunonẽ eẽ terrã: in qua regna mũdi conſiſtere ſatis patet. ergo ſuprema in ſe regna tenet regnoꝝ regina eſt. qđ q̄dã per ſceptrũ demõſtraꝛ. & hac eadẽ rõne diuitiaꝝ eſt dea. nã vt in viſceribꝰ metalla oia & precioſos lapides tenet. quod per velatum caput oſtendiꝛ. Aut in ſuperficie ſegetes fructuſq; omnes & pecora: in quibus profecto conſiſtunt diuitiæ: terrenorum oſtendit & præbet. Coniugiorum autẽ deam volunt: eo ꝙ vt plurimum dote media eatur in cõiugium: quæ dos iuris Iunonis eſt. Præterea iunonẽ in aliquibus lunam eẽ credidere. Eamq; circa humanos actus multa poſſe & potiſſime circa motus de loco ad locum: & hinc arbitrati ſunt iunonem puellas nubentes & de domibus parentum ad ſponſos eũtes per

Interduca. iter ducere & inde interduca vocitata eſt: ſeu alia ratione. quia veteri more nocte virgines ad ſponſos mittere cõſueuere: eis erubeſcẽtibꝰ tre palã virginitatẽ deponere. & quoniã luna dũ luceret ducatũ p̄ſtare videreꝛ itineris iterduca picta ẽ. Et quoniã ducatu illas prio i domos viroꝝ videreꝛ deducere: ẽt domiduca dicta

Domiduca. eſt. Et quoniã virgines ſub ducatu iunonis veniẽtes ad limina ſpõſoꝝ ritu veteri varijs vnctõibus poſtes vngebãt: iuno ab vnctõibꝰ illis iuxta appellata eſt: & ſpõſæ deide vocitatæ vnxores. & deide vt dicit Albericꝰ

Vxores vnde. eo vẽtũ eſt vt dicanꝛ vxores. Parturiẽtiũ aũt deã ideo illã dixere: dicit Fulgẽtius: q̄a diuitiæ: q̄bus ipa p̄eſt: ſe-

Lucina. per de ſe alias pariant: qđ q̄dẽ non ẽ ſimpliciter veꝝ de oibꝰ & ſẽper: q̄nimo parturiẽtiũ dea dicta ẽ: q̄a luna quã idẽ cũ iunone voluere a parturiẽtibus ſub lucinæ & iunonis noie inuocari cõſueuit: & eius muneris eſſe dicebãt: vt ait Macro. diſtẽdere & laxare rimas corpoꝝ: & meatibus viã dare: qđ ẽ ad accelerãdos partꝰ ſalutare. & tũc vocitaꝛ artemia græce q̄ſi aerẽ ſecãs latine. Currꝰ iõ illi attributus ẽ vt per eũ deſigneꝛ circuitio aeris cõtinua circa terrã. Arma vero illi data ſunt: ꝙ bellãtibus & maxime diuitiaꝝ & regnoꝝ cã ea ſuadere

Attripreſſiones q̄ſdam. aut p̄ſtare & p̄parare videaꝛ. Nymphas illi obſeq̄oſas dicunt eſſe. xiiij. vt noſcamus totidẽ i aere accidentia varijs de cauſis generari: vt puta ſerenitas: vẽtoꝝ ipetus: nubes: pluuia: grãdo: nix: pruina: ros: choruſcatio: tonitruũ: iris: cometes: vapores incẽſi: & nebulã. Nõnulli tamẽ alias deſcribũꝛ eẽ demẽtes ex dictis aliquas

Iris Iunoni familiaris. & alios ſuperaddẽtes: q̃ terrę videnꝛ cõtigẽtia: vt terrę motus: exhalãtia i terris icẽdia: & huiuſmodi. Porro ex his q̃ iunoni famulãꝛ familior deſcribiꝛ a poetis iris: quã thaumãtis fuiſſe filiã voluere. i. admiratõis: eoq; ſit coloribꝰ & apparitõe mirabilis. Hãc. n. Iunõi diuitiaꝝ deæ ideo attribuũt vt per eiꝰ picturatã varijs coloribus curuaturã: opũ ornamẽta deſignẽt: quæ q̄dẽ fulgore ſuo admirãda ſunt: ſic deſcẽdẽtia vt aſcendunt: &

Cur pauo i tutela Iunonis. vti hæc tã pulchra repẽte diſſoluiꝛ: ſic & diuitũ ſplẽdores i momẽto reſoluũꝛ in nihilũ. voluitq; eã irim dici q̄ſi erim: qđ certamẽ ẽ: eo ꝙ ꝓpter diuitias multa oriãꝛ certamina: & hinc aiunt q̄dã irim ſemper miſſam ad diſcordiã excitãdã. Pauonẽ vero illi i tutelã tribuũt vt q̄litates oſtẽdanꝛ diuitũ. Eſt. n. clamoſa auis pauo: i quo clamores: elatas voces: iactãtiã: boatuſq; itelligũt diuitũ. Incolit & pauo tecta & ædificioꝝ ſemper cælſiora cõſcẽdit vt appareat diuites p̄eminẽtias oẽs appetere: atq; ſi nõ denꝛ arripere. Picta iſuper pẽna nitet vndiq; & laudibꝰ delectaꝛ: & ad oſtẽtationẽ ſui adeo trahiꝛ: vt erecta i gyꝝ oculata cauda nuda atq; turpia poſteriora reliq̄t: per q̃ purpura diuitũ: & veſtis aurea: & inanis glia: & futil põpa: & aures adulatiõibꝰ patulæ deſignanꝛ: i quas quotiẽs minus aduertẽtes icurrũt: euenit vt qđ forſan ſordidũ latere poterat, detegaꝛ: & appareat ſplẽdore ſub illo cor miſeꝝ curis ãxijs laceſſitũ ignauia: ſtulticia: moꝝ ieptia: vitioꝝ ſpurcities: & nõnũquã cadauera turpi marcẽtia tabo. Supereſt de noibꝰ & potiſſie de his de q̄bꝰ nil dictũ ẽ ponere rõnem.

Iunonũ & aliorũ nominũ ratio. Vult igiꝛ Tullius eã vocari Iunonẽ q̄ſi iuuãs oibus: qđ propriũ Iouis ẽ. Rabãus aũt dicit iunonẽ q̄ſi ianonẽ. i. ianuã ꝓpugnatiõibus fœminaꝝ: eo ꝙ q̄ſi portas mřis natis pandat: & nubẽtiũ maritis. Leõtius ãt dicit qđ iuno græce dr̃ ηρα: qđ q̄dẽ venit ab era qđ eſt terra & fit mutatio ε in η & fit ηρα cui mutata α in η fit ηρη. Vnde ꝓprie iuno terra ẽ. Socigẽa vero appellaꝛ: eo ꝙ mares ſociet iũgatq; cõnubio fœminis. Sic & populonia ob id ꝙ ex cõiũctõibꝰ hoium atq; mulieꝝ a ſe factis ppli ꝓcreẽꝛ. & ide cynthia qđ lunę nomẽ ẽ. Cynthia dicebaꝛ ꝙ ipſa a virginibus cingulũ caſtitatis dũ viris iũgerenꝛ exolueret: q̄cquid dicãt illi: Veneris hoc officiũ puto: quã Alberico teſte dicebãt iunonẽ domiducã i nuptijs ſeq: eo ꝙ iunonis eẽt officiũ: prio ad mřimoniũ ſpectãtia agere. Veneris vero viꝝ & virginẽ in coitũ iũgere & cingulũ virginitatis ſoluere: qđ ipſi Veneri tribuũt: & ceſton vocãt. Matrõa vero dr̃ q̄a his tantũ p̄ſit mulieribus q̃ viris maturæ ſint: aptiſq; conceptui: q̃ & ipſe ẽ ſi nõ nubãt matrõæ ſunt. aut dici poſſunt: eo ꝙ ſecundũ ætatẽ matres eſſe poſſunt Curitim vero dicit Albericus eã vocari q̄ſi regalẽ vel fortẽ potẽtẽ: vel iuxta Seruiũ a curru: eo ꝙ bellãtes curribus vterenꝛ q̄bus illã rõne cauſæ belloꝝ prçeſſe volunt. deũ ẽt matrẽ vocãt: eo ꝙ illã terrã itelligũt oium matrem. Fluonia aũt dictã dicit Albericus a floribus feminũ: ſeu ꝙ fœmias in partu liberet. Ego aũt a menſtrali mulie-

ſu fluxu:quia luna cauſari a nōnullis credit:dictam puto fluoniā:ſic & a purgatiōibꝰ februā ꝙ fœmias poſt partū ſecūdis exeūtibus purget.& idē in mēſtruis.Nam februo idē eſt qđ purgo. Dicta ſunt ea q̄ ſub aliquo figmēto poetico q̄tū ad naturalē ſenſum abſcōdi poſſe viſum ē:reſtat dicere qd ſub fictionū parte ſcđm hiſtoriā fictū ſit. In hiſtoria qdē ſacra legit iunonē a Saturno rege & homie genitā: & ab Ope Saturni coniuge vno & eodē partu cū ioue prius tamē editā:eāq; vt ſcribit Varro:apud iſulā Samū priꝰ partheniā appellatā educatāq;.& cū ibi adoleuiſſet ioui nuptā.& ob id ſami nobiliſſimū & antiqſſimū fuiſſe templū.& i eo ſimulacrū iunonis i habitu nubētis puellæ figuratū:eiuſq; ſacra nuptiarū ritu celebrari conſueta.

¶ De Hebe Iunonis filia & iuuētutis dea & Herculis coniuge. Cap. II.

Ebe vt ait Theodon.filia fuit iunonis:cuiꝰ rei idē Theodon.recitat fabulā. Apollinē.ſ.iunoni nouercę i domo Iouis pr̄is ſui paraſſe cōuiuiū:eiq; iter alia appoſuiſſe lactucas agreſtes :q̄s comediſſet cū deſiderio iuno:ilico vſq; tūc ſteril' p̄gnās effecta ē:& eo ex cōceptu peperit Heben. Quæ qa formoſa eēt a ioue ad officiū pincernatus aſſumpta ē:& dea iuuētutis effecta. Tandē cū ipſe vna cū cæteris diis apud æthyopes comeſſaturus iuiſſet : contigit ꝙ miniſtrante eis Hebe pocula perq; lubricum minus caute icedēte caderet & veſtimētis amotis:oībꝰ i caſu obſcœna ſuperis mōſtraret:quā ob cauſā factū ē vt illā ab officio picernatꝰ Iuppiter remoueret:& loco eiꝰ Ganymedē Laomedontis regis Troiæ fratrē ſubſtitueret. Poſtremo Herculi oetes iā in ... deorū aſſūpto illā iūxere cōiugē. Home.āt in odiſſea eā ex ioue cōceptā dicit. Sane quoniā a latinis poetis eā tantū iunonis,abſq; pr̄e filiam habitā iuenio:ioui nō aſcripſi. Quid āt ex fictōe hac ſumēdū ſit hoc arbitror. Dicebat venerabil' Andalo ioui:quē patrē Apollinis aiūt:iter ſigna zodiaci duo attributa:q̄ eiꝰ aſtrologi dixere domicilia.ſagittariū.ſ.atq; piſces. Verū ſole .i. apollie i ſagittario exiſtēte iouis domo iſtāte iam hyeme iunōl.i.terrę lactucę apponūt ſylueſtres.i.frig' itēſum. Nā lactucę ſylueſtres:vt aiūt phyſici:frigidiſſię ſūt frigꝰ āt circa terræ ſuperficiē agit:vt cūdēſatis terræ poris calor terrę īmixtus agat circa itriſeca terræ:& terræ humiditate calefacta radices graminū atq; plātarū aperire faciat:& hūore repleat:ex quo turgeſcūt:& p̄gnātes efficiūt.& ſic ſole itrāte ſagittariū ob frigus itēſū terra efficit p̄gnās q̄ in autūno ſterilis videbat. Tādē aduenīēte tēpore partꝰ.i.vere nouo:Hebē parit.i. iuuētutē & rerū oium renouationē:rōdes flores & germia oīa ea emittūt tēpeſtate. Sic prio aduenīēte vere qđ calidū ē & humidū diis.i.ſupercęleſtibꝰ corporibꝰ.q̄ vt alias dictū ē ſecūdū quorūdā opinionē ex hūiditate vaporū a terra ſurgētiū paſcunt:pocula.i.humectatōes porrigere dr̄. Tandē aduenīēte autūno i quo Sol icipit verſus ſolſticiū hyemale tēdere.i.ad æthyopes q verſus antarcticū ſūt:virētia oīa ceſſare & frōdes arborū cadere icipiūt.& ſic Hebes dū detegunt q̄ occultauerāt frondes nudari dr̄ :& obſcœna mōſtrare & a pincernatu ē remouet:& Ganymedes ſubſtituit:q aq̄rii:ſignū dicit:eo tēpore pluuioſa ſit hyems & abūdanter humidos ꝓpinet vapores ſideribus. Quod aūt Herculi iungat cōiugio ideo fictū credo:qa iuuētus.i.viriditas perpetua ſemper iuncta ſit clarorū virorū operibus nec illa nedū in mortē ſed nec in ſenium cadere permittat. | Hebe iuuētutis dea. Ganymedes pincerna iouis.

¶ De Marte Iunonis filio cuius.xv.fuere filii:quorū nomina ſunt hęc. Primus cupido.ii.Oenomanꝰ.iii:Thereus.iiii.Aſcalaphus.v.Ialmenus.vi.Parthaō.vii.Zeſiꝰ.viii.Phlegias.ix.Brictona.x.Euannes.xi.Hermiona.xii:Hiperius.xiii.Ethalus:xiiii.Remus.xv.Romulus. Cap. III.

Artē ſunt q velint Iouis & iunonis filiū.ſed Ouid.vbi de faſtis eū Iunonis abſq; patre filiū tātū eē demōſtrat dicens:ꝙ Iuno turbata:eo ꝙ iuppiter ex ſeipſo tātū nullo mulieris adhibito obſeqo Mineruā ꝓcreaſſet:oceanū q̄rebat ſumptura cōſiliū qualiter & ipſa abſq; viri cōmixtiōe poſſet filiū concipere atq; parere.& cū feſſa ſecus fores floræ deæ coniugis Zephyri quieuiſſet a flora quorſum pergeret interrogata narrauit:Cui flora ſi ioui eſſet occultū ꝓmiſit auxiliū ſalutare eamq; cū iuraſſet per vndas ſtygias ſe nemini dicturā:docuit i cāpis oleneis florē eē.quo tacto cōfeſti abſq; viro conciperet. Quod experta iuno ilico abſq; viro concepit & peperit filiū:quem Martem appellauit. Alii vero dicunt ꝙ Iuno percuſſa vulua Martē cōceperit.hūc oēs ferociſſimū deū & armigerū dicūt:& ob id bello armiſq; p̄eſſe volūt.deſcribit illi Statꝰ i Thebaide regiōe domū atq; miſtros ſic dicēs. Et thracū cyllenius arua ſubibat Atq; illū arctoę labētē cardine portę Tēpeſtas ęterna plagę p̄tē:atq; cælo Agmia nymborū ꝓmiq; aquilonis hiatus. In diuerſa ferūt crepat aurea grādine multa Palla:nec archadii bñ ꝓtegit vmbra galeri. Hic ſteriles delubra notat mauortia ſyluas Horreſcitq; tuēs &c. Et deſignata nō abſq; miſterio regiōe: domū deſcribit atq; familiā dicēs. Vbi nulla furoribꝰ illi Cigit aduerſo domꝰ imāſueta ſub hęmo Ferrea cōpago laterū ferro arta terūt Limia:ferratis icūbūt tecta colūnis. Ledit aduerſū phœbi iubar ipaq; ſedē Lux timet:& dirus cōtriſtat ſidera fulgor. Digna loco ſtatio:primis ſalit i petus amēs E foribꝰ cæcūq; nephas/ireq; rubētes. Exāgueſq; metꝰ/occultiſq; ēſibꝰ iſtāt. Inſidię:geminūq; tenēs diſcordia ferrū. Innūeris ſtrepit aula minis triſtiſſima virtus Stat medio lętuſq; furor:vultuq; cruento. Mors armata ſedet/bellorū ſolus in aris Sāguis:& icēſis q raptus ab vrbibus ignis:Et terū exuuię circū & faſtigia tēpli. Captę iſignibāt gentes/celataq; ferro fragmina portarū:bellatriceſq; carinę. Et vacui currꝰ ꝓtritaq; curribus ora:Pœne ēt gemituſq; adeo vis oīs/& oē Vulnus vbiq; ipſum ſed nō vſq̄ ore remiſſo Cernere erat:talē diuina mulciber arte Ediderat &c. Pręterea eius dicūt Bellonā fuiſſe ſororē:quā currui eius attribuūt aurigā vt idē Sta.teſtat:q eiuſdē martis iceſſum ſic deſcribit. Comūt furor iraq; criſtas:Frena miſtrat eqs pauet arm ger/at vigil oī Fama ſono varias rerū ſuccīcta tumultꝰ Añ volat currū flatūq; ipulſa gemētū Alipedū trepidas dēſo cū murmure plumas Excutit:vrget eni ſtimulis auriga cruētis Facta i ficta loq currucq; i feſtus ab alto. Terga comaſq; deę ſcithica pr̄ icrepat haſta &c. Hūc iſuper tā diuū tāq; cruētū deū amātē fuiſſe volūt : & īter alias ab eo dilectā Venerē Vulcāi p̄cipue.dicūt & eiꝰ vſū cōcubitū:ex quo talē fabulā Home.viiii.recitat Odyſ. Dicit eni Martē ſup̄me Venerē dilexiſſe:& cū ea aliq̄do imiſceret a ſole viſꝰ:Vulcāo Veneris cōiugi accuſatꝰ ē:q clā cathenas iuſſi | Ex ſeptimo Thebai: Craphica domꝰ Martis deſcriptio.

Martis cū Venere cōcubitus. Lup⁹ & pic⁹ marti tributi.

biles circa lectū ſuū appoſuit:finxitq; ſe lemnū ire:qđ arbitratus mars acceſſit ad Venerē:& cū nudi lectū i
traſſent & ſe fallacijs Vulcani iam captos aduerterēt:redijt Vulcanus ex cōpoſito. Qui cū ob illatā iniuriam
clamaret:aduenere dij:& īter alios Neptūn⁹ Mercuri⁹ & Apollo. Deæ vero ob verecūdiā nō venerūt:& cū
oēs riderēt captos nudoſq; videntes ſolus Neptūn⁹ ꝓ captiuis iterpellauit:ac tā diu orauit donec Vulcanū
i ſuas ꝓces flecteret & captos liberari faceret. Huic iſuper tā acri deo lupū attribuūt ī tutelā:& ex auib⁹ picū
Sic ēt ex herbis gramē. Multa ēt de hoc recitāſ:q̄ ſuis ſeruata locis nūc omittere cēſui:vt qđ cōtegāt q̄ dicta
ſūt deducam⁹ i mediū. Veteres Iouē martis patrē iō noluer̄:ne adeo fili⁹ degener videreſ a p̄re. mitē q̄ppe
atq; bēignū Iouē ſępe dixim⁹:vbi mars crudel̄ atq; imitis ē. Iunonē āt oceanū petere:& flore cōſiliū ſumere
ad colorādā originis rōnē q̄ ob aliud poſitū reor & iō florē oleneū ſeu in cāpis oleneis natū mēſtruū exiſti/
mo:qđ ſolū fœmię patiūſ:eiuſq; fœditatē ſpę vocabuli pulchritudine conāſ tegere:florē vocātes ſuū:quē ex

Mēſtrui vis.

oleneis aruis iō dicit Oui. Seu q̄a olid⁹ ſit:ſeu qđ ex olido manet loco:de quo ſic ſcribit Iſid. Mulier ſolū aīal
mēſtruale ē:cuius cruoris tactu fruges nō germināt:aceſcūt muſta:moriunſ herbæ:amittūt arbores fœtus:
ferrū corrūpiſ rubigene:nigreſcunt æra:ſi qui canes ederint in rabiem efferanſ:glutinū aſphalti quod neq;
ferro:neq; aqua diſſoluiſ cruro ipſo pollutū reſoluiſ &c. cuius igiſ ſi ſane conſiderenſ effectus ex alia nulla
materia tam ſæuū aial:tam imane creari poterat:vt cum genitore genitū cōueniret. Marte. i. bello furente
nedum nō germient fruges ſed nec ſerunſ:vbi bellicus perſonet furor:vineta negligunſ:& ſic in acetum ver
ſa videnſ:moriunſ herbæ preſſæ diſcurſſibus:fructus aruorum pereunt omnes:agentibus violentijs & ra/
pinis:ferrum iniquo attritum vſu conſumiſ. æra decoloranſ & arua ſanguine occiſorū:caſtra ſi ſequentes in
nimiam occupandi rabiem efferenſ diſſoluunſ:aut ſæua pugna:vt longis obſidionibus mœnia ciuitatum:
oppida:& arces excelſæ:& quicquid hominum ſeu etiam naturæ arte munitum eſt. bene ergo conuenit cū
ſemine fructus:ſeu alia ratione Iunonis dicitur filius:quam ſæpe terram diximus:& regnorum atq; diuitia/
rū dominā:cū ambitione hoium inſatiabili circa talia litigia:iurgia:diſſentiones oriāſ & bella. Si aūt ad per/
cuſſionē genitaliū Iunonis ītueri voluerimus:dicemus tūc illa percuti q̄do appetitus ad ſuperflua excitatur
ex quo q̄ſtio ſæpiſſime oriſ:per quā & i bellū nōnunq̄ itur:& ſic mars naſciſ. Is igiſ ſic genitus qđ apud biſto
nas traceſq; habitet:vt deſcribit Statius:euidēti rōne cognoſciſ. Sub arctoo q̄dē cardine:eo q̄ frigidiſſima
ſit regio:q ibidē naſcunſ ſunt hoies ſāguie pleni. nec hoc a natura diſcretiſſima fruſtra factū. exangues. n.
frigori nō poſſēt obſiſtere. Sūt hi ſāguie abūdātes obtrūcatores cibor:vini igurgitatores imoderati cōſilio

Arctoi q̄les ſint.

ſegnes:fraudib⁹ copioſi:i p̄cipitia faciles:clamoroſi:furioſi. nil niſi per certamē optātes ſanguis. & ridentes
vulnera:quæ omnia marti competūt. q̄obrē apte apud tales ei⁹ regia deſcripta ē. tēpeſtatū agminūq; nym
bor & ſtridentiū aq̄lonū & grādinū circūdata:vt ſentiamus īpetus furores rabiē atq; tumores:& tumultus
vocantiū bellis. Præterea ferrea deſcribiſ domus vt locor munitiōes circa q̄ bellū geriſ ſentiam⁹:q̄ ferræ
ſunt. i. armator hoium plenæ gladior atq; telor:q̄ q̄dē:eo q̄ in malū vt plurimū agāſ ſolis cōtriſtāt iubar:
q̄a in bonū lux creata ſit. Inſuper radior ſolī ab armis reflexor aliquātulū liueſcit ſplēdor:ex q̄ liuedine au/
rea ſol lux triſtari & obfuſcari paululū videſ. Seu dicere velim⁹ mētes hoium i qb⁹ tā dir⁹ amor ardeſcit fer/
reas:eē. i. iexorabiles obſtinatas. & i oē malū pronas:& ſemper ſæuis cogitatiōibus aduerſus claritatē diui/
nę charitatis agētes. Demū ex miſtris Martis primus ex regia ꝓſiliēs ipet⁹ ē:quo ipatiētes miſeri poſt q̄ ver
bis ſemina belli vidēſ infecta ad arma diſcurrimus:& hunc cæcū ſequiſ nephas:eo q̄ dū furioſo agimur īpe/
tu auferſ ois aīaduerſio rōnis. q̄ ſublata facile itur i homicidiū:i icēdiū:i diſperſionē bonor:& ruinas vrbiū
& ſicuti rotatus ignis i āpliorē deduciſ flāmā:ſic & ichoatū facinus iras acuit & accendit male agentiū aios:
quos iō rubētes deſcribit:q̄a facies irati hois ignea videaſ:ſeu q̄a ex icēſo ſanguine orianſ. Sūt prętarea hae
in domo martis:q̄ vbicūq; bellū geritur intelligēda ē:exāgues metus:quos ideo exangues dixit·q̄a conſue

Met⁹ exangues.

uerunt pallere metuentes:eo q̄ ſanguis totus reuocatus ad cor metuētis:liquerit partes exteriores exan/
guas. Quiq̄dē met⁹ cū dubi⁹ ſit euēt⁹ belli:nō ſolū ſegnes occupat. ſed aliquādo ſtrēnuos pugilles atq; du/
ces varijs agētib⁹ cauſis. Sūt & ibidē iſidię:iō tectos gerētes gladios:vt itelligaſ iſidiātis fraus Circa has plu
rimū artis oportet hr̄e duces:cū nil palā niſi maxio ſuo cōmodo iſidiātes faciāt. Dicit & iter miſtros Martis
eē diſcordiā duplici gladio accictā vt ſētiam⁹ cū i hoc veniūt hoies vt nō eq̄ ſētiāt:ſed i diuerſas tēdāt ſenten
tias ab hac aior diuerſitate vnicuiq; parti arma ſuaderi & bellū i reliq̄:ſunt & ibi inumerabiles minæ q̄ iſla/
tor hoim tela ſunt:adeo vt nōnūq̄ his tātū cōficianſ bella:cū ſæpe minus faciāt hoies qui magna minātur.
Sic & ibidē triſtiſſima virtus eſt:qđ ideo dicit:q̄a eſto homo bellor ſit oculatus plurimū:ſit robuſtus & va/
lens:ſit audax & aduerſus icumbētia fortis:& cōſtatis:quoniā hæ virtutes i effuſionē ſanguinis:i diruptiōes
vrbiū:i p̄dā tēdūt. triſtes eē videnſ:eo q̄ i alior triſticiā operanſ. Eſt cū alijs & lęt⁹ furor & hoc ideo:q̄a bel/
lis ſæpiſſime iteruēiat quē letū dicit:eo q̄ iter plenos cibo & potu:& hic lætus oriri cōſueuerit. Raro. n. ieiu/
no ſtomacho furētes cernimus. Mors ēt iter hos armata ē:& cruēto vultu:volēs per hoc oñdere crebras oc
ciſiōes quæ i bellis fiūt & ſanguinis amplā effuſionē:dū illā armatā & cruento vultu deſcribit Seu armatū di
cit ad dr̄iam morientiū i pace:q iermes moriunſ. Supereſt & ornat⁹ tēpli:q ois tēdit ad oñdēdā victorū miſe
riā & triūphantiū gloriā qui quoniā ſatis patet omittēdus ē:ſic & bellona de q̄ ſatis ſupra dictū ē vbi de Mi/
nerua armigera. Supereſt de iceſſu Martis pauca dicere:cui⁹ initiū a furore & ira:q ei comūt criſtas:eſſe vi
deſ:q̄ his vigētibus abſq; ipetu eſſe nō pōt:& hoc ſupra deſcriptū ē. Hos iō Martis amore comere. i. ornatas reddere criſtas. i. arma dicit:vt itelligamus q̄ cū arma ad iferendā & peragēdā pugnā facta ſint:tūc ſplē
dida videnſ cū ipetuoſe operenſ. nā i ſegni & miti milite flere dicūſ. Pauorē aūt dicit equos Marti parare:&
eius eē armiger:eo q̄ ſeu aduenietiū ſeu circa ſtrepentiū timore equos ſumam⁹ & arma. Fama aūt equos
martis i. aduenietis belli p̄cedit fere ſēper facta:& ifecta referēs:q̄ oia a timidis expectātib⁹ credūſ facile &

augentur. Martem aũt Venerẽ amaſſe: alij hiſtoriã volũt texere: aſſerentes: Venerẽ ob deformitatẽ pręui/
pendiſſe Vulcanũ: & adhęſiſſe eiuſdẽ argimero: qđ vir prudẽs & amicus Vulcano aduertẽs crimẽ coniugis
Vulcão detexit: qui diu queſtus & in furorẽ lapſus fere i cõiugẽ irruit. ſed ab eodẽ modeſto mitiq; viro ei⁹ fu/
ror ſedatus eſt. Alij vero per hoc dicũt itellexiſſe fingentes: & oſtendere voluiſſe multos olim bellicoſiſſi/
mos viros & iſignes duces hac illecebra fuiſſe notatos. Nõnulli acutius ſentiẽtes arbitrãt itelligi poſſe pro
Venere concupiſcibilis appetit⁹ Vulcão ignis deo. i. calori naturali matrimonio. i. idiſſolubili viclo alligat⁹
hic more ignis dũ in maius icendiũ nitit̃ martẽ tanq̃ feruentiſſimũ amare dr̃: & ab eo tanq̃ ſibi ſimile amat̃:
& ĩ idẽ deſideriũ iniugunt̃ laſiuientes: qđ a ſole. i. a ſapiente viro dũ cernit̃ redarguit̃: & excedens iuſto calori
accuſat̃. Verũ dum i cõtrariũ feruor iordinatæ concupiſcentiæ fert̃: fit vt occultis vinculis. i. cogitatiõib⁹ atq;
delectatiõibus laſciuis artius alliget̃ icipiẽs: a qb⁹ effœminat⁹ ſolui nõ poſſit: & iam palã factis obcœnis cõ/
mixtiõib⁹ a ſapiẽtibus rideat̃. Neptũnus aũt qui ſolus ꝓ captiuis iterponit̃: laſciuo feruori cõtrarius effect⁹
ẽ: quo vti ab aqua ignis ſic ignominioſus amor extinguit̃: & dũ velit q patit̃ cathẽata rõ relaxat̃. Huic iõ attri
buit̃ currus: quia more veteri pugnãtes curribus vterent̃. Lupus vero ob id illi dicatus eſt: quia rapax & igln
uioſum ſit aial ad iſatiabilẽ voracitatẽ ſequẽtiũ caſtra mõſtrãdã. Cui ideo picus attribuit̃ auis: q a vt plurimũ
bellorũ homines augurijs & auſpicijs itenti ſint. & quia ex quibuſcũq; contingẽtijs cõfeſtim oia ſumant. Seu
q a vti roſtro picus aſſidua percuſſiõe etiã robora penetrat: ſic & armigeri cõtinua demolitione aut certami/
nũ cõtinuatõe mœnia penetrẽt ciuitatũ. Gramẽ ãt ideo illi ſacrũ dicit Albericus: q a hęc herba ſecũdũ Pliniũ
ex humano ſanguine ꝓcreet̃. & ide vt idẽ dicit Romani rem bellicã agẽtes Marti ſacrũ facturi arã conſtrue/
bãt gramineã. qđ ego ridiculũ reor vt gramẽ ex ſanguine tantũ humano oriat̃. ſed aliũde illud Marti dica/
tũ habuiſſe originẽ puto. nã cũ cõſueuerit belligeri hoies i expeditis locis libentius caſtra locare: & od id vt
plurimũ i locis gramineis q̃ ex cõſulto ab agricultoribus nõ colunt̃: eo q, i ſe gramẽ omnẽ terræ humorẽ at/
trahat: & ſatis nullũ vel modicũ linquat: a romãis & forſan a priſcis iuẽtũ ẽ ad oſtẽtationẽ virtutis beneme
riti pugnatoris: eos herba graminea coronare: qui armorum vi caſtra primi intraſſent hoſtium.

Quid velit Vulcano venerẽ iunctã eſſe.

De Cupidine primo Martis filio: qui genuit Voluptatem. Cap. IIII.

CVpido vt ait Tullius in libro de naturis deorũ: Martis & Veneris fuit filius: quem inſipidi veteres
moderniq; ingentis potẽtiæ deũ volunt: qđ ſatis patet carmine Senecę tragœdi: q̃ de eo in tragœ
dia hippolyti. Et iubet cęlo ſuperos rẽlicto Vultib⁹ falſis habitare terras Theſſali phœb⁹ pecoris
magiſter Egit armentũ: poſitoq; plectro Impari taurus calamo vocauit: Induit formas quociens minores:
Ipſe qui cęlũ nebulaſq; ducit: Candidas ales modo mouit alas. In qbus q̃ grãdis ſit potẽtia deſignatur. Nec
minus oſtendit̃ in ea fabula quã de eo refert Ouidius dum illũ dicit ob Daphnis pulchritudinẽ Apollinem
pythonis victorẽ aurea vulneraſſe ſagitta: & Daphnem plumbea: vt amaret ille hanc: illa aũt hũc haberet
odio: eius formã ſic deſcribit Seneca tragœdus i octauia. Volucrẽ eſſe amorẽ fingit imitem deũ mortalis er
ror. armat & telis manus. Arcuſq; ſacros iſtruit ſeua face. Genitũq; credit Venere &c. Seruius ãt dicit eũ ęta
te tuerũ. & Frãciſcus de barbarino nõ poſtponẽdus homo i quibuſdã ſuis pœmatibus vulgaribs huic ocu
los faſcea velat & griphis pedes attribuit: atq; cingulo cordiũ pleno circũdat. Apulei⁹ ãt vbi de aſino aureo
eũ deſcribit formoſiſſimũ dormientẽ ſic. Cũ videlicet capitis aurei genialẽ cæſariẽ: Ambroſiam temulentã:
Ceruices lacteas: genaſq; purpureas: pererrãtes criniũ globos: decoriter ĩpeditos alios ãtepẽdulos: alios
retrorpẽdulos: quorũ ſplẽdore nimio fulgurãte & ipſũ lumẽ lucernę vacillabat: per hũeros volatilis dei pen
næ Roſcide micanti flore candicant: & quãuis alis quieſcentibus eximiæ plumulæ tenellæ ac delicatę tremu
læ reſultantes inquietæ laſciuiũt. Cæterum corpus glabellũ atq; luculentum: & qualem peperiſſe Venerem
non pœniteret &cæ. Refert præterea Auſonius ex hoc fabulam ſatis longo carmine ſcriptã: quam pictam
ait treueris i triclinio zoili. Cupidinem. ſ. iter mirteta herebi caſu euolaſſe: quẽ cum cognouiſſent Heroides
mulieres eius ob cauſam dira ſupplicia & inhoneſta deſideria atq; mortes paſſæ: facto agmine in eum con
feſtim ſurrexere: & fruſtra conantem exercere vires: eũ cepere: atq; in excelſam ibidẽ mirtũ cruci affixere ſu
as inde pendenti ignominias inijcientes: quas iter dicit & aduenĩſſe Venerẽ icrepantem eũ: eiq; Vulcãi ca/
thenas iproperãte: & ſupplicia ſeua minitãtẽ: qb⁹ cõmotis alijs remiſſis ſuis iiurijs a Venere veniã illi impe
trauere: eũq; ſuſtulere de cruce: & ĩpe euolauit ad ſuperos. Referũt & iſuper plura: qb⁹ omiſſis dictorũ per/
ſcrutãd⁹ ẽ ſẽſus. Fuiſſe eũ Cupidinẽ Martis & Veneris filiũ & iſignẽ pulchritudie laſciuiq; moris ſatis poſſib/
le reor. Verũ de hoc minime ſenſere fingẽtes: & iccirco qs talis ex his oriri potuerit iter opiniões maiorũ in/
ueſtigandũ ẽ. Eſt igit̃ hic: quẽ cupidinẽ dicimus: mẽtis quædã paſſio ab exterioribus illata: & per ſenſus cor/
poreos introducta: & itrinſecarũ virtutũ approbata: præſtãtibus ad hoc ſupercæleſtibus corporibus aptitu
dinẽ. Volunt nãq; aſtrologi vt meus aſſerebat venerabilis Andalo: q, quando cõtingat Martẽ in natiuitate
alicuius in domo Veneris in tauro. ſ. vel in libra reperiri & ſignificatorẽ natiuitatis eẽ: prætẽdere hũc: q tunc
naſcit̃ futurũ luxurioſum: fornicatorẽ: & venereorũ oium abuſurũ & ſcęleſtũ circa talia hoiem. & ob id a philo
ſopho quodã cui nomẽ fuit Hali: i cõmẽto q̃dripartiti dictũ ẽ: q, quãdocũq; i natiuitate alicui⁹ Venus vna cũ
Marte participat: habet naſcẽti cõcedere diſpoſitionẽ philocationibus fornicatiõibus atq; luxurijs aptã: q̃
qdẽ aptitudo agit: vt q̃cito talis videt mulierẽ aliquã quæ a ſenſibus exterioribus cõmendet̃ cõfeſtim ad vir
tutes ſenſitiuas iteriores deferẽ quod placuit: & id primo deuenit ad fantaſiam: ab hac autem ad cogitatio
nem traſmittit̃. Ab iſtis aũt ſenſitiuis ad eã virtutis ſpeciẽ tranſportat̃ q̃ inter virtutes apꝓhenſiuas nobilior
eſt. i. ad intellectũ poſſibilem. Hic autẽ receptaculũ eſt ſpecierũ: vt in libro de aia teſtat̃ Ariſto. ibi aũt cogni
ta & itellecta ſi per voluntatẽ patientis fit: in qua libertas eijciẽdi & retinẽdi ẽ vt tãq; approbata retineat̃: tũc
firmata memoria hęc rei approbatę paſſio: quę iam amor ſeu cupido dicit̃: i appetitu ſenſitiuo ponit ſedem

Cupidinis potẽtia.

Cupidinis forma.

Quid per cupidinem intelligendum.

& ibidē varijs agentibus cauſis alīqdo adeo grandis & potens efficitur vt Iouē olympū liquere. & tauri for
mā ſumere cogat. Aliquādo aūt minus ꝓbata ſeu firmata labiť & annihilaťira: & ſic ex marte & venere nō
generať paſſio: ſed ſecūdū qđ ſupra dictū eſt hoies apti ad paſſionē ſuſcipiēdā ſcđm corporeā diſpoſitionē
Amor ꝓducunť. qbus nō exiſtentibus: paſſio nō generareť. & ſic large ſumēdo a marte & venere tanq̄ a remotio/
vbi gi/ n paululū cā: cupido generať. Seneca aūt tragœdus in octauia amplion paululū licētia: eſto paucionb⁹ ver
gnatur. bis huius deſc: ibit originē dicens. Vis magna mētis blādus atq̧ animi calor Amorē iuuēta gignit: luxu: ocio
nutriť: iter læta fortunæ bona. Sane in excuſationē ſuæ ibecillitatis hanc peſtē mortales miſeri preſſi paſſio
ne hac potentiſſimū finxere deū: quos i Hyppolito Seneca tragœdus deteſtať dicens. Deū eē amorē turpi
Att: fictio ſeruitio fauēs finxit libido: quoq̧ liberior foret: Titulū furori numinis falſi addit &c. Sed iā eo veniēdū ē vt ex
nis itelle cuſſis fictionibus qd ſub eis ſit abſcōditū videamus. Hūc puerū fingūt vt ætatē ſuſcipientiū paſſionē hanc &
ctum. mores deſignēt. iuuenes eni plurimū ſunt & more pueroꝝ laſciuūt: nec ſatis ſui cōpotes quo paſſionis ipel
lit ipetus: potius q̄ quo rō iuſſerit efferunť. Alatus prętere a dr̄ vt paſſio nati iſtabilitas demōſtreť. Facile. n.
credētes cupiētesq̧ de paſſiōe in paſſionē euolāt. Arcū atq̧ ſagittas iō ferre fingiť vt iſipiētiū repētina capti/
uitas oſtēdať. nā in ictu fere oculi capiunť. Has aureas eē dicūt & plūbeas: vt per aureas dilectionē ſumam⁹
q̄ vti auꝝ lucidū atq̧ p̄cioſū ē: ſic & ipa. Per plūbeas aūt odiū volūt: qđ vti graue metallū iners & vile ſit. ſic
& maliuolētia reddit quos corripit. Fax āt illi ſuperaddita oňdit aioꝝ icēdia: exuſtiōe cōtinua captiuos infe/
ſtātia. Oculos aūt illi faſcia tegūt vt aduertamus amātes ignorare quo tēdāt: nulla eoꝝ eē idicia: nullæ rerū
diſtinctiōes ſed ſola paſſiōe duci. Pedes aūt gryphis illi iō apponūť vt declareť quoniā tenaciſſima ſit paſſio
nec facile inerti impreſſa ocio ſoluiť. Eū cruci affixū ſi ſapimus documētū ē: qđ qdē ſeqmur quotiēs aio in vi/
res reuocato laudabili exercitio mollitiē ſuperamus nr̄am: & apertis oculis perſpectam⁹ quō trahebamur
ignauia.

ℂDe Voluptate filia Cupidinis. Cap. V.

VOluptas vt dicit Apuleius cupidinis atq̧ Pſyches filia fuit. cuius generationis fabula ſupra vbi de
Pſiche latiſſime dicta ē. Cuius figmēti ratio apenť facile: Cū eni contingit nos aliqd optare & op
tato potiri proculdubio obtinuiſſe delectamur. hanc delectationē priſci voluptatē vocauere.

ℂDe Oenomao ſecundo Martis filio qui genuit Hippodamiam. Cap. VI.

Enomaus rex fuit Elidis atq̧ Piſæ: & vt Seruio placet atq̧ Lactātio Martis fuit fili⁹. Sāe ego bel
O licoſum fuiſſe hoiem arbitror: & ob id fictū Martis filiū. Cōſtat. n. eū aduerſus Pelopē bellū ha/
buiſſe & a Pelope ſuperatū & cū ſecū veniſſet i pacē eidē Hippodamiā filiā ſuā cōceſſit i cōiugē.

ℂDe Hippodamia Oenomai filia & Pelopis coniuge. Cap. VII.

HIppodamiā dicit Serui⁹ filiā fuiſſe Oenomai regis. & cū formoſiſſia petereť a multis: eſſentq̧ Oe/
nomao velociſſimi eq vt q ex ventoꝝ flatu creati fuerāt: ab oenomao petētib⁹ talis appoſita cō/
ditio ē: vt. ſ. curule deberēt inire certamē: & ſuperati necarenť: victor āt potireť optato: & cū iam
multos i mortē dediſſet/ aduenīſſet: aduenit Pelops tātali regis filius: clara florid⁹ iuuētute: petijtq̧ cōiugiū
virginis diſpoſitus ſubire certamē. Hippodamia āt cū vidiſſet Pelopē formoſitate eius capta Myrtilū auri/
gā pr̄is pactiōe primi coitus corrupit. Alij vero dicūt clam a Pelope fuiſſe hac eadē pactiōe corruptū. Myrti
lus āt axem currus fecit ex cera: & ſic dū eēt i ſtadio fracto axe curr⁹ Oenomai: pelops victor euaſit: & ſic cō/
fugio Hippodamiæ potitus ē. Dicit Barlaā in annalib⁹ græcoꝝ legiſſe Pelopē ob negatā ſibi Hippodamiā
aduerſum Oenomaū iniſſe bellū & Oenomaū fraude Myrtili p̄fecti ſui ſuperatū. Qui Myrtillus cū preciū
fraudis poſtularet a Pelope ab eodē i mare deiectus perijt. Hæc Pelopi viro ſuo peperit Atridē & Thyeſtē:
Phyſtenē & alios.

ℂDe Tereo tertio Martis filio qui genuit Itym. Cap. VIII.

Ereus rex Thracū fuit: & vt ait Theodōtius fili⁹ fuit martis ex nympha Biſtonide per vim ab eo
T oppreſſa: qđ in parte ſcribit Ouid. dicens. Quem ſibi pandion opibuſq̧ viriſq̧ potentē. Et gen⁹ a
magno ducentē forte gradiuo. Cōnubio progne iūxit &c. Ex hoc talis hyſtoria cū fabuloſo fine
narrať. Cum fatigaſſet Tereus bello pandionē athenaꝝ regē: & i pacem tandē veniſſet: vt firmior eēt. Pro/
Terei gnē natu maiorē ſumpſit in coniugē: q cū iam illi Itym filiū peperiſſet: veniſſetq̧ i deſiderium videndi Philo/
facinus. melā ſororem ſuā orauit vt aut mittereť ethenas: aut ab ethenis accerſireť Philomela. Tereus autem Athe
nas vadēs a Pandione impetrauit: vt Philomelam ad Prognē duceret: quum ſpecioſiſſimā virginē cum ada
maſſet Tereus eam in paſtorali domo violēter oppreſſit. & minitanti ſe eū accuſaturā Progni: linguā abſci
dit: & i domo illa clauſam ſeruauit: & veniēs ſordidatus ad Prognē: Philomelem maris nauſea mortuā di/
xit. Philomela vero carceris affecta tedio in tela quæ ſibi cōntigiſſent omnia acu ſcripſit: & per ancillulā ſoro
ri miſit. Quæ cū ficta lætitia dolorē occultaſſet ſuū inſtantibus orgijs Bacchi noctu: nā eo tēpore a biſtonijs
mulieribus cælebrabanť: tyrſis & pellibus ornata intrauit ſiluas & philomelā æque ornatā eduxit in regiā:
& accēſa furore: cū multa excogitaſſet i viꝝ i Itym paruulū filiū illi applaudētē euomit iras: eūq̧ ſecto iugu/
lo iteremit: & coctū viro mane de more edulāti appoſuit: q cū ſa pr̄⁹ rei iſcius illū vocaſſet eiq̧ reſpōdiſſet cō
tinue Prognes adeſt. nec itelligeret ille anteq̄ a mēſa ſurgeret Philomela ex cōclaui exiēs illi i hoc ſeruatū
caput appoſuit. Qui repēte hic ide cōmot⁹ dū illā iſequereť gladio: factū ē miſeratōe deoꝝ vt Prognes i irū
dinē ꝟtereť: & pullo i habitu ꝓba tecta ſeruaret. Altera vero i auē ſui nois mutata ſiluas petijt q̄s nocte re
liq̄rat. Tere⁹ āt vpupa fact⁹ ē: & ſic ois regia trāſformatā. Sēſ⁹ āt fictionū ſecūdū Barlaą ſniam talis eſt. Fuit
Tereus hō ipius & ferox nil niſi per bellū cupiēs aut ſumēs: & ob id Martē meruit i patrē cū fili⁹ fuerit Aſto/
gyti biſtonidū pricipis: q qdē ob ſuū facinus nil auderet i cōiugē: & ipſa ob ruborē perpetratę ſeuitię nūq̄ i re
giā deſcēdiſſet: ſed nigra tecta veſte i ſublimiori domus parte ſuū differret ſcel⁹: & ſororis infortuniū huius
mutatōis cām dedit: ſicuti a Philomela tā noie q̄ reditu i ſiluas. Tereū aūt iō i vpupā verſum dixere: quia cri/

ſtata ſit auis:& vlulare cātꝰ eius ſit:& ſtercora cibus:vt per criſtā iſigne regii capitis deſignetur:& per vlulatū filij perditi lamentationes:& per fœtidū cibum aſpernanda atq; faſtidioſa memoria comeſti nati. Vpupę natura

De Ity Terei filio. Cap IX.

ITys Terei & Prognes fuit filius:cuius ętas & ifortuniūꝰ ſatis ſupra ſcriptū eſt. Aiunt.n.eū i auiculam quam carduelem vocāt mutatum:& hoc potius ab habitu infantiæ ſuæ ſumptum credo:q̄ aliunde. picta quidem auis eſt carduelis:vt & pictas acu veſtes ferre videmus infantes nobilium.

De Aſcalapho.iiij.& Ialmeno.v.filijs martis. Cap. X.

AScalapius & Ialmenus fratres & filij fuerūt Martis ex Aſtochia:vt i Iliade placet Hom. dicēti ſic. Illis dominabaꝛ Aſcalaphus & Ialmenus Martis filij quos genuit Aſtochia in domo actoris Azidao virgo venerabilis palatiū cū aſcēdit Mars fortis.hic aūt cū ipſa iacuit clā. Hos aūt dicit Homerus vbi ſupra domios fuiſſe Aſplidonis & Orcomeni ac Minionis ciuitatibus:& cū grecis Troiā veniſſe cū.xxx.nauibꝰ Ego aūt vt de reliqs dictū ē pugnaces fuiſſe hoies arbitror:& iō martis filios habitꝰ ab ātiquis.

De Parthaone.vi.Martis filio q genuit Agriū & Melā & Theſtiū & Oeneū. Cap. XI.

PArthaō vt ait.Theodō.filꝰ fuit Martis ex Meroe:patreq; eiꝰ alio noie Meleagrū appellatū & Calydoniæ regē.Paulꝰ aūt dicit l ūc Martis fuiſſe filiū ex Sterope filia Athlātis. Lactātiꝰ aūt dicit hūc nō Martis fuiſſe filiū:ſed Meleagri martis filij. Tādē Theodō.dicit veꝝ eē Parthaonē filiū fuiſſe Meleagri ex Merope Ethola virgie Sed quoniā Meleager primꝰ armis ſibi occupauerit Calydoniā atq; tenuerit:cū Iouis Archadis filꝰ fuerit:mars a rudibꝰ icolis creditꝰ & appellatus ē:& ide Parthaon martis filius dictus. Huiꝰ qdē genealogiā Home.i Iliade itroducēs Diomedē loquētē deſignat oſtenditq; Parthaonem tres filios habuiſſe. Agrium Melam:& Oeneum:ſed Theodontius his ſuperaddit quartum Theſtium.ſ.ab Homero minime nominatum.

De Agrio & Mela filijs Parthaonis. Cap. XII.

A Grius & Mela:vt ſupra dictū eſt Homero teſte filij fuerūt parthaonis:de q̄bꝰ nil pręter nudū nomen ad nos vſq; peruenit. Cap

De Theſtio Parthaonis filio:qui genuit Toxeū & Plexippū & Altheā. Cap. XIII

T Heſtius dicit Theodōtius filius fuit parthaonis ex Calidōe nympha. Paulus vero dicit ex althea & altheā filiā ſic dictā:qa dū naſcereꝛ ipſa labore partus mortua mater ſit:nec de eo p̄ter hoc habetur vlterius niſi q altheā genuerit & Toxeum & Plexippum. Cap. XIIII.

TOxeus & Plexippus Theſtii fuerūt filij:vt p̄dictum eſt Quidē cū iuuenes eſſēt robuſti ętate valētes:& aio vna cū reliqs nobilibꝰ iuuenibus græciæ i venatiōe apri calidonii:cūcta:vt refert. Oui. vaſtātis venere:ubiq; cū poſt lōgū laborē beluā iteremiſſet cernētes:q Meleager Oenei regis filꝰ eoꝝ nepos & venatōis priceps caput apri atalāte virgini:qa pria vulneraſſet illū dediſſet:vt tanq̄ pria feriēs ritu veniātiū p̄cipuo venatiōis decoraret honore. Illud illi idignātes q tāti laboris iter tot nobiles iuuenes fœmia prio iſigniteꝛ honore:eripuere. Quāob cām turbatꝰ meleager i illos irruēs ſubtracto capite illos iteremit renitētes:& virgini ſublatū honorē reſtituit.

De Althea filia Theſtii & matre Meleagri. Cap. XV.

ALthea Theſtii fuit filia:& de matris noie pereūtis:dū eā pareret nūcupata ē:vt ſatis p̄dictū ē Hec Oeneo regi Calidōię nupſit:cui cū iter alios filios Meleagꝝ peperiſſet:eo nato vidit audiuitq; fata circa ignē dicētia:tādiu natū victurū q̄diu ſtipes vnꝰq tūc ardebat i igne permāeret icōſūptꝰ ab igne Quo dicto decedētibꝰ fatis Althea e lecto ſurgēs cōfeſti ſubtraxit ab igne atq; ſeruauit. porro cū ſacrificās ob honorē Melegro ex venatiōe cōſecutū:& iteri Melagri audiſſet ab eodē f̄res occiſos furore percita i vidictā ſe dedit p̄cipitē. & arrepto fatali ſtipite:quē caute illo vſ ſtipes q; ſeruauerat igni cōburēdū exhibuit:quo cōſūpto filꝰ meleager occubuit. Q dꝰ cū audiſſet iſœlix facti pœnitēs i gladiū irruit:& vitā miſerrie termiauit. Stipitē hūc ego radicale hūidū arbitror naturę lege factū:vt eo durāte vita naſcētiū perſeueret:q a mr̄e.i.a reꝝ natura igni.i.ſiccitati ipoſitus:vt pereat natꝰ neceſſe eſt.

De Oeneo parthaonis filio q genuit Deianirā:gorgē:& meagrū:& tydeſt:ac menalippū. Cap. XVI.

OEneus Calidonię rex:vt ſupra dictū ē Parthaonis filꝰ fuit lōge magis apud nos filioꝝ opere qui ſuo cognitꝰ. Huic cōiunx fuit althea:& plures illi fuere nati:ſed vtrū ex althea omnes nō ſatis mihi notū eſt:cum de alio q̄ de meleagro legiſſe non recolam.

De Deianira Oenei filia & herculis coniuge. Cap. XVIIi

DEianira Oenei regis fuit filia:vt i morte Meleagri teſtaꝛ Oui.dicēs Quas poſtq̄ Oenie tādē Latōia clade Exatiata domꝰ p̄ter gorgēq; nurūq; Nobilis alcmenæ &c. Hęc virgo p̄ſtātiſſimę formę fuit adeo vt multi illā i cōiugē exoptarēt:atq; peterēt tādē cū acheloo flumini p̄miſſa fuiſſet:& poſtremo herculi poſcēti deſpōſata ortū ob ipſius nuptias certamē ē.& ſuperato acheloo herculi receſſit. Hæc p̄terea a Neſſo cētauro ſūme adamata:& i trāſitu flumis rapta:vt clarius vbi de Neſſo:qui cū ſagitta ab iſequēte hercule letaliter vulneratū ſe ſciret:i amoris p̄miū veſtē Deianirę venenato ſāguine reſperſā dilectę dedit:aſſerēs veſtimēto vim eē reuocandi herculē a qbuſcūq; amoribus:q̄ cū credula clā ſeruaſſet capto amore Toles herculi trāſmiſit iduēdū:vt illū ad ſe reuocaret:attamē cū illud hercules iduiſſet:& ſudore ſiccū cruorē reſoluiſſet poriſq; hauſiſſet apertis:vi vrgēte veneni in rabiē verſus ſeſe dimiſit in ignē:& mortuus eſt. Et ſic Deianyre vxoris munere iteriit. Theodōtiꝰ dicit bellū habitū cū Acheloo huiuſmodi fuiſſe:q cū deſideraret hercules Deianirā:&. Achelous fluuis Calidoniā duobꝰ alueis fere omnē aliquādo irrigare

& ſata oia ſecū traheret ab Oeneo Herculi petēti hac ſub cōdione cōceſſa:ſi Acheloū ī vnū cogeret alueū:
& illū ſeptret aggeribꝰ:ꝙ cū nō abſq; maxio labore feciſſet Hercules Acheloo ſuperato Deianirā obtinuit.

De Gorge Oenei filia. Cap. XVIII.

GOrgē Oenei fuiſſe filiā:teſtimonio Ouidij prēmōſtratū eſt. Theodōtius vero dicit Gorgem nō fœ
minam:ſed hominē fuiſſe:& in bello Thebano occubuiſſe.

De Meleagro Oenei filio:qui genuit Parthenopem. Cap. XIX.

MEleager filius fuit Oenei regis Calidonię & Altheæ:i natiuitate cuius refert Ouidiꝰ parcas tres
ab Althea iā labore partus ſoluta viſas circa ignē flumia nentes:& cū flāmis igni ſtipitē poſuiſſēt
dixere. O nūc nate erit æqua tibi cū ſtipite vita. Q d' cū audiſſet althea eis deſcētibus ſurgēs ſtipi
tē igni ſubtraxit:illūq; ne cōbureret cū diligētia ſeruauit. Fuit hic meleager iuuenis iſignis:& æuo
Dij de/ ſuo fama clariſſimus:& eodē Ouidio referēte cōtigit ꝙ Oeneus pater ex ſuſceptis frugibꝰ cūctis ſuperis ſa/
ſpectipo cro iſtituto honores ipēderet:Diana tātū:ſeu idignat̄ e. ſeu obliuiōe omiſſa. Q uę aduerſꝰ eū turbata aprū
nas irro imanē agris calidōis imiſit cūcta vaſtātē. Ad quē cōficiēdū cū vocatu Meleagri cōueniſſent oēs adiacentiū
gant, ciuitatū iſignes iuuenes:cōtigit:Atalāta virgo Oenei filia:ſeu ſecūdū alios Iaſij regis:forma & ętate conſpi/
cua:& venationū experta ēt aduocata veniret. Q uā extēplo Meleager amaſſet factū ē vt inita venatiōe:cū
oēs i aprū irruerēt:hec ante alios oēs illū iaculo vulneraret Q ui poſtq̄ caprꝰ & occiſꝰ ē:Meleager venatiōis
princeps:ſeu amore dictus:ſeu qa ſi expetebat vſus Atalāte:q̄ prio illū vulnerauerat apri caput trāſmiſit.
Lactā. addit & pellē:q̄ pcipuus apud venatores habebat̄ honor. Q d' ęgre ferētes Plexippus & Toxeꝰ:ſeu
vt dicit Lactātius Agenor:frēs altheæ eidē Atalāte caput oblatū abſtulerūt:ſeu auferre conati ſūt. quāobrē
iratus Meleager leos irruit:& illos occidit. Cęterū cū calidōes ob mortē apri feſtū igēs celebrarēt:& dona
portarēt tēplis:& iter eos althea tā ob mortē hoſtis q̄ ob gloriā filij lętabūda icederet:audita fratrū cęde re
pēte turbata ē:& i vindictā potius q̄ in lachrimas irruēs fatali ſūpto ſtipite eū in flāmas iniecit:quo cōſūpto
& Meleager cōſūptus occubuit. Homerus in Iliade ea in ōrone:in qua phœnix conat̄ perſuadere achilli:vt
arma capiat aduerſꝰ troianos:lōgū de Meleagro Oenei filio ſermonē facit:& dicit ꝙ cū ob homicidiū auū/
culoꝝ ſuoꝝ plurimū ab Althea matre execraret̄ idignatus:cū venirēt hoſtes vſq; i vallū calidonię ciuitatis
nollet arma ſumere:ſed cū Cleopatra marſippe Idei euinei filia:quā ēt altionē vocat:eo ꝙ altionē auiū ſuā
perſæpe ploraret delectabat̄ icluſꝰ thalamo:q̄ poſt mort̄ fieri nō poterāt. Attamē ex his q eū ob cædē auū
culoꝝ mortuū putāt:ſūt q credāt eū nō ſtipite cōſumpto:ſed matris cōſpiratiōe occiſum. Barlaam ab ea fu
SCylla: vt ait Seruius Phorci & crotheidos nymphæ filia fuit. quã vt ait Ouid. Glaucus ex Anthidone ciuitate marinus deus amauit: & quoniã illã cyrci filię ſolis: quæ iliũ diligebat. pręponeret. irata Cyrces fontem: in quo conſueuerat ſcylla lauari venenis infecit: adeo vt dũ deſcendiſſet ſcylla in eum more ſolito pubetenus repente in varias eſt mutata formas. Attamen cũ ſuam deformitatẽ horreret: ſeſe in propinquũ pręcipitauit mare: & Glauci amãtis ſui opere dea marina facta eſt. Alii marinũ monſtrum effectam dicunt: cuius formam ſic deſcribit Maro. At ſcyllã cæcis cohibet ſpelunca latebris Ora exertantẽ & naues in ſaxa trahentem. Prima hois facies: & pulchro pectore virgo Pubeten⁹ poſtrema imeni corpore piſtrix. Delphinũ caudas vtero cõmiſſa lupoꝝ Præſtat trinacrii metas luſtrare pachini: &c. Homerus autẽ longa carminũ ſerie aliter ĩ odyſſea deſcribit fere in hac ſentẽtia. Dicit enim eã latrantẽ. & catuli vocẽ habere nuper geniti: aſpectu horribilẽ: & pedes habere. xij. cũ ſex capitibus: & ĩ omne caput os ingẽs cũ trinis ordinibus dentiũ plenis nigra morte: eãq; in ſpelũcæ medio morantẽ capita extra mittere in profundiſſimum mare: piſcariq; vt delphines capiat vel balenas. Leontius autẽ aliã a ſuperiori de ſcylla recitat fabulã. dicit q cũ ſcylla miſceretur Neptũno amphitrites eius cõiunx cõmota zelo ſparſis in aquis pharmacis: in q̇b⁹ lauari cõſueuerat: eã vertit ĩ caninã ferã: quã Hercules cũ p̃da Gerione hiſpano ſuperato rediẽs: eo q ſibi boues abſtuliſſet occidit. Verũ illã pater eius reuocauit in vitã. His pra miſſis quid cõtegãt enucleandũ eſt. Sũt ergo qui exiſtiment olim in littore calabro freto tenui a ſiculo ſeparato aduenã fuiſſe mulierẽ ſũma pulchritudine: & aſtu plurimo valentẽ: & cũ fenienti vtereť pruritu modeſtia morũ & honeſtate oris: q̇bus virginẽ ſeu pudiciſſimã fingebat mattonã: illectos hoſpites in cõcupiſcentiã ſuã nudabat ſubſtãtijs: & hic datũ fabulæ locũ. Fulgentius autẽ de ea aliter ſenſit in moralem ſenſum æque fictionẽ trahens: & dicens ſic. Scylla ei græce quaſi σκυλμον dicta eſt: quod nos latine confuſionẽ dicimus: & quid confuſio: niſi libido eſt? quã libidinẽ Glauc⁹ amat. Glaucus eni gręce: luſcitioſus diciť. vñ & glaucomata dicimus cęcitate: ergo oĩs qui luxuriã amat cæcus eſt. Nã Antheodonis filius dictus eſt. Antheodon enim græce quaſi anthidon: qđ nos latine cõtrariũ vidẽs dicimus. ergo lippitudo ex contraria viſione naſcitur. i. ex re cõtraria viſui. Scylla vero in modũ ponitur meretricis: quia oĩs libidinoſa canibus lupiſq; imũdis atq; ſpurcidis: & hiulcis hoibus inguina ſua neceſſe eſt miſceat. Iuſte ergo lupis & canibus mixta. Quã circes odiſſe dicitur. Cyrces manus diiudicatio vł opetatio nuncupať: q̃ſi χειρων κριτη Laborẽ ei manuũ & operationẽ libidinoſa mulier nõ diligit. Hæc ille. Glaucus autẽ ſupra vbi de cyrce pro maris ſpuma ſumptus eſt: qua abundat cyrceus mõs in radicibus ſuis rõne ſcopulorũ: circa quos mare impulſum frangiť: & ſic ſcyllæ ſcopulus. tamẽ de hoc ſatis vbi de cyrce. Saluſtius autẽ dicit ſexũ eſſe ſimile terebratę formę procul videntibus. Canes vero & lupi ob hoc ex ea nati finguntť: quia loca plena ſunt monſtris marinis: & ſaxorũ aſperitas illuc imitatur latrat⁹ canũ. ſed nos paululum figmentis explicati adaptemus. Certiſſimũ eſt ex parte Italiæ in cõſpectu littoris tauromintani ſaxa eſſe ingentia atq; cauernoſa: & acuta: & cultrorũ ritu ſecantia: & ſe in fretũ ſiculũ protendentia: in quo eo motu: quo oceanus aſſidue agitatur: fluxu. ſ. & refluxu adeo curſu velox: & impetuoſum feiť mare: vt nil celerius videatur vt potẽtius. Præterea flantibus ab arctoo in auſtrũ ventis: & ab auſtro in arctoum tãto impetu eo in freto in ſe vndas impellunt: vt percuſſionibus ſuis in cęlum vſq; videãtur efferri: ex quo tam impetuoſo motu fit: vt intrantibus vndis cauernas ſcyllæ: rumor cauſetur ingens: qui hincinde fractus latratus canum: vlulatũq; luporũ imitatur: & quoniã in vacuũ ſemper declinant aquæ: fit vt eis deſcendentibus in cauernas ſcyllæ ſecum potentius impetus ſi ſint nauigia trahat: & ſic ex veritate contingentium conſtat Vergilij fictio: q illi multa ſint capita: vt dicit Homerus: nihil aliud eſt q̃ pluralitas ſcopulorum ibidem dum

Sylla ſcopulus in mari.

inmordentes ſollicitudines curaſque vertuntur. Caput enim tunc Meduſæ abſciditur cum ſubſtantiis ſpoliatur: per quas viuere & multũ poſſe videbatur. ꝙ ſerpentes in libya ex ſanguine capitis Meduſæ nati ſint ad roborandam figmenti ſpeciem potius q̃ ad aliquid ſignificati tegẽdum dictum eſt. Teſtatur autem Euſebius in libro temporum hanc meduſam a perſeo præda diuitiarum tracto ſuperatam atq; regno diuitijſq; priuatam Cecrope Athenis regnante: dicitq; a Didimo ſcriptũ in hiſtoria peregrina.

De Albione.iiij.& Borgione.v.filijs Neptunni. Cap. XII.

Albion & Borgion vt Pomponius mella in libro Coſmographiæ teſtatur: filij fuere Neptũni: ex quib⁹ ipſe eidẽ talẽ recitat fabulã. Trãſeunte Hercule inter hoſtia rhodani & loca quæ poſtea mariana foſſa dicta fũt: ei Albion & Borgion obuij facti fũt: eius impedientes tranſitum. Quamobrẽ cũ Hercules aduerſus eos iniſſet certamẽ: deficerent que ei tela ab iuocato patre eius Ioue: alli ſubſidium datum eſt: hymber ſcilicet lapidum quorum adeo loc⁹ ille abũdans eſt vt facile pluiſſe exiſtimes. Arbitror ego hos probos fuiſſe viros & aduenas: cumq; ſibi ibidem ſedes ſumpſiſſent timẽtes ne forte pellerentur obuiaſſe Herculi vel alteri venienti a quo ſuperati ſunt: & iacẽtes paſſim lapides locum fabuloſæ pluuiæ inueniſſe.

Att: Lapides pluiſſe.

De Thara.vi.Neptunni filio. Cap. XIII.

Taram filium fuiſſe Neptunni Seruius aſſerit: dicitque eum circa Salentinorum cõfinia Tarentum olim inclytam ciuitatem condidiſſe & a ſuo nomine nuncupaſſe. Eſto Iuſtinius velle videatur a Spurijs ſpartanorum conditam verum idem Seruius ab eiſdem duce Pallanto non conditam ſed reſtauratam confirmat.

Eius Tarenti conditos.

De Polyphemo Cyclope.vij.neptunni filio. Cap. XIIII.

Polyphemus Cyclops vti & reliqui Cyclopes omnes: filius fuit Neptũni ex thooſa Phorci filia vt ſupra per Homerũ patet: vbi de Thooſa. Conſtat enim hunc inter cyclopes notiſſimum & potentiſſimum fuiſſe: & Galatheam ſiculam nympham amaſſe: vt patet ſupra vbi de Galathea. Præterea eum vnicum habuiſſe oculum volunt: & ingentis ſtaturæ fuiſſe hominem: atq; ampliſſimos in ſyluis Siculis ſeruaſſe greges: & poſtremo ab Vlyſſe priuatum oculo de quo Homerus in odyſſea talem refert fabulam. Dixit enim ꝙ cum Vlyſſes vagus poſt ilionis excidium lothophagis relictis veniſſet in Siciliam: vidit ibi hominem villoſum & hiſpidum greges mungentem: & ab antro ſuo ſolum amouentem lapidem: quem mouere nequiſſent iuga boum viginti. tandem cum antrum intraſſet eius cum. xij. ex naualibus ſocijs polyphemoque percontanti narraſſet qui eſſent & vnde venirent: oraſſetque eius in ſuis opportunitatibus fauorem: a cyclope ſuperbe reſponſum eſt: cum diceret ſe Iouem non timere: eoque ſe meliorem. Et cum rogaſſet quonam nauim liquiſſent Vlyſſes perfidiam cyclopis ſentiens reſpondit ſe cum ſocijs naufragium feciſſe poſtque Cyclops videntibus cæteris: captis duobus ex eis: illos ritu beluæ diſcepſit atque deuorauit. quare commotus Vlyſſes cogitauerat eum occidere. ſed aduertens: quia tam ingentem molem ab hoſtio ãtri amouere nequiſſet deſtitit. Cyclops autem mane facto duos alios comedit: & Vlyſſe cum reliquis in ſpecu relicto cum gregibus abijt. Vlyſſes autem clauſus ingentem baculum: acuit: texitque fimo. & cum ſero Cyclops rediens duos inſuper ex ſocijs occidiſſet Vlyſſis: obtulit ei Vlyſſes optimi vini Cadum miſericordiam orans. Cyclops potato vino promiſſit mſereri: ſi vinum iterum propinaret: quod poſtquam factum eſt cum tertio potaſſet: nomen petijt Vlyſſis: Qui illi ſe vtim vocari reſpondit: quod latine ſonat nullus. Cui Cyclops. loco muneris exhibiti poculi: te vltimum comedam. Tandem cum ob bibitum vinum: Cyclops inſuetus facile ſe ſoluiſſet in ſomnum Vlyſſes ſumpto ſtipite quem ſepeliuerat in fimum: eoque igne præuſto animatis in facinus ſocijs incenſum in oculum Cyclopis acri nixu impegere. Cyclops autem experrectus ingenti clamore ſocios antro propinquos inuocauit adiutores: qui circum antrum quærentes quiſnam illum infeſtaret cum Cyclopem vtim reſpondentem audiſſent: arbitrati quia naturali egritudine grauaretur abeuntes dixere vt neptunnum patrem pro ſoſpitate precaretur. Cyclops autem triſtis cum amouiſſet ab hoſtio antri molem prætendiſſetque brachia ne quis hoſtium exiret antrum cum gregibus perſcrutatis ſingulis pecudibus emittebat. Vlyſſes autem cum ſocijs cum ſe occiſorum arietum pellibus contegiſſent exiuere antrum quadrupedes: & a Cyclope incogniti: qui deductus ex pecoribus Cyclopis feſtiui ad nauea abiere: quos cum ſenſiſſet Cyclops erecta mole ingenti fere nauim attigit. Vlyſſes autem ex tuto nomen illi aperuit ſuum: quod cum audiſſet Cyclops. Heu dixit in vaticinium Tyleni Eurymedis Cyclopis tandem deueni. Vlyſſes abijt. Vergilius autem eius tam formam q̃ domum narrante Achimenide: vno ex ſocijs Vlyſſis longe breuiori carmine deſignat dicens. Immemores ſocij vaſto cyclopis in antro Deſeruere domus ſanie dapibuſq; cruentis. Intus opaca ingens ipſe arduus altaq; pulſat Sidera dii talem terris auertite peſtem. Nec viſu facilis: nec dictu affabilis vlli Viſceribus miſerorum: & ſanguine veſcitur atro &cæ. His ex polyphemo præmiſſis ad intellectum intrinſecum veniendũ eſt: & primo videndũ qs Neptunni & Thooſæ filius dictus ſit. Circa quod ego arbitror ꝓſtante cauſam matre regis Sardiniæ filia: eũ incognitũ Siciliã adueniſſe. Cuius cũ occupaſſet partem ſeu forte totam: incognitus Neptũni dictus ſit fili⁹: & tyrannus inſulæ factus. aliã ob cauſam patrẽ meruiſſe Neptunnũ. nã vti inexorabilis eſt Neptũnus tẽpeſtate cõmotus: ſic & inexorabiles ſunt tyrãni ira aut cupiditate cõmoti. Et ꝙ hic igentis formæ: ideſt magnæ potentiæ dux gregum: ideſt populorum tyrannus fuerit. ꝙ oculus vnus illi tantum fuerit oſtendit. ſolam enim ſuam rem tyranni curant: nil in deum: nil in proximum: nil in ſubactam plebem reſpiciunt. Homines ſuos euiſcerant atq; corrodunt: dum ſubſtantiis euacuant ſubditos: dum exiliis damnant: dum inocuos cruciant. Hi tamen vino: ideſt blandiciis aſtutorum hominum ſopiuntur: & oculo obcæcantur dum nudantur

Thoã vocãt Alij.

Pol. phemus vnocul⁹.

Cyclops Vino ſopit⁹ oculũ amiſit.

ſubſtãtijs:& dominio. Albericus autem de Polyphemo iſto aliter ſentire videtur dicens:hũc Polyphemum
vocari quaſi m ltæ lucis hominem vt cum Seruio conueniat: qui dicit multos dixiſſe Polyphemum vnum
habuiſſe oculum:alios duos:alios tres.ſed totum fabuloſum eſſe:quaſi ipſe velit vnum tantũ habuiſſe.&
ideo aſſerit hunc prudẽtiſſimũ fuiſſe virum:& hunc in fronte oculum habuiſſe: deſt iuxta cerebrum.ſed ab
Vlyſſe prudentia ſuperatum:quod in Vlyſſis particularem laudem concedi poteſt.vt ſuperato donis ſen/
ſu tyrannico per Polyphemum eloquium & doloſas demonſtrationes oculati hominis atq; violentiam pa
rantis manus effugerit. Ego inſuper quidem de magnitudine corporea huius poetas hyperbolice locutos
ia dudum arbitratus ſum. Poſtq̃ de cinerea ſtatua hominis apud Drepanum his temporibus comperta an
diu pendulus factus.nec vtrũ verũ ſimpliciter ſcripſerint aut fictum negare audeo nec affirmare.

ℂDe Tilemo.ix.Neptunni filio. Cap. XV.

Tilemus Vates.

TIlemns Eurymedes ex Cyclopibus vnus:vt in Odiſſea oſtendit Homerus & vt cæteri dicuntur
ſic & hic n ptunni fuit filius:ex qua tamen matre niſi ea fuerit ex qua Eurymedes noiatur nõ ha
betur. Vates fuiſſe dicitur.atq; prædixiſſe Polyphemo quia ab Vlyſſe oculo priuaretur.

ℂDe Bronte nono Sterope.x.& Pyragmone.xi.Neptunni filiis. Cap: XVI.

BRontes:Steropes:& Pyragmon Cyclopes inſignes fuere.& vt dicit Theodonti⁹ ex Amphitrite
coniuge neptunni filij fuere. Hos artificioſos fuiſſe homines conſtat & acri labore duratos:quos
Vulcano ignis deo attributos:vt ſub eo apud Lyparam inſulam Iouis conficiant fulmina volũt:
vt Vergilius in æneide plurimo deſcribit carmine:quorum ſinite volumus cauſam originis eorum
& officij demonſtrare:pauca de neceſſitate præmittenda ve unt.Cum igitur Cyclopũ duæ ſaltem videan
tur eſſe ſpecies:ne de vna quod de altera expoſitum eſt intelligatur:veniunt diſtinguendæ. Pria eſt de qua
ſupra vbi de Polyphemo:& illa vt ſatis apparet peſſima.Secunda vero artificioſorum hominum eſt vt ap/
parebit in ſequentibus. Et quoniam inter ſe diſcordes ſunt vt diſcordes interpretatio nominis gẽtilicij: qđ
commune habent:neceſſe eſt. Dicuntur igitur hi Cyclopes: qui artificioſi ſunt homines:a κυκλος quod
Artificẽ circũſpe/ ſpectũ eẽ oportet. eſt circulus:& ωψ quod eſt oculus:id eſt oculo circulatus. Seu vt breuius ſententiã ſequentes vocabulorũ
circunſpectus.quod quidẽ artificem hominem eſſe oportet.nam ſi non ſit:nequeunt congrue primis vltima
reſpondere. & ideo conſueuere circunſpecti artifices antequam manum operi apponerent mente princi/
pium & medium & vltimum intueri:vt fini debita poſſ nt præſtari initia. & ſic opus eſt inchoare. Fertur au/
tem dici Cyclides artes a græcis nuncupari:eo quia origo illarum ſicuti circuli initium latens ſit: ex quo vo/
cabulo dici Cyclopes tanq̃ ab arte artifex congrue dicere poſſumus. His præmiſſis cur neptunni dicti ſint
filii videamus. Exiſtimo quidem:eo ꝙ ex mari ſeu aquis fere exemplaria rerum omnium artificiata: ũ ſum/
pta videantur. A piſcibus quippe ſumptum volunt quo ordine in pugnam acies deducantur.ab eiſdem quo
Multa artiũ ex aq̃s admi ncula. pacto homines equiq; ferro tegantur:ſquãmis eorum inſpectis. A ſpina excarnificati piſcis in littore ad con
ſtruendas longas naues doctrina ſumpta eſt:Ab innare conſ ruendæ domus & ſolaria artificium demon/
ſtratum:a teſtudine conſumptis carnibus cytharæ compoſitio oſtenſa eſt:contectrum etiam documentum
A conchis & ſpondilibus hoſtiorum atq; valuarum flexuoſitates traditæ: nec non & qualiter per circunfle/
xos gradus in excelſas poſſumus turres aſcendere.Sic& quo pacto buccinas edere. In aquis p̃terea herba
rum contexiones & productiones filiorum exortæ & interſerere fila:telaſq; texere demonſtratum:aq̃ va/
rietates telarum colore faciẽdas piſcinium ſãguine præbuere primæ:motus earum prim⁹ muſicam: & tem
pora eius atq; conceptum meditãtibus dediſſe compertũ eſt. Quid multa dicam?innumerabilia ſunt quæ
mare producit inſtruentia artificiũ ingenia:ex quibus fit vt mento artificioſos homines Neptunni filios nũ
cupemus Cyclopeſq; vocemus. Et quantũcunq; Heſiodo placeat Plinio teſte in libro naturał hiſto.q dacti
li vocati ſunt in cretam fabricam ferrariam inueniſſe. dicit ibidem Plini⁹ a ciclopibus atque calibis ferrum
fuiſſe compertum. Cur autẽ ex amphitrite dicantur ſuſcepti puto circuitione ſonorũ cum vndiq; perſtrepãt
artificum ſonus. Vulcani ideo traduntur obſequio:quia igne molliuntur dura ad vſum artificis:& mollia ſo/
Cuiq; rei ſu⁹ loc⁹ ẽ lidantur vt latius oſtendetur vbi de Vulcano tractabitur.quod autem apud lyparam fabrilia operentur di/
ctum eſt ad oſtendendum quoniam ab artificibus loca artificio conuenientia ſumẽda ſint. Quid queſo fa/
ciet faber ferrarius in palude?qd piſcator i monte?quid agricultor in ſaxo?quid in ſolitudine medicus? Nil
eqdem.& ideo i lypara officinã fabrorum deſcripſit Vergilius.quia igneus locus ſit quo fabri molliunt æra.
Sed ſupereſt de nominibus rationẽ exquirere. Brõtes enim vt dicit Albericus dictus eſt a tonitru quod fit tã
ſufflãtibus follibus q̃ etiam incudem verberantibus malleis. Sic& Ssteropes dicitur a fulgore qui ex incen
dio naſcitur. Pyragmonem autem dicit ab incude calenti nomen ſumpſiſſe:eo ꝙ pyrignis: agmon autem i
cus iterpretetur.& hæc ideo his attributa ſunt nomina: quia circa armorum artificium exerceantur. non eĩ
talia darentur nauim vel templum vel palatium conſtruenti. Volunt poſtremo: eo ꝙ telum Ioui feciſſent:
quo Eſculapius ictus eſt:hos ab Apolline iterfectos:quod ego intelligo cum apollo interpretetur extermi
nans & humoris expulſor ſit.quod ignis etiam facit:opifices tales ſi opus tale continuent cito deficere: eo
ꝙ tam labore aſſiduo q̃ igne continuo ante tempus deſiccetur humor & deficiant.

ℂDe nauſithoo.xij.Neptunni filio qui genuit Rixinorẽ & Alcinoum. Cap. XVII.

NAuſithous Pheacũ rex vti odyſſea placet Homero:Neptunni fuit filius & Periuiæ nymphę:
de quo & eius prolem ſic ipſe idẽ deſcribit. Nauſithoum qui primo Neptũnus terrã mouens
genuit:& periuia fœminarum ſpecie optima iunior filia magnanimi Eurymedonis &c. De
hoc autem nil aliud reperitur niſi ꝙ Rixinorem & alcinoum filios habuerit.

ℂDe Rixinore Nauſithoi filio qui genuit Arithum. Cap. XVIII.

RIxinor fili⁹ fuit Nauſithoi vt in odyſſea ſic ait Homerus. Nauſithous autem genuit Rixinorẽ Alci/noum que. hic Rixinor: vt idem dicit Homerus coniugẽ ſumpſit: & ſuſcepta ex ea filia vnica: quã Arithin nominauit: ab apolline percuſſus occubuit: puto febre exterminatus fuerit.

¶ De Arithi Rixinoris filia & Alcinoi coniuge. Cap. XIX.

ARithis vt in odyſſea ſcribit Homerus: filia vnica fuit Rixinoris: quã Alcinous Rixinoris frater & Pheacum rex ſumpſit in coniugem & ex ea Nauſitheã filiã & tres filios ſuſcepit: ad hanc Vlyſſes ductu & conſilio Palladis transformatæ in effigiem Calpis virginis a Caliſtone nympha veniẽs naufragus acceſſit & multa illi interrogatus expoſuit: & tandem honorifice ab ea ſuſceptus eſt.

¶ De Alcinoo filio Nauſithoi: q gẽuit Nauſitheã & Laodamãtẽ & Alioũ & Clytõiũ. Cap. XX

ALcinous rex Pheacũ vt in odyſſea teſtaẗ Homer⁹: fili⁹ fuit nauſithoi regis: & vir arithis: ad hũc ãt i cõuiuio ſedẽtẽ venit Vlyſſes naufragiũ paſſ⁹: & ab eo honorifice ſuſcept⁹ ẽ: eiq; con/iugium Nauſitheæ oblatum: Demum data ingentia munera: & nauis quæ illum in patriã reportaret parata: ſocijque nauales præſtiti. Alcino⁹ vliſſe ho ſpicio ſu/ ſcepit.

¶ De Nauſithea Alcionis regis filia. Cap. XXI.

NAuſithea filia fuit alcinoi & Arithis: vt teſtatur Homerus: quæ cũ exiſſet ciuitatẽ cum pediſſe/quis ſuis: iuſſetque ad flumen lotura veſtes: factum eſt vt videret Vlyſſem naufragũ nudũ i littore & frõdib⁹ arborũ circuntectũ & ab eo ſuppliciter exorata: vt illi cibum daret & veſtes põſtulata conceſſit: & inde illi ſuaſit vt ad patriam ſuam: & ad regiam domum poſt ſe acce/deret: vti poſtea factum eſt: prout plene in odyſſea narrat Homerus.

¶ De Laodamante & Alioo & Clitonio filijs Alcinoi regis. Cap. XXII.

LAodamas alious & Clytonius filij fuere Alcinoi regis & arithis Homero teſte in odyſſea: de qb⁹ nil præter generales laudes inclytæ iuuentutis eorum reperitur: & quod Vlyſſem vna cum patre alcinoo & matre eorum honorauerint: eique munera dederint. Alij Nau ſicaa

¶ De Melione. xiij. Auctorione. xiiij. neptunni filijs. Cap. XXIII.

MElion & actorion neptunni fuerunt filij vt in iliade ſcribit Homerus. Inducit enim neſtorem ſenẽ patroclo dicẽtem: ſe adhuc iuuene bellum habuiſſe aduerſ⁹ archades: & multos iteremiſſe. & ni neptunnus melionẽ & actorionem filios ſuos caligine occultaſſet: eos æq; cũ alijs occidiſſet.

¶ De Aone. xv. neptunni filio Cap. XXIIII

AOn vt dicit Lactantius filius fuit Neptunni & ab eo dictam affirmat aoniam: quæ quidẽ pars eſt Boetiæ. Theodontius vero hoc idẽ aſſerit: Aonemq; dicit ex apulia factione ſuorum pulſum na/uigio veniſſe euboeam: & inde ſe in Boeotiam detuliſſe: ibiq; rudibus adhuc populis i mõtanis i peraſſe: & illos aonas vna cum montibus ex ſuo nomine nuncupaſſe: a quibus neptunni filius habitus eſt: cum oncheſti cuiuſdam ditiſſimi hominis Apuli fuiſſet filius ex parichia coniuge. Meſap pus in vincibi lis

¶ De Meſappo. xvi. neptuni filio: a quo Ennius poeta. Cap. XXV.

MEſappus filius neptũni vt dicit Vergili⁹. At Meſappus equum domitor neptũnia proles: Quem nec fas igni cuiquam nec ſternere ferro &cæ. Hic enim vt idem teſtatur Vergili⁹: Turno aduerſ⁹ æneam auxilia duxit: Quẽ ſecuti ſunt feſcennini: ęqui faliſci: & qui ſoractis habitabãt montẽ: & Ci/mini ſyluas & lacus & inſuper capeni. huic tamẽ dicit Seruius Per mare ad Italiam veniſſe: & in/de neptũni filium dictum. eum etiam eſſe inuulnerabilẽ ferro dictum eſt: eo ꝙ nunq̃ i bello perierit ab igne vero inmunẽ: eo ꝙ neptũni filius: quẽ deum conſtat eſſe aquarum: ab iſto dicunt Ennium poetam dicere ſe originẽ ducere: eumq; equorũ domitorẽ dictum: quia animalia ſint a neptunno producta.

¶ De Buſiride. xvij. Neptunni filio Cap. XXVI. Illau datus Buſirus

BVſiris neptunni fuit filius ex Libia Epaphi filia ſuſceptus: vt in libro temporum ait Euſebius. hic autem: vt ait Auguſtinus in libro de ciuitate dei: regnante Danao Argiuis: vel rex vel potius tyrã/nus ſuis dijs hoſpites immolabat: quem Seruius ab Hercule occiſum dicit: eo ꝙ cum apud illum diuertiſſet: vt alios ſic & eum voluiſſet occidere: & idem Seruius aſſerit huius Buſiridis laudes ab Iſocrate deſcriptas.

¶ De Pegaſo equo. xviij. Neptunni filio. Cap. XXVII.

PEgaſus equus alatus: vt teſtatur Seruius & Lactantius: filius fuit Neptũni & Meduſę in tẽplo Palladis conceptus vt ſupra vbi de Meduſa. Oui. autem dicit eum natum ex ſanguine cadẽte ab exciſo Meduſæ capite vt vbi de faſtis dicit: Crediẗ hic cęſę grauido ceruice meduſę Sanguie reſperſi pſiluiſſe comis. Quã Ouidij opinionem Fulgenti⁹ ſequitur & Albericus. Hũc præterea non ſolum velociſſimum: ſed volucrem fuiſſe aiunt: eodem Ouidio teſte. Hũc ſupra nubes & ſubter ſidera lapſo Cælum pro terra: pro pede penna fuit. Eumq; dicunt pede caſtalium muſis effodiſſe fõ/tem: vt idem fert Ouidius: Fama noui fontis noſtras peruenit ad aures: Dum meduſei quem præpetis vngula rupit. & paulo infra. Vera tamen fama eſt & pegaſus huius origo Fontis. & ad latices deduxit pal/lada ſacros & cetera. Hunc inſuper dicunt Bellerophontem aduerſus Chymæram monſtrum euntem tu/liſſe. Sic & Perſeum dum ad gorgones iuit. Anſelmus vero vbi de imagine mundi: huic equo quædam ad/dit: que ab alio nemine dicta comperi. Dicit enim illi cornua eſſe: eumq; igneum habere anhelitum & ferreos pedes: vt totus monſtro ſit ſimilis. illum poſtremo inter ſidera locauere Ouidio teſte: iamque indignanti noua frena receperat ore: Cum leuis aonias vngula fecit aquas. Nunc fruitur cęlo quod pen/nis ante petebat. Et nitidis ſtellis quinque decem que micat. Nunc his appoſitis quid ſenſiſſe potuerint Pegaſus alatus

veteres exquirendum eſt. ego hunc equum famam rerum geſtarum arbitror cuius velocitas per curſum & volatum equi huius deſignatur: qui ideo neptuni & gorgonis dicitur filius: quia ex geſtis in mari & terra fama oriatur. Quod in templo palladis conceptus ideo fictum puto quia ex diſcrete & conſulte geſtis recte fama oriatur. Ex fortuitis aūt nemini iure fama debetur: ex temerarie autem factis potius debetur infamia. Quod huic equo pedes ſint ferrei dictum puto vt demonſtretur quoniā in circuendo nunquā famæ deficiāt vires. Cornua autē apponuntur ei vt famoſorum comprehendatur elatio. Sic & anhelitus igneus vt garrulorum feruens dicendi deſiderium cognoſcatur. Eum caſtaliū effodiſſe fontem ſatis manifeſte declarat: qa cupidine famæ atq; gloriæ temporalis a nonnullis affectio ponitur omnis. ex qua quotiens optatum conſequitur totiens fons caſtallius: id eſt abundans dicendi materia oritur: quę quoniā poetarum eſt: muſis igitur dicitur conſecratus hic fons. Eum autē Bellerophontē & Perſeum geſſiſſe aſſumptas expeditiones eo dictū dici poteſt: quia cupidine glīæ: id eſt ad id delati ſunt quod egerūt. ſeu vt quidam volunt ad id delati ſunt nauibus quibus alatus equus erat inſigne. Albericus peregrinam de hoc equo ſcribit opinionem: ex Fulgētij fonte ſumptam. Dicit enim eum dictum pegaſum a πηγη græce quod latine fontem ſonat: eumq; eē fluuiorum omnium commune nomen: & hic vult flumen: id eſt pege equum eſſe neptunni: id eſt ex Neptunno genitum cum ex mari omnia naſcantur flumina. & per alas velocitatem fluminum deſignari: & a pege

Vū pagi. vult pagos dici quos veteres iuxta flumia ſæpe ponere cōſueuerant & inde paganū quaſi ex vno pege: id eſt fonte vel flumine potantes. & ſic fontem quem dicimus a pegaſo pede factum a Neptunno procedere ſentiemus. Sed quid circa hunc equum & fontem ſentiat Fulgentius qui latiſſime ſcripſit paucis apponendum eſt. Dicit ergo pegaſum ex meduſæ ſanguine naſci: eo ꝙ in figura famæ conſtitutus ſit. nam cum virtus terrorem decidit famam generat: quem ideo volucrem dicit quia vt dictum eſt fama volucris ſit. Fontem autem muſis vngula aperuiſſe ideo fingitur: quia muſæ ad ſcribendū heroum famam aut antiquorum geſta: aut priorum dicta ſequātur. Præterea dicit idem Fulgentius pegaſum interpretari æternum fontem: quod arbitror. quia fama egregiorum hominum indeficiens eſt.

¶ De Nicteo neptūni. xix. filio: qui genuit Antiopam & Nictimenem. Cap. XXVIII.

N Icteus vt ait Lactantius filius Neptūni fuit. & vt Theodontius aſſerit ex Cyleno filia Athlātis ſuſceptus. hunc dicit Lactantius Ethiopiæ fuiſſe regem & Antiopam & Nictimenē filias habuiſſe: eumque ſecundum quoſdam a nictimene illecebri amore dilectum: cum qua cum opere nutricis concubuiſſet ignarus: ſcelere cognito eam voluit: ni aufugiſſet: occidere. Alij vero contrarium dicunt eum ſcilicet infauſte nictimenem dilexiſſe: eamq; cum illi vim vellet inferre aufugiſſe: quod is neptunni filius fuerit poſſibile eſt: cum fere contemporaneus æuo neptunni hominis videatur. Si autem non ſit ea ratione neptunni filius dici poteſt qua dicuntur cæteri.

¶ De Antiopa nictei filia & matre Amphionis & Zethi. Cap. XXIX.

A Ntiopam dicit Lactātius nictei regis fuiſſe filiā: cui Theodōti⁹ addit ex Amalthea cretēſi nympha. Hanc vt dicit Theodontius micte⁹ lyceo thebaꝝ ægyptiaū dedit vxoiē. Lactātius autē dicit eā vi ab Epapho Iouis filio ſtupratā. alij dicūt a ioue. qđ cū ſenſiſſet Lyce⁹ ea abdicata ſuperinduxit dircen: quæ ab eo impetrauit vt illam i carcerem poneret. Verum cum tempus partus aduenīſſet: miſeratione deorum fractis vinculis aufugit in cytheronē & amphionem zetumque peperit & expoſuit & cæ. vt ſupra vbi de Amphione.

Noctua minerue dicata.

¶ De Nictimene filia nictei. Cap. XXX.

N Ictimene nictei regis & Amaltheæ fuit filia. hanc autem ſeu patrem amauerit ſeu ab eo amata ſit dum illi⁹ arma fugeret miſeratione Mineruę in auem ſui nois verſam: & in eius tutelam ſuſceptam. Cuius figmenti talis poteſt eſſe ratio. Nictimenen prudenti vſam conſilio ſeu ſui criminis ſeu paterni verecundia nunquam poſt ſcelus in lucem comparuit. & inde noctua dicta eſt. ꝙ in tutelam Mineruę venerit vbi de Minerua explicata ratio eſt.

¶ De Hirceo. xx. Neptunni filio. Cap. XXXI.

H Irceus vt Theodontius dicit & Paulus filius fuit Neptunni ex Alchinoe filia Atlantis ſuſceptus: ex quo nil aliud memini me legiſſe.

¶ De Pelia. xxi. Neptunni filio qui genuit filias & Acaſtum Cap. XXXII.

P Elias fili⁹ fuit neptūni & Tyro nymphę filię Salmonei regis Salaminę vt in odyſſea ſatis extēſe deſcribit Homer⁹. Dicit eni hanc cōſueuiſſe circa npas Eniphei fluminis delectari: quā ob rē Neptunnus Enipheí ſumpta forma Virginem cœpit: & cum ea concubuit. Et ex eo concubitu geminos genuit Peliam ſcilicet & Neleum. Tyro autem poſtea nupſit Erithio. Pelię aūt apđ Theſſaliam regnanti vt dicit Lactantius ab oraculo reſponſum eſt: tunc illi propinquam mortē fore cū eidē Neptunno patri ſacrificanti aliquis pede nudo ſuperueniret in ſacris. Cū annua ſacra peragēti ſuperuenit iaſon nepos altero pede nudus. Celeranti enim ad ſacrum in limo fluminis calciamentum retentum eſt. quod cum vidiſſet Pelias oraculi memor confeſtim non tantū ſibi ſed filijs timens propter egregiam Iaſonis virtutem: eidem iaſoni ſuaſit vt expeditionē in colchos ad gloriā ſui nominis conſequendā aſſumeret: exiſtimās vt fama ferebatur: arduū nimis & difficile aureū vellus poſſe ſurripere: & ſic eū facile periturū: qui cum aſſumpſiſſet & pręter ſpem pelyę cum aureo vellere & Medea coniuge rediſſet: eo itum eſt et opere Medeę Pelias a filiabus occideretur filio Acaſto ſuperſtite. Circa id quod fictum eſt: dicebat Leontius peliam Neptūni hominis fuiſſe filiū: eumq; ſecus Enypheum ſpecie iuuenis incolę a Tyro dilecti eam non reſiſtentem atq; ſimilitudine formę deceptam oppreſſiſſe: & ex ea filios ſuſcepiſſe duos.

De filiabus Pelię. Cap. XXXIII.

Filias Peliæ regi fuiſſe ſatis conſtat Ouidio inter alios recitante:quę tamen illis fuerint nomina a nemine dictum comperio. Hę quidem vt moris eſt filiarum ſenectuti Peliæ patris compatientes ei aſtabant continue:quas aiunt Medęam fraude decepiſſe:adeo vt earum pietas in patrē in ſcæleſtum verteretur facinus. nam cum cerneret Medæa ſenectutem Peliæ vt dicebat Leontius Iaſonis obſtare imperio:ficto cum Iaſone iurgio receſſit ad illas:& diu de iniquitate Iaſonis queſta in detrimentum eius dixit ſe iuuentutem Pelię herbis reſtituere velle:vt paulo ante æſoni reſtituerat & ſic credulis filiabus Peliæ ſuaſit:vt omnem ſanguinem frigidum atq; veterem ex tremulo Peliæ ſenis corpore cultris exhaurirent:vt nouum atq; floridum venis poſſet immittere. quod cum feciſſent puellę expiraſſetq; Pelia ad iaſonem rediit Medeæ. Dicit Theodontius inter Peliam & filias a Medæa ſeminatam zizaniam & ob eam puellas ferro in ſenem patrem inſurrexiſſe & in illum occidiſſe.

De Acaſto Peliæ filio. Cap. XXXIIII.

Acaſtus teſte Seneca poeta in tragœdia Medeę Peliæ fuit filius. dicit eni ſic Terrore pauidū quippe te pœnæ experit actoq; Acaſtus regna theſſalica obtinēs. Senio trementē debili atq; æuo grauem patrem peremptum queritur. & cæſi ſenis deciſa membra cū dolo captæ tuo pię ſorores impiū auderent nephas & cætera. Verba ſunt Creontis ad Medæam.

De Neleo. xxij. Neptūni filio qui genuit neſtorē periclimenum Cromiū & pyro puellā. Cap. XXXV.

Neleus Neptunni fuit filius ex Tyro vt ſupra vbi de Pelia monſtratū eſt qui vt ſcribit Homerus a Pelia fratre pulſus a Theſſalia Pylon condidit:& ibidem habitauit deorum cultor. Huic fuit coniunx Cloris Amphionis Orcomeni regis filia:ex qua vt idem dicit Homerus ſuſcepit Neſtorē & periclemenonem Cromiū & Pyro fœminam:& alios vſq; in duodecim ſed eorum nomina non habemus. Neſtor triſeclis.

De Neſtore Nelei filio:qui genuit Antilocum:Pyſiſtratū:Traſimedem Echephronem Stratū: Perſeū Aritum:& Policaſtin fœminam. Cap. XXXVI.

Neſtor fili⁹ fuit Nelei & Cloris vt dictum ē. Cui xii. fratres fuere:vt teſtatur Ouidi⁹:dicēs:Bis ſex neleides fuim⁹ cōſpecta iuuent⁹. & c. Fuit eni homo hic ætate lōgæuus:vt ipſemet tempore troiani belli fatet̃ apud Ouidiū:dicēs. Spectaicq; operū multoꝶ reddere vixi Annos bis cētū. nūc tertia viuitur ætas. & c. Bellicoſ⁹ præterea fuit. Nā iter alia viuente adhuc pre eo exiſtente iuuēculo bellū aduerſus Epyos geſſit:& multos i pugna peremit:Homero teſte in Iliade. poſtea vero cū Theſeo i nuptijs Perithoi fuit i certamine aduerſ⁹ cētauros. Et vt de reliqs taceā cū græcis apud troiā arma ſenex geſſit:& ſæpe troianis obuius fuit i pugna. Fuit iſuper facūdia celebris adeo:vt ſæpe principū mitigaret iras:& i cōcordiam diſcordes redduceret. Huic Eurydices filia Climenij vt dicit Homer⁹ coniūx fuit:ex qua ſeptē filios & filiam vnā ſuſcepiſſe. idem teſtatur Homerus quo tamen fine ſubtractus ſit:legiſſe non memini.

De Anthiloco Neſtoris filio. Cap. XXXVII.

Anthilocus fuit filius Neſtoris & Eurydicis:vt apparet per Homerū i odyſſea:qui ſcribit Pyſiſtratum Neſtoris filiam in domo Menecai apud Lacedęmoniam mortem eius flentem. Nam ſecutus patrē ad troianū bellū ibidē in pugna dum viriliter ageret a Mennone auroræ filio occiſus eſt.

De Piſiſtrato Neſtoris filio. Cap: XXXVIII.

Pyſiſtratus filius fuit Neſtoris & Euridicis. hunc autem Neſtor dedit in ſocium Thelemacho Vlyſſis filio volenti ire Lacedæmoniā interrogaturus Menelaū nunqd aliquid de Vlyſſe præſciret.

De Traſimede Neſtoris filio. Cap. XXXIX.

Traſimedes Neſtoris fuit fili⁹ & euridicis. quē ſecū Neſtor:vt teſtat̃ Home. duxit i troianū bellū.

De Echefrone:Stratio:Perſeo:& Anto filiis Neſtoris. Cap. XL.

Echefron:Stratios:Perſeus:& Anthos:filij fuere Neſtoris & Eurydicis:quos ideo in vnum unxi: quia nil particulare de aliquo eorum legeram.

De Polycaſte Neſtoris filia. Cap. XLI.

Policaſtis fuit filia Neſtoris & Eurydicis:iunior ex filiabus Neſtoris Homero teſte:& ſic apparet eum alias habuiſſe:quarum ego nomina non cognoui. nec de ea aliud audiui.

De Periclimeno Nelei filio. Cap. XLII.

Periclimenus Nelei filius fuit:& Cloris. vt Ouidius teſtatur affirmans huic a Neptūno auo cōceſſum:vt poſſet ſe in quas vellet transformare figuras. Ex quo factum eſt ꝙ cū Hercules in vltionē epyorum aduerſus meſſanos atq; pilios:& elipios acri dimicaret pugna hic forte occiſorum fratrum dolore cōmotus in auem verſus Herculem vncis pedibus infeſtaret plurimum:vt Hercules illum volitantem ſagitta interimeret. hunc vertibilem in quam vellet formam:nil aliud intelligo q̄ eius membrorum agilitatē qua tanq̄ ceruus ſaltabat:currebatq; vti volaſſet auis & huiuſmodi faciebat. Eum autem volitantem occiſum credo volucri curſu fugientem.

De Cromio Nelei filio. Cap. XLIII.

Cromius Nelei fuit filius & Cloris:vt etiā affirmat Homerus. qui quidē ea i pugna:quā pilij & meſſeni aduerſum herculem geſſerunt:cum decem fratribus ſuis occiſ⁹ eſt:vt ſatis etiam demōſtrat: Ouidius in maiori volumine:

De Pyro Nelei filia & Biantis coniuge. Cap. XLIIII.

PYro virgo nelei & cloris filia fuit:vt in Odyſſea ſcribit homerus:hæc vt idē aſſerit adeo formoſa fuit: vt illius fere omnes græcorum nobiles optarent coniugium:eaq; neleo poſtularent Qui nulli illam iungere voluit:ni ſponderet ab Iphiclo matris nelei patruo boues auferre:quos detinebat & dare negabat. Et cum nemo ſponſionem hanc facere auderet Melampus vates ea tēpeſtate clarus Biæ fratri ſuo oſtendit poſt tempus fieri poſſe:vt ab Iphiclo deducerentur boues:quos poſcebat neleus:ſuaſitq; illi ſponſionem vt tam ſpectabilis virginis coniugium conſequeretur. Bias autem fratri credēs ſpopondit neleo:qđ petebat:& dum circa recuperationē boum conaretur Iphicli iuſſu captus:& carceratus eſt poſt tempus autem dimiſſus boues reduxit:& Pyro habuit in vxorem. hæc fere in textu Homeri continentur:vltra quē dicebat Leōtius ꝙ cū Bias per annum in carcere ſeruaretur:ſenſit trabes domus vermes feciſſe:quos vulgo dicimus tralos:concepitq; ob vitiatas trabes ſecuturam ruinam:quam cum prænūciaſſet Iphiclo meruit liberalitatem. Tandem cum interrogaſſet iphiclus filios non procreans:quid ad procreandum eſſet agendum ſuaſit illi:vt ſerpentis potaret venenum. Quo facto concepit vxor iphicli. & filium in tempore peperit:quo beneficio ab Iphiclo illi reſtituti ſunt boues:quibus deductis:vt dictum eſt:Pyro deduxit vxorem quæ illi peperit Antiphatim & Mantionem.

De Cygno.xxiij.neptūni filio. Cap. XLV.

Cignus iuulnerabilis. CYgnus filius fuit neptūni:vt affirmat Ouidius. Iā leto proles neptūnia cygnus Mire viros dederat. & cætera. Hic vt idem dicit Ouidius habuerat a patre vt ferro inuulnerabilis eſſet:qua cōmoditate audax factus troianis auxiliator multis ex græcis cæſis aduerſus Achillem iniuit certamē. Qui cum illum gloriantem ſe cerneret:ꝙ ferro vulnerari non poſſet:ſumpto ingenti lapide in eū feſſum atq; iam crebris ictibus attonitum iecit. Cygnus autem graui impulſus ictu cecidit:quem confeſtim Achilles occupauit:& genu pectus eius premens:& manibus guttur in mortem ire coegit:qui e ueſtigio a patre in nauem ſui nominis mutatus arma reliquit achilli. Horum figmentorum talis expoſitio poteſt eſſe. Neptūni filius dictus eſt cygnus forſitan ob candorem cutis & membrorum agilitatem:cum hi qui humidi ſunt complexione:quę a neptūno humiditatis patre procedit:colore ſint candidi:& vt pluma molles cute: cui humiditati ſi proportione debita immixtus ſit calor:hi tales optima membrorum agilitate fruuntur. Ex quo fit vt docti in euitandis ictibus:vt quoſdam vidimus ferro feriri nequeant:vt laſſitudine vincantur neceſſe eſt ſi ſit qui tales ſuperare velit. Quod autem auis factus ſit nominis intelligendum ꝙ eo mortuo nil de eo apud mortales ſuperfuerit pręter volatile nomen.

De Griſſaore.xxiiij.neptūni filio. Cap. XLVI.

GRiſſaor:vt in libro de originalibus rerū affirmat Rabanus neptūni filius fuit:nec de eo amplius.

De Otho.xxv.& Ephialte neptūni.xxvi.filijs. Cap. XLVI.

OThꝰ & Ephialtes:vt aſſerit Seruiꝰ filij fuere neptūni:ex Iphimedia aloi titanis cōiuge:quā idē neptūnꝰ oppreſſit:vt i odyſſea teſtatᷣ Homerꝰ hāc tñ Iphimediā Paulꝰ vocat Electrionem. Theodōtius aūt Ephimeidā. hi aūt quoniā ex vxore Aloi nati ſūt vt plurimū aloidæ
Aloide i immēſū creſcebant. appellantur:ſicut & ſępe Herculem a victrico amphitrioniadem appellamus. Hi quidem nouem digitis ſingulis mēſibus creſcere videbantur:quāobrem paruo in tempore mole igentis corporis mirabiles facti ſūt. Dicit eni Homerꝰ his iō tā grāde icremētū fuiſſe:eo ꝙ a terra nutriunᷣ:eoſq; nō āplius nouē annis vixiſſe:& eoꝝ deſignās magnitudinē dicit.ix. brachioꝝ āplitudinē habuiſſe:longitudinē vero.ix. paſſuū. his inſuper dicit Home. in Iliade:bellū fuiſſe aduerſus martē:eūq; ab eis captā atq; cathenis vinctū:& in carceribus.xiii. mēſibus detētū:& ni Iuno Mercurio iiunxiſſet:vt pro liberatiōe eiꝰ ageret i carceribꝰ defeciſſet. Qui Mercurius clā eū rapuit:& liberatus eſt:qđ Claudianus tāgit:vbi de laudibꝰ Stiliconis dū dicit:Cū gemini fratres genuit:quos aſper alous Martē ſubdiderit vinclis. Hi pręterea ab aloo victrico in Gigantomachiā cum ipſe grauatus ſenio ire nō poſſet miſſi ſūt:qui ibidem vt quibuſdam placet cum reliquis a ioue fulminati periere:& ephialti ęthna mons ſuperimpoſitus: Otho mons quidam creteuſis. Alij vero dicunt inter quos Homerus:eos ob magnitudinem corporis auſos montes montibus imponeret:cęlūq; affectare. Sed vt in Odyſſea dicit Homerus iberbes adhuc ab Appolline ſagittis occiſos:quos Vergilius dicit apud inferos detruſos aiens. Hic & aloidas geminos imania vidi Corpora qui magnibus magnum reſcindere cælum Aggreſſi ſuperiſq; iouem detrudere regnis & cęte. His prædictis fictionum ſenſus aperiēdus eſt. Dicebat autem Barlaam hos duos fuiſſe fratres ingentis potentię aloi filios. ſed ideo Neptunni dictos:quia præter menſuram omnem humanorum corporum excreuerant: quod ad neptunnum ſpectare volunt ingentia producere corpora:eoſq; tantū nouem annis regnaſſe:& iō a terra nutritos dicunt:quia maximos prouentus ex his quæ poſſidebant aſſumere:& aduerſus iouem in olympo monte habitantem bellum ſecundum hyſtorias habuiſſe:& in eo bello iuuenes defeciſſe egritudine peſtifera ambos:& hic ſumptum eos ab Apolline ſagittis occiſos. Alij vero dicūt hos cū Saturno aduerſus iouē fuiſſe:& nonullas arces extuliſſe:& vltimo viribus iouis quando i phegra pugnatum eſt cum alijs multis cęſos. De captiuo Marte nil reperi. Arbitror ego ſic explicari poſſe martem inſignem aliquem fuiſſe virum militari diſciplina inſtructum & bellicoſum atq; robuſtum:horum hoſtem:qui & ſi potens eſſet:tamē vt ſæpe contingit maiores ſuccūbere & obtinere minores:ab eis captus & carceratus eſt:& cum liberatiōi eius nullus adinueniretᷣ modus:Mercurius.i.fraus:q a furū deus:qui clā & fraude furātur. iunone iniungente:ideſt pecunia:qua forte corrupti cuſtodes aſtutia Mercurij Mars liberatus eſt.

De Aegeo.xxvij.neptūni filio qui genuit Theſeum & Medum. Cap. XLVIII.

AEgeus athenaꝝ rex filius fuit neptūni:Theodontio affirmante & Marinus deus. Huic dicit Pau

lus due fuerę coniuges:quarum prima dicta eſt Ethra filia Picthei regis Troexen:ex qua Theſeum ſuſcepit
Secunda vt teſtatur Ouidius fuit Medæa profuga:quam a iaſone repudiatam atq; fugientem non ſolum ſu
ſcepit hoſpitio:ſed illam etiam ſibi matrimonio copulauit:& ex ea vt placet Iuſtino:Medum filium ſuſcepit
Succeſſit quidem in regno pandioni regi:quem Theodontius ſecũdum veritatem dicit eius fuiſſe patrem.
& eo regnante multa incommoda Athenięſibus euenere. nã inter alia bellũ Minois regis cretenſiũ:quod i
vindictam Androgei filij ſui idigne occiſi mouerat:diu tulere. Vltimo cum ſuccubuiſſent in has Minoe dedu
cti ſunt leges:vt.ſ.annis ſingulis ſeptem nobiles iuuenes ad Minotaurũ in cretam mitterentur. qui tribus
annis ſorte miſſi ſunt quarta autem ſors cecidit in Theſeum qui maximo ægei patris dolore nauem conſcē
dit iturus & cum omnia nauigij ornamenta nigra eſſent & nauis velum habuit:in mandatis a patre:vt ſi cō/
tingeret in agendis eum fœlicem obtinere exitum:rediens naui album poneret velum amoto nigro vt a lō
ge infortuniũ ſuum noſceret. Theſeus autem ariadnæ conſilio victor mandatorum immemor non amoto
nigro velo redibat. Aegeus excelſa turri proſpectans nigrum videns velum Theſeum mortuum arbitratꝰ
ex turri ſe deiecit in mare:& mortuus ab Athenięſibus liberatis & Neptunni filius & marinus deus in ſola/
tium Theſei conſecratus eſt.

De Theſeo Aegei filio:qui genuit Hippolytũ Demophoontē & Anthigonũ. Cap. XLIX.

THeſeꝰ iclytꝰ Athenarũ rex fuit Aegei regis filius & Aethræ ingētis atq; generoſi animi iuue
nis plura memoratu digna peregit:adeo;vt inter Hercules plurimos nomine ſ vnus. Hic q
dē añ alia cũ Hercule ab Euriſteo miſſo aduerſꝰ amazões expeditionē ſuſcepit:vt dicit Iuſti
nꝰ:& cũ multas occidiſſēt atq; cepiſſēt. Cœpere inter alias Menalippē atq; Hippolytē Anthio
pę regię ſorores. Sed Hercules ꝓ armis regię Menalippē ſorori reſtituit. Theſeꝰ vero Hip — Theſei
polytē q̃ ſibi i ſortē pdę cõtigerat ſũpſit vxorē. ex q̃ Hippolytũ filiũ ſuſcepit Pręterea igēti vir — geſta.
tute:vt refert ſtatiꝰ Creõtis thebane regis ſuperbũ rettulit ipetũ:egitq; q̃ ꝓhibebat officia funeralia poſſēt
occiſis i bello regibꝰ exhiberi. Et taurũ ab Euriſteo atticæ terrę imiſſũ cũcta vaſtantē apd' marathonē interfe
cit. ſic Scironē latronē hoſpites ſuos dũ reſideret i ſcopulo:aut lauare ſibi pedes:aut ſe adorare cogētē:eoſq;
i cautos p̄cipitātē i mare. Et ꝓcuſtē ęque latronā ſuper cephyſo flumine habitātē:& orcte ſuos hoſpites tru
cidantē ſuperauit atq; occidit. Helenā inſuper Caſtoris atq; Pollucis ſororē virginē cęleſtis pulchritudinis i/
ſignē in paleſtra ludentē rapuit:minotaurũ interemit:& athenas a turpi ſeruitio liberauit. Ariadnā atq; Phe — Theſeꝰ
drā Minois filias patri ſurripuit:& Ariadna relicta phedram ſibi coniugio copulauit:ex qua quoſdam filios — fœderũ
ſuſcepit. Athenięſes per diuerſa paſſim vagātes in patriā reuocauit:& i formā ciuiũ ſparſos agreſteſq; redu — iuentor.
xit. Et vt placet Plinio in libro naturalis hiſtoriæ:primus fœdera adinuenit. Aduerſus centauros in nuptijs
perithoi amici ſui egregiæ pugnauit:eoſq; ſuperauit illiq; comes ad inferos vſq; ad rapiendā proſerpinā iuit
ſed minꝰ fœliciter ex hoc illi ſucceſſit. nã perithoo a tricerbero orci cane trucidato i mortis ipſe periculo fuit:
ni forte ſuperueniſſet Hercules:qui illũ a diſcrimine liberauit & reduxit ad ſuperos. Et athenas rediens cõ
iugē querulā accuſantēq; falſo de ſtupri iterpellatione Hippolytũ cõperit:quē fugauit:& quantum in eo fuit
occidit. Poſtremo iā ſenex a ciuibus ſuis pulſꝰ exul apud ſcyrũ minorē inſulā diē clauſit:cũ ãnis.xix.iperaſ/
ſet athenięſibus:his eius laudes fere omnes Ouidius paucis teſtatur carminibus vbi dicit. Ingeniũ faciem
te canunt te maxime theſeu:& infra per vndecim verſus.

De Hippolyto Theſei filio:qui genuit Virbium. Cap. L.

HIppolytus Theſei & Hippolytes Amazonis fuit filius. hic cũ venatiōibus cælibē vitā ducens vaca
ret:& oĩno cõſtanti animo mulieres ſperneret. & Phędra nouerca abſente Theſeo amatꝰ eſt:deſi — Hyppoli
derio cuius cũ obtēperare noluiſſet:Theſeo redeunti ab ea accuſatus eſt. Qui in furorē verſus filij — tꝰ diſcer
necē optauit. Verꝫ Hippolytus timēs cõſcenſo curru fugam cœpit:quo fugiēte fortuitu phocæ quæ — ptus.
in littus exierãt audientes equorũ ſtrepitũ:dũ ſeſe in mare fugiētes pręcipitãt ęquos exterruere Hippolyti.
Qui per ſcopulos aduerſus eius ipetũ vireſq; currũ trahētes:atq; vi eius cõpages diſſoluētes omnē infœli/
cem iuuenē loris iplicitũ adeo per abrupta traxerũt:vt ꝓ mortuo a circũuicinis collectus ſit. Eſto poetę oēs
& ſignãter tragœdus Seneca in tragœdia eiuſdē hippolyti laceratũ atq; diſcerptũ omnę aſſerant & occiſum
Qui tandē opere atq; ſubſidio Aeſculapij quaſi ab iferis in ſanitatē priſtinā non abſq; lõgo labore reuocatꝰ
eſt:ex quo euentu videtur fabulę locũ datũ:qua legimus Theſeũ habuiſſe a patre:vt ter poſſet optare qd'
vellet:& q̃a nunc filiũ optaſſet occidi:phocas a patre emiſſas in littus. Hippolytus aũt ne tertiā p̄ris experi/
retur irā:qui ante Hippolytē matrē eiꝰ occiderat:& nũc eo inaudito eũ quærebat in pœnā:atticā terrā liquit:
& in Italiā venit haud longe a loco:vbi poſtea cõdita Roma:& mutato noīe ſe Virbiũ appellari iuſſit q̃a bis
vir fuiſſet ſemel ante euentũ:& iterũ poſtq̃ beneficio Aeſculapij in vitā videbatur reuocatꝰ. Ibi autem dicit — Hyppo
Theodõtius oppidũ cõſtruxit:qd' ex noīe ſumptæ cõiugis Anciā appellauit Dicit præterea idē Theodõtius — litus q &
falſum eē hippolytum Cælibē vitā ęgiſſe:& imo ſecreto amore Antiā nobilē atticæ regionis fœminā adama — Vrbius.
uit:quā Dianā:eo q̄ venationis vacaret:vocabat:& ſe Dianā colere aſſerebat:& opere huius Aritiæ factũ
dicit:vt ab æſculapio ſanaretur:cũ mortuum illum arbitraretur Theſeus.

De Virbio Hippolyti filio. Cap. LI.

VIrbius filius fuit Hippolyti & Ariciæ poſt hippolyti fugam ex attica ſuſceptus. Qui cũ adoleuiſſet
æneā ilione deleto in Italiam venientem a patre miſſus eſt in ſubſidiũ Turni:prout deſcribit Ver/
gilius:Ibat & hippolyti proles pulcherrima bello Virbius inſignem:quem mater Aritia miſit Edu
ctum egeriæ lucis. &c. De ea autē nil aliud habemus.

De Demophoonte Theſei filio. Cap. LII.

Demophoon:vt Theodōtius aſſerit filius fuit Theſei ex phedra. Hic quidē cū cæteris græcis bellū troianū iuit. Ilione autem deiecto dū rediret in patriā tēpeſtate in Traciā delatꝰ a phyllide Lygurgi regis filia hoſpitio:& lecto ſuſceptus ē. Et cū aliquādiu ſecū fuiſſet audito ꝙ Mneſteus athenaium rex agitatus ꝓcellis & Nauſea vexatꝰ maris appuliſſet īſulā melos:& ibidē clauſit diē:regni cupidine tractus īpetrata per tēpuſculū licentia a Phylide/reſarcitis nauibus athenas rediit:& poſt xxiij. annū paterni exilij:vt dicit Iuſtinus:Athenarū regnum aſſumpſit:neqꝫ de reditu curauit ad phylidem. Et cum annis.xxiij.regnaſſet mortuus eſt. Cui ſucceſſit Oſintes:vtrum hic eius fuerit filius:incertum habeo.

De Antigono Theſei filio. Cap. LIII.

A Ntigonus:vt dicit Theodontius:filius fuit Theſei & Phedræ:vt dicit Barlaam natu maior demophoōte:& poſt fugatū ab athenīēſibus patrē fere adhuc pubes ab athenīēſibus aſſumptꝰ:& rex factus Mneſteuſqꝫ vocatus. Qui troiā vadēs non ſatis de ingenio demophoontis fidens eū ſecū traxit. Hic rediens tempeſtate actus nimia apud inſulam melos expirauit.

De Medo Aegei filio. Cap. LIIII

Medus.vt Iuſtinus tradit:ægei regis Athenaꝝ:& Medeæ fuit filius. Quā idē Iuſtinus dicit.cū priuignū vidiſſet adultū:ab Aegeo per diuortiū diſceſſiſſe:& colchos cū Medo filio abiiſſe. Ouidiꝰ āt dicit ob paratū Theſeo venenū:vt vbi ſupra de ea:eā aufugiſſe. Aiūt īſuper aliq eā Iaſonis ī gratiā rediiſſe:& hunc Medū inde fuiſſe in aſiā:atqꝫ viribus plura ſibi ſubegiſſe regna:ſed eā tenuiſſe partē:quā mediam appellamus:& de ſuo ſeu matris nomine nuncupaſſe.

De Oncheſto.xxviii.Neptūni filio:qui genuit Megareum. Cap. LV.

Oncheſtus ſecūdū Lactātiū filius fuit Neptūni:quē Seruius & Lactāti.dicūt Oncheſtē ciuitatē ꝓpinquā ꝓmōtorio micaleſſo cōſtituiſſe:& ſuo noīe appellaſſe:nec de eo aliqd ꝑterqꝫ ꝙ Megareū filiū genuerit legi.

De Megareo filio Oncheſti:qui genuit Hippomenem. Cap. LVI.

M Egareus filius fuit Oncheſti:vt liqdo teſtatur Ouidiꝰ loquēte ſic Hippomene. Nāqꝫ mihi genitor Megareus:Oncheſtine illi. Eſt Neptūnus auus:pronepos ego regis equarum.&c.

De Hippomene Megarei filio. Cap. LVII.

Hippomenē Megarei fuiſſe filiū ſatis oſtēſum eſt:de hoc Ouid.talē recitat fabulā. Erat in ſcyro ciuitate Atalāta Oenei filia ſeu Iaſij virgo īſignis pulchritudinis:& perniciſſimę velocitatis:q̄ vt plurimū deoꝝ monitu habitabat in ſyluis. Hęc cū a multis ī coniugē peteref legē appoſuit:vt:ſ.curſus certamē peteref:& ſiq ſuperarenf ab ea morte mulctarenf:victor aūt eiꝰ potiref cōnubio:& cū iā plures magis audaces q̄ fœlices ſuperati tā ſeuera lege dānati eſſent:Hippomenes ea nondū viſa talū ridebat ſtultitiā. Tādē cū caſu cōtigeret:vt illā videret:miratꝰ roſeā faciē:ſidereos oculos:os cinameū:aureā ceſariē:pectus ꝓtēſū:corpuſqꝫ glabellū:& geſtus placidos:cōfeſti eius ī ardorē īcidit:qui āñ dānauerat alios nec dubitauit eius poſtulare cōnubiū:& ſeueræ legis ſubire diſcrimē. Virgo autē Hippomenes Veneris implorauit auxiliū:q̄ illi tulit ex viridario heſperidū tria mala aurea:eūqꝫ docuit maloꝝ vſū:porro cum curſū expediti intraſſēt:anteiretqꝫ virgo:iuuenis ꝑdoctus eueſtigio vidēte virgīe vnū ex malis ꝓiecit:fulgore cuius capta puella gradū collectura ꝑuertit. Et cū euolaſſet iteꝝ iuuenis illa ꝑſtātior facile anteiuit:ille ſecūdū eiecit:qđ dū illa collectura moratus ille ſtadiū arripit volucer. Sane illa pernici velocitate malo collecto parua mora currētē ꝑterit. Aſt ille cū iā meta curſus eēt ꝓpinq̄:tertiū ꝓiecit:quo detēta virgo āteq̄ volucris euolaſſe potuiſſet tenebat Hippomenes terminū:quā ob cām ſuperata virgo/eiꝰ ī cōiugiū venit. cū q̄ dū lętus ī patriā abiret. Hippomenes feruoris īpatiens & ſuſcepti muneris a Venere imemor ī lucū cybelis illā deduxit:& ibi cū ea cōcubuit:ex quo ſeu Veneris ſeu matris deū īdignatione factum ſit amantes ī leones verſi ſūt:& currui Cybelis additi. Qua ſub fictiōe talis poteſt ſenſus abſcondi. Primo mulierū ſi qua eū obſtinata duricies & auro:& muneribus frangi poſſe:cū natura auri oēs & cupidę & tenaciſſimę ſint:in leones aūt ideo cōuerſi dicuntur:quia in nemus cybelis coiuerunt:ideſt in delitiis humanis abundauerūt:& ob id elati ſunt. & ſic in leones verſi:quoniā leones ſuperba ſint animalia:& ideo verſa vice currui Cybelis applicati ſunt.i.ꝓceſſu a rerum natura edocti quoniam terrenis legibus omnes ſumus obnoxij:quia terrei viuimus:& quantuncūqꝫ ſuperbientes.poſtremo in terrā reducimur.

Atalāta curſu ꝓcos oēs vicit. Hippo/menes mala au

De Pelaſgo.xxix.Neptunni filio. Cap. LVIII:

THyeſtes Pelopis & Hippodamiæ fuit filius. cui aduerſũ fratrẽ Atreũ q̃ dicta ſũt ſupra fuerũt odio:q cũ iam dicta paſſus eſſet a fratre:vindictę auid⁹ oraculum conſuluit:a quo reſponſũ habuit ex ſe & pelopia filia ſua naſci poſſe qui filiorũ vlciſceretur mortẽ. Qđ cũ audiſſe:vt q erat i ſcelera:& potiſſime in libidinẽ pronus:cõfeſtim in amplexus filię venit:& ex ea filiũ ſuſcepit Aegiſtũ:q poſtea iterfecit atreũ:ſtuprauit clitẽneſtrã etiã Agamẽnonẽ iteremit.

Aegiſti facinora

De Tantalo Phyſthene & Arpagige filiis Thyeſtis. Cap. VIII.

T Antalus Phyſthenes & Arpagiges filij fuerunt Thyeſtis ex cõiuge Atrei ſuſcepti vt per verba Senecæ poetæ in tragœdia Thyeſtis compræhenditur:eſto duos tantum nominet Tantalum ſcilicet dum dicit primus locus ne deeſſe pietatem putes auo dicatur Tantalus prima hoſtia eſt:deinde nominat phiſthenem dicens. Tunc ille ad horas Phyſtenem ſæuus trahit. Adicitq; fratri & ce. Tertium puerum vocat dum dicit ferrumq; gemina cæde perfuſum tenens. Oblitus in quem rueret infeſta manu. Ex egit vltra corpus ac puer ſtat in pectore receptus enſis a tergo extitit. Cadit ille & c. Tertium tunc puerum Theo

dontius dicit Arpagigem nuncupatum:& ſic ex eis pręter patrui crimen & patris eſcã nil legitur.

De Pelopia Thyeſtis filia. Cap. IX.

PElopia dicit Lactantius filia fuit Thyeſtis. ex qua matre non dicit. hanc vt ipſemet Lactantius aſſerit: Thyeſtes reſponſo deſuper dicto habito oppreſſit:& ex ea filius natus eſt:quẽ ipſa rubore ſceleris cõfeſtim feris expoſuit. Et ſic apparet ob luxuriã Thyeſtis non ob reſponſum oraculi a Thyeſte in concubitum filiæ itum:reſponſum aũt oraculi ad palliandã Thyeſtis ignominiam poſt cędem ſuorum ab Aegiſto factã compertũ eſt.

De Aegiſto Thyeſtis filio. Cap. X.

AEgiſtus filius fuit Thyeſtis ex Pelopia eiuſdẽ Thyeſtis filia vt ipſemet teſtaƚ i tragœdia Senecæ dicẽs Coacta fatis nata fert vterũ graue. Me patre dignũ verſa natura ẽ retro &c. Hic quãcito natꝰ fuit a matre ob pudorẽ ignominioſi criminis in ſyluas deiectus eſt:vt dilaceratus a beluis turpitudinis aui parentiſq; atq; matris pariter & ſororis viuens: teſtimoniũ nõ pręſtaret. Sed aliter factũ eſt. Nam ſeu beneficio paſtoꝝ:ſeu ſic permittente deo caprarũ ſponte contigerit a capris vbera præſtãtibꝰ in ſiluis nutritus eſt:& inde dictus Aegiſtus ab ege. ſ. capra nutrice. Is tandẽ a ſuis cognitꝰ & i regiã deductꝰ dum creuiſſet eſſetq; in paruo precio rerum præteritarum iam cõſcius ſeu patre impellẽte:quod magis creditur. vt Lactantio placet: Atreum occidit:cui Thyeſtes occupata regia ſucceſſit:tãdem iã Thyeſte mortuo cum regnarent Agamennon & Menelaus & ob raptam Helenam in Troianũ iuiſſẽt excidiũ Aegiſtꝰ:vt Leontio placet: ſuaſionibus Nauplij in amplexus optantis Clytemneſtrę deuenit:& poſtremo redeuntẽ Agamennonem a deſolatione ilionis immane auſus facinus illum fauente Clytemneſtra trucidauit & regiã Pelopis ſeptem tenuit annis. Ad vltimum ab Horeſte Agamennonis filio vna cum adultera Clytẽneſtra nullo remanente ex eo ſuperſtite obtruncatus eſt. Aegiſtꝰ adulter.

De phyſtene Pelopis filio qui genuit Agamennonem & Menelaum. Cap. XI.

PHyſthenes: vt ait Theodontius filius fuit Pelopis & Hippodamię:qui cum iuuenis moreretur Agamẽnonẽ & Menelaũ filios ſuos paruulos cõmendauit Atreo fratri ſuo:q illos ſuſcepit:& i filios educauit:& ob id abolita tractu tẽporis phyſthenis memoria Atrei filij habiti ſũt:& Atrides ab omnibus appllati.

De Menelao Phyſthenis filio q genuit Hermionã & megapenthim. Cap. XII.

MEnelaꝰ Lacedęmoniũ rex: vt Theodõtio placet:filius fuit Phyſthenis & frƚ Agamẽnonis. hos Seneca i tragœdia thyeſtis videƚ oino tenere filios fuiſſe atrei:in cuius perſõa ſic ait. Cõſilij Agamẽnõ mei ſciens miniſter fiat:& patris cliẽs. Menelaus aſſit prolis incertæ fides. Ex hoc petaƚ ſcelere ſi bella annuũt:& gerere volũt odia:ſi patruũ vocant pƚ eſt. & c. Et ſic atrei ex Merope videntur filij:teneat qđ mauult lector. Menelaus autẽ: vt euſebius oſtendit in libro temporum: Atreo & Thyeſte viuẽtibus Lacedæmonum rex dictus eſt:anno mũdi. iij. mil. dccc. xcvii. Cum Agamẽnon qui Thyeſti ſucceſſit ſecundum Homerũ regnare cœperit Mycœnis anno mũdi. iiii. mil. vii. fuit huic Helena Iouis filia cõiunx: quã anno primo regni Agamẽnonis:& ſecũdũ Euſebiũ. x. Menelai: vt ait Dares phrygius:abſente Menelao:qui ad Neſtorẽ pylon iuerat: Paris legatus miſſus ad Caſtorẽ & pollucẽ rapuit ex inſula Cytherea ſub oppido heleno:ea etiã cõſentiente:exiſtẽtibus fratribus & Hermiona apud Agamẽnonẽ Dites vero dicit illo tũc Menelaũ cũ Agamẽnone cretã iuiſſe diuiſuros theſauros:quos ibi depoſuerat Atreus. Hinc factũ ẽ vt fratris cõſilio Menelaus conquerentur gręcis principibus. Verũ cũ fruſtra legationibus obſidione demũ repetita eſt Helena:& poſt decẽniũ fraude magis q̃ viribus capta Troia reaſſũpta eſt & reſtituta Menelao: qui cũ vt cæteri nauim intraſſet patriã petiturus tẽpeſtate actus: vt ſcribit Euſebius:ad Tuonim regẽ ægypti quẽ pollybiũ appellat Homerus cũ ea deuectus eſt:& a protheo vate: vt per Homerũ patet ĩ odyſſea: cõſilio ſumpto poſtq̃. viii. annis errauſſet in Lacedæmoniã rediit Agamẽnone diu ante cæſo:& illis forte diebus Aegiſto. Qui tandẽ illi ſucceſſerit:quo vel qua morte diem clauſerit non inueni. Helene raptus.

De Hermiona Menelai filia & Pyrrhi & inde Horeſtis cõiuge. Cap. XIII.

HErmiona: vt Oui. teſtaƚ in epiſtolis Menelai fuit filia ex Helena. Hæc aũt horeſti filio agamennonis deſpõſata fuit. Porro Pyrrus cum occiſo agamẽnone regiã occupaſſet Aegiſtꝰ:& fugiſſet horeſtes:ãdromacha olim Hectoris cõiuge:quã a Troia duxerat: heleno cõceſſa:hãc horeſti ſubripuit & ſibi cõiugio copulauit:attamẽ eo poſtea ab horeſte occiſo in eiuſdẽ horeſtis cõiugiũ rediit eiq; peperit Horeſtẽ filiũ.

De Megapẽthi Menelai filio. Cap. XIIII.

MEgapẽthis dicit Theodõtius filius fuit Menelai ex Lydia captiua ſuſceptꝰ poſt raptã helenã:qđ homerus teſtari videƚ i odyſſea dũ dicit. Filio aũt a ſparte alectoris accepit filiã: Qui ipſi vnigenitus fuit fortis Megapẽthis a ſerua. helenæ aũt dii filiũ nõ dederãt:poſtq̃ primo genuit hermionẽ filiã deſideratiuã:q̃ formã habebat aureę veneris. Et ſic per hos patet etiã menelaũ megapẽthi cõiugẽ dediſſe filiã Alectoris ſpartani:cuiꝰ nuptias celebrãtẽ telemachꝰ vlyſſis filiꝰ veniẽs ex Ithaca cõperit.

De Agamẽnone Phyſthenis filio:qui genuit Iphigeniã Chryſothemim Laodicẽ Hiphianaſſã Electrã Aleſum & horeſtem. Cap. XV.

AGamẽnon Phyſthenis fuit filius: vt ſupra:& atreo paruulus derelictus:fuit hic Mycœnarũ rex & Thyeſtis ſucceſſor: vt I ilyade ẽt ſentire videƚ homerus vbi de ſceptro agamẽnõis:multos deſcribit verſus fere hoc dicẽtes. apud Troianã I cõcione gręcorũ p̄ſidens agamẽnon ſceptrũ tenebat quod vulcanus artifex fecerat:illudq; dedit ioui Saturnio. poſtea iuppiter conceſſit Diactoro argiphonti. Hermias autem rex dedit pelopi phiſipo:poſtea pelops dedit atreo:qui moriẽs Thyeſti bellicoſo reliquit: qui thyeſtes reliquit agamẽnoni multis inſulis & argo iperanti. &c. In quibus verbis non ſeruatur genealo Sceptrũ Agamẽnonis.

giæ deſcriptus ordo quē latinoꝝ auctoritatem deſcribens ſequutus ſum. Cœpit autem regnare Agamēnon
ſecundū Euſebiū anno mūdi. iiij. Mil. vij. quo annohelena rapta ē. & gręcia ois ī Troianos excitata pari ol/
um cōſenſu cōgregatis in aulide nauibus: & exercitui iperator factus in bellū perrexit. Clitēneſtra cōiuge re
licta: ex q̄ iā plures ſuſceperat filios: & apud troiā labores multos paſſꝰ quorūdā ēt principū ſimultates per
tulit: qbꝰ agētibus īperio depoſitus eſt: & illi Palamedes ſuffectus: q crimie Vlyſſis occiſus Agamēnon ma/
iori ſua gloria in iperiū reaſſūptus ē q̄ ignominia depoſitꝰ. Suſtinuit ƥterea idignatiōes achillis ob bryſeidā
illi a ſe ſublatā. Tandē capto Iliōe atq; dirupto: cū illi ceſſiſſet i ſortē cū ƥda plurima Caſſādra Priami filia na
ues i patriā rediturus aſcendit. Verū tempeſtate actus fere per annū errauit: vt ſcribit Homerus: anteq̄ veni
ret in patriā. Interim autē: vt idē teſtaꝛ Home. Aegiſtus Thyeſtis filꝰ cū tacite oia occupaſſet: poſitis per lit
tꝰ ſpeculatoribus: & audito ab eis Agamēnonis reditu viginti ex amicis ſuis ī inſidijs poſuit: & cū ipē comita
tu reliquo ficta amicitia illi obuius factus eſt: & igēs ei parauit cōuiuiū In quo Clitēneſtræ cōſenſu illū cum ſo
cijs epulātē occidit. Seneca aūt poeta aliter de morte eius ſentire videꝛ: ea in tragœdia: cuius titulꝰ ē agamē
non. dicit. n. Clitēneſtā acri dolore agitatā: ꝙ Caſſādrā Agamēnon ſecū traheret. Ego autem credo cōmiſ
ſi ſceleris timore: & cū Egiſto adultero eſto primo diſcorde: ſed i cōcordiā: vt percipiꝛ reuocato ea die: q̄ i pa
triā itrauit domū parato Clitēneſtra cōuiuio: & ipſe Agamēnon dū picta veſte ſublimis iaceret Priami ſuper
Miſera bias corpore exuuias gerēs ei detrahere cultus hoſtiles vxor iubet: & idueꝛe potius cōiugis fidelis manu
Agamē/ textos amictus. Verum induta veſtis exitū manibus negat: caputq; laxi & inuij claudūt ſinus: & tūc auri tre/
nonis mēti ſemiuir dextra latus Agamēnonis: eūq; iterfecit veſte inuia inuolutum.
mors.

De Iphigenia Agamēnonis filia. Cap. XVI.

Phigenia Agamēnōis filia fuit vt i agamēnōis tragœdia teſtaꝛ idē Seneca. Hācta mē alij Iphianaſſā
vocant: vt Lucre. dicens: Aulide quo pacto trinai virginis arā Iphinaſſai turparent ſanguine fœdé.
Hęc inſignis pulchritudine virgo fuit: de qua Seruius talē refert hiſtoriam Gręci troiam ituri cum ad
aulidem deueniſſent: agamēnon Dianę ceruū occidit ignarius: q̄obrē irata deæ flatus ventorū remouit: &
iō cū nauigare nō poſſet: & peſtē inſuper ſuſtinerēt: oracula cōſulta dixerunt Agamēnonio ſāguine Dianam
eſſe placandā. ergo cū ab Vlyſſe per ſimulationē nuptiarū adducta Iphigenia: & iā vt imolareꝛ eēt altaribꝰ
admota numinis miſeratiōe ſublata ē: & cerua ſuppoſita. Vnde Oui. Victa dea ē: nubēq; oculis obiecit: & in
ter Officiū turbāq; ſacri: voceſq; ƥcātū Suppoſita ferꝛ mutaſſe micœnida cerua. &c. Virgo aūt: vt Seruꝰ aſſe
rit: ad t auricā regionē trāſlata ē: & Thoāti regi tradita: & ide dictiæ dianę ſacerdos effecta: & cū ſecūdū Statu
tā cōſuetudinē hūano ſanguine numē placaret. agnouit frēm Horeſtē: quē diu nō viderat: q accepto oraculo
carēdi furoris cā cū amico pilade colchos petierat: & cū his occiſo thoāte ſimulachꝝ ſuſtulit abſcōditū faſce
lignoꝝ: & ſic ad laconas Diana trāſlata ē: Iphigenia reportāte Quid deide de iphigenia ſequutū ſit: nuſq̄ cō
periſſe memini. Quod ſupra dictū eſt Dianā loco Iphigeniæ poſuiſſe ceruā humanū fuiſſe artificiū creden
dum eſt: ꝙ vt populus ois Agamēnoni eſſe obediēs adinuētū eſt eū. ſ. filiā imolaſſe: quæ medio in tumultu
ſublata: ne fraus aperiri poſſet in longinquā regionē trāſmiſſa: & ſub vmbra ſacerdotij ſeruata eſt.

De Chryſothemi Laodice & Iphianaſſa filiabus Agamēnonis. Cap. XVII.

Hryſothemis Laodices & Iphianaſſa agamēnonis fuere filiæ & Clitēneſtrę (vt arbitror) cum ex
eis vnā: quā mallet agamēnon apud Homerū Achilli offert dicēs. Gener mihi erit: honorabo āt
eū ſimilē horeſti Qui mihi vnigenitus nutriꝛ abundātia in multa. Tres mihi ſūt filiæ in atrio bene
facto Chryſothemis & Laodices & Iphianaſſa. Leontius tamē dicit hāc Iphianaſſam Iphigeni
am eē: qd' ego nō credo. Quō eni dixiſſet agamēnon iphigeniā domi eē quā ſciebat in ſacris ꝓ ventis q̄ ren/
dis: aut occiſā: aut alibi clā delatā.

De Electra agamēnonis filia. Cap. XVIII.

Lectra agamēnis & Clitēneſtræ fuit filia: vt liq̄do patet per Senecā in tragœdia agamēnonis: in q̄
percipiꝛ: q a ab agamēnone troiā eunti parua relicta ſit domi. Hęc cū patrē occiſum cerneret Stro
philo phocēſi agamēnonis amico clā cōmēdauit horeſtē & ide matrē ob perpetratū ſcęlus icrepa
uit aſpere: quā ob cauſam Clitēneſtra iubēte in carcerē deducta eſt. Quid tandē ex ea ſequutū ſit
legiſſe nō memini.

De Aleſo agamennonis filio. Cap. XIX.

Leſus filius fuit agamēnonis: vt ſatis clare dicit Ver. Hic agamēnonius troiani nois hoſtis Curru
iungit aleſus equos &c. Ex qua tamē matre ſuſceptus ſit in dubiū vertiꝛ. Nā alij dicunt eū ex bri/
ſeida natū: alij ex Caſſandra: qd' ego nō credo nō eni ex Caſſandra natus potuiſſet aduerſꝰ ęne
am fauiſſe turno ętate nō patiēte. Hūc Theodōtius arbitrari videꝛ: cū Clitēneſtra ſenſiſſe aduer
ſus patrē: & ob id & Clitēneſtrę filiū: & patria pulſum: qui quacūq; ex cauſa patriam liq̄rit in Italiam veniſſe
Ver. aſſerit & apud Maſſicū cāpanię montē conſedit: ac inde tanq̄ troiani nois hoſtis venit fauitq; aduerſꝰ
Aeneā partibus Turni. Ouidius vero vbi de faſtis videꝛ exiſtimare eū faliſcos condidiſſe: & ob id dicit Vene
Vn̄faliſci rat atridæ fatis agitatus aleſus. A quo ſe dictā terra faliſca putat &c. Poſteritatis aūt eiꝰ nulla extat mēoria

De Horeſte Agamennonis filio q genuit Chiſamenē Corinthū & Horeſtē: Cap. XX.

Horeſtes Agamēnonis & Clitēneſtræ fuit filius: vt ſatis in pręcedētibus oſtēſum ē: huic dicit Theo
dontius Hermiona Menelai & Helenæ filia paruula adhuc deſpōſata eſt: cū & ipſe paruulus eēt.
Hic tādē occiſo ab Aegiſto Agamēnone ſtudio Electrę ſororis ſuę a Strophilo phocēſi clā Micœ
nis ſubtractus & aſportatus atq; ſeruatus ē / quęrētibus eū i mortē mr̄e atq; Aegiſto Qui cū tractu
tēporis execreuiſſet captato cōmodo Hermiona ſibi iā a Pyrrho ſubtracta / in vltionem paternę cędis ſurre
xit & Aegiſtū adulterū: cū. vij. iā regnaſſet ānis vna cū Clitēneſtra mr̄e occidit. Quo facto aiunt cōfeſtim i
furiā deueniſſe cū ſibi videreꝛ iminere: occiſę mr̄is imaginē facibus & ſerpentibus armatā: & ei continuū mi/

nitantem exitium:vt dicit Statius: Armatem facibus matrem & ſerpentibꝰ atris. Cum fugit: vltriceſq; ſedēt
in limine diræ &c. Cui Pylades Strophili filius:q tēpore paternę cędis tranſfugauerat iunctꝰ promiſſa illi ſa Hore/
lute cum eo ad aram dictynæ Dianæ in colchos cōfugit:& ibi reſpuit Horeſtes: ſubmouitq; ab infeſtatione ſtes ma/
tali matrē:& ſorore cognita Iphigenia quæ ibidē deæ ſacerdos erat: occiſo Thoante rege & ſimulacro deæ tricida.
rapto atq; i faſce lignoꝝ delato ſecūdū quoſdā in regnū rediit:& fraude Macharei ſacerdotis pyrrhū Achil
lis filium i templo Apollinis īteremit:& ſibi Hermionem coniugem reaſſumpſit. Alij vero volunt eū anteq̃ Pylades
in regnum rediiſſet i Italiā deueniſſe:& haud longe a Roma apud Aritiam Dianæ ſimulacrū collocaſſe: & & Hore/
impia ſtatuiſſe ſacra. Sed quādocūq; hoc factū ſit enim poſt occiſum: Egiſtū regnaſſe annis.xv. affirmat Eu ſtes par
ſebius i libro temporū:& anno.xxi. regni Demophoontis regis athenaꝝ occidiſſe Pyrrhū. Solinꝰ vero in li amicoꝝ.
bro quē de mirabilibus ſcripſit: dicit eū poſt occiſam matrē profugū Hermionam in omnes caſus habuiſſe
ſociam quo autē diem clauſerit etiā in dubium vertitur. Cum dicat Seruius oſſa eius iam Roma condita ab
Aritia Romā tranſlata & ſepulta ante tēplum Sarturni quod eſt cliuum capitoliū iuxta Concordię templū.
Solinus autem vbi ſupra dicit ꝙ olympiade.lviii. oſſa eius a ſpartanis oraculo monitis Tegei inuenta & tā
tæ magnitudinis fuiſſe vt implerent longitudinem cubitorum.vii.

¶ De Thyſamene Horeſtis filio. Cap. XXI.

THyſamenis:vt ſcribit Euſebius filius fuit Horeſtis & ei ſucceſſit in regno.

¶ De Corynthо Horeſtis filio. Cap. XXII.

COrynthus filius fuit Horeſtis vt dicit Anſelmus eo i libro quē ſcripſit de imagine mūdi: i quo aſſe/
rit eū corynthū achaiæ ciuitatē feciſſe & ſuo noie nuncupaſſe:& hoc idē affirmat Geruaſius tillibe
rienſis. Qui eſto noui ſint auctores nō tamen paruæ ſunt grauitatis. Præterea & Iſidorus in libro Coryn/
Ethi. dicit. Corynthū i achaia cōdidit corynthus Horeſtis filius. Ego aūt cōditā nō credo: ſed for thi condi
te reſtauratā: cū ſcribat Euſebi. in libro temporū eā diu ante a Syſipho cōditā & Ephyrā appellatam. tor.

¶ De Horeſte Horeſtis filio. Cap. XXIII.

HOreſtes:vt Solinus de mirabilibus mundi teſtatur: filius fuit Horeſtis ex Hermione: & ab eo af
firmat populos qui horeſtides appellanť denominatos dicēs ſic. Mycœnis profugus matricida
cum abſceſſus lōgius deſtinaſſet natū ſibi i Emathia paruulū de hermiona: quā in omnes caſus
ſociā adſciuerat: hic mandauerat occulendū. Adoleuit & i ſpiritū regij ſanguinis nomē patris ſui referens oc
cupatoq; q̃cquid eſt: qđ procedit in macedonicū ſinū & adriaticū ſalum: quā cui iperitauerat Horeſtiā dixe/
rat. De hoc ego nil vlterius legi: i longā tamen poſteritatē deueniſſe ſuos creditum ē adeo: vt affirmat tro/
gus Pompeis Pauſaniam Philippi regis macedonum occiſorem ab horeſte originem duxiſſe: ſed quibus
medijs veſtis vetuſtate agente non reperitur.

¶ De Dionyſio.xxi. Iouis filio. Cap. XXIIII.

DIonyſius:vt i libro de naturis deoꝝ ſcribit Cicero: Iouis & Lūę fuit filꝰ: quē ego idē cū Bac
cho dicerē: ſi nō eſſēt i mře diſſimiles: cū ipe idē Tullꝰ fieri ei orgia arbitreť. Poſſibile tñ ē
vt ſic ſit fictōe mutata: dūmodo vtrūq; ꝓ vino nō ꝓ hoie aſſumamꝰ. Nā iuppiter. i. calor di/
ei: & lūa rore & humectatiōe nocte vites fouēt: & ad icremētū atq; maturitatē vuas dedu/
cūt. Et ſic hic erit q in culmine coliť nyſæ altero ex Parnaſi mōtibus verticibus Baccho: eo
ꝙ vinetis abūdet cōſecrato: & diceť Dionyſiꝰ q̃ſi nyſę deus: nā dios græce latie ſonat deꝰ.

¶ De Perſeo.xxii. Ionis filio q genuit Gorgophonē: Stelenū: Erithreum & Baccbemonē. Cap. XXV.

PErſeꝰ quē veteres totiꝰ nobilitatis gręcię patrē opinati ſunt: Iouis & Danaes Acriſij fuit filius:
vnī Oni. Nō putet eſſe deū: nec. n. Iouis eē putabat Perſea: quē danaes pluuio cōceperat auro.
&c. Qualiter aūt ex Ioue & Danae natꝰ vbi de Danae i præcedētibꝰ videri pōt. Is aūt iā grādis
vt dicit Lactantins: Polydecti regis iperio in Gorgonē expedicionē aſſumpſit: hūitq; pegaſum
alatū equū & Palladis ęgidē & talaria ēſeq; Mercurij: volatūq; cœpit ex apheſāte: mōte vt re/
fert. Stati. ibi: Mōſerat audaci ſeductꝰ i ęthera dorſo: & iſra per.v.verſꝰ. Quā q dē gorgonē p̃teſa ægide pal/
lātea vidit ipune atq; cōſiderauit: & vicit: eiq; caput abſtulit: & Athlātē regē ſibi denegātē hoſpiciū oñſo Gor
gonis capite mutauit in ſaxū: inde remeās in patriā cū excelſo vidiſſet i ſyrio littore circa regna cephœi An/
dromedē virginē alligatā matris crimie & ammonis ſnia ſcopulo: & ſic mōſtro marino expoſitā: flēteſq; pa/ Perſeus
rentes in littore: euolauit illuc: & cognita cauſa cū parētibus pactus eſt coniugium virginis: ſi illam a belua Gorgo/
liberaret: quod factum eſt. nam venientem interemit. Inde celebrāte eo nuptias cū Phineꝰ cephœi frater: nemiſu/
cui ante ſententiam puella deſpōſata fuerat: eam repeteret: & vi conaretur tanq̃ ſuam auferre. bellū aduer perauit.
ſus eum iniuit: & cū multos ex hoſtibus occidiſſet reliquos capite Gorgonis oſtēſo cōuertit in lapides: poſt.
hæc Proetū aui ſui fratrē qui Acryſium regno pepulerat transformauit in ſaxum: & regnū auo reſtituit i per/
ſas præterea bellum intulliſſe ferunt & in eodem liberū patrem aduerſum ſe conſiſtentē in prœlio occidiſ/
ſe. ſubactāq; nationē a ſe denominaſſe: ibiq; Perſepolym regiam ciuitatem ædificaſſe: quam poſtea vt ſcri/
bit Quintus Curtius de geſtis Alexandri. Alexander Macedo vino calens & epulis demoliri fecit: attamē
Acryſium auum: vt dicit Lactantius in lapidem cōmutauit. Et inde dicūt eum vna cum cephœo & Caſſio/
pia atq; Andromeda coniuge in cælum fuiſſe aſſumptum: & inter cæli ſidera collocatum: vt de imagine mū
di teſtatur Anſelmus dicens: huic cōiungitur Cephœus rex & Caſſiopia vxor eius: cui aſſociať Perſeꝰ filius
Iouis & Danaes habēs iuxta ſe ſidus Andromedę &c. His appoſitis ad ſenſum fictionis veniēdū eſt. Perſeū
equo pegaſo vectū famæ cupidine tractum demonſtrat. Alij tamen volunt eum ad tranſfretandū habuiſſe
nauim: cui inſigne vel nomen fuerit Pegaſus. Scutū palladis accipiendū reor ꝓ prudētia qua & hoſtiū acta

conſideramus & noſipſos ab eorundem iſidijs teliſq; protegimus. Mercutij talaria velocitatem & vigilātiā in agēdis ſignificare reor. Sic & enſis recuruus & a parte exteriori acutus oſtēdit: quoniam bellorum tēpore & prædis hoſtiū ad nos trahere debere: eoſq; a noſtris amouere cædib⁹. De Gorgone aūt & Athlāte ſatis in præcedentibus: vbi de eis dictū ē: liberaſſe autē Andromedem a bælua hyſtoriam reor: cum & in coſmographia dicat Pomponius. Eſt Ioppen ante diluuium conditum vt ferunt: vbi cephœa regnaſſe eo ſigno accole affirmant: q̄ titulum eius fratriſq; phinei veteres clamare cum religione plurima retinent: quinetiam rei celebratæ carminibus atq; fabulis ſeruatæq; a Perſeo Andromedæ clarum veſtigium marinæ bæluæ oſſa immania oſtentat: hæc ille. præterea & Hierony. præſbiter in libro quem de diſtantijs locorū compoſuit dicit. Ioppe oppidum paleſtinæ maritimū in tribu dan vbi hodie quoq; ſaxa monſtrātur in littore in quibus Andromeda religata Perſei quondam viri ſui fertur liberata ſubſidio. hæc Hieronymus. Plynius vero inter ſcriptores celeberrimus homo ſcribit Beluæ: cui dicebatur expoſitam fuiſſe Andromedam: oſſa Romæ apportata ex oppido Iudeæ Ioppe. oſtendit inter reliqua miracula in ædilitate. M. Scaurus longitudine pedū xl. altitudine coſtarum Indicos Elephantes excedente. ſpinæ groſſitudine ſexquipedali &c. Perſeum aūt hoſtes & proetū in ſaxa vertiſſe capite Gorgonis oſtenſo: nil aliud puto niſi quia victos diuitijs Gorgonis tacitos illos reddidit & imbelles. Acryſium autem auum cōſtat per Euſebium i libro tēporum aliter ſaxeū effeciſſe: nam ab eo non ſponte occiſus eſt. & ſic frigiditate perpetua lapidi ſimilis factus eſt. q̄ in cælis a ſeptētrionali plaga ſtellificatus luceat ſententiam Tullij vbi de quæſtionibus tuſculanis ſequendā puto: q̄ de eo & reliquis ait. Nec ſtellatus cephœus cum vxore genero filia traderetur. niſi cæleſtium diuina cognitio nomen eorum ad errorem fabula traduxiſſet. hæc Tullius. Cæterum de tempore eius ambigitur cum ſcribat Euſebius eum occidiſſe Gorgonem anno mundi. iij. M. dcccxxix. Tamen hoc eodem anno ſecundū alios dicit eū cū coniuge in cælum raptum. Paulo poſt dicit āno. ij. regis Cecropis qui mundi fuit. iij. M. dccclvij. eum Gorgone occiſa aduerſus Perſas dimicaſſe. Nec multo poſt ſcribit anno. xxxv. regni Cecropis Achryſium ab eo mortuum: & argiuorum regnum in Micœnas tranſlatum: quod ego verum puto cum magis tempus conueniat rebus geſtis.

Andromede liberatio.

De Gorgophone Perſei filio qui genuit Electrionem & Alceum. Cap. XXVI.

GOrgophones: teſte Lactantio: filius fuit Perſei ex Andromede coniuge: de quo nil aliud habem⁹ niſi quia genuit Electrionem & Alceum.

De Electrione Gorgophonis filio: qui genuit Alcmenam. Cap. XXVII.

E Lectrion vt Lactantio placet: Gorgophonis fuit filius: ex quo niſi alcmenam filiam haberemus nudum nomen nobis liquiſſet antiquitas.

De Alcmena Electrionis filia & amphitrionis coniuge. Cap. XXVIII.

ALcmena: vt dicit Lactantius: filia fuit Electrionis: qđ & Plautus i amphitrione teſtať dicēs. Qui cum alcmena ē nupta Electrionis filia &c. Hæc quidem vt idē & ibidem dicit Plautus: nupſit amphitrioni Thebano: & a ioue dilecta eſt: & in ſpecie amphitrionis viri ſui ab eo oppreſſa Herculem peperit: vt in ſequentibus vbi de Hercule dicetur latius.

De Alceo filio Gorgophonis qui genuit amphitrionem. Cap. XXIX.

A Lceus: vt ait Paulus: filius fuit Gorgophonis magis filij fama cognitus apud nos q̄ ſplendore ſuo. Nam vt aiunt pater fuit amphitrionis.

Hiphicleus ſōniorū iterp̄s

De Amphitrione filio alcei qui genuit Hiphicleum. Cap. XXX.

AMphitrion: vt paulus ait. filius fuit alcei homo armorū inſignis: vt Plautus i comœdia euſdē āphitrionis oñdit. huic cōiūx fuit alcmena: cū q̄ Thebis morabať: vbi dū ipſe pro thebanis aduerſus theleboos bellū gereret. Iuppiter ei⁹ i ſpē alcmenā app̄ſſit & ex ea ſuſcepit Herculē. āphitriō aūt eodē partu ex ea ſuſcepit Hiphicleū: placet p̄terea Plinio ī libro naturalis hiſtoriæ huius fuiſſe inuentum oſtentorum atq; ſomniorum interpretationes.

De Hiphicleo amphitrionis filio qui genuit Iolaum. Cap. XXXI.

HIphicleus: vt ſcribit Plautus i amphitrione: fuit filius amphitrionis & alcmenæ: eumq; vno partu cum Hercule editum dicit. Verum Hiphicleus poſt nonum conceptionis menſem natus eſt. Hercules aūt vna ſecū natus ſeptimo non perfecto: quod Auguſtinus. ij. de ciuita. dei cōcedere nō videtur: q̄ mulier poſſit in diuerſis temporibus diuerſos concipere.

De Iolao Hiphiclei filio. Cap. XXXII.

IOlaus: vt Solinus de mirabilibus mundi aſſerit: filius fuit hiphiclei: Hic vt idem ait Solinus: ſardiniam ingreſſus palantes incolarum animos ad cōcordiam eblāditus Olbiam atq; alia græca oppida extruxit. iolenſes ab eo dicti ſepulchro eius templum addiderunt: q̄ imitatus virtutes patris malis plurimis Sardiniam liberaſſet: hæc ille. fuere tamen & alij hiphiclei.

De Steleno Perſei filio qui genuit Euryſteum. Cap. XXXIII.

STelenus: vt placet homero: Perſei fuit filius & andromedę. Nam i iliade homerus deſcribit Agamēnonem concionātem & Euriſtei genealogiā deſignantem aſſerentemq; Stelenū fuiſſe Perſei filium & euriſtei patrem. Is quidem: vt dicit Euſebius in libro temporum: trāſlato argiuorum regno a Perſeo micœnis poſt Perſeū regnauit: quādo non reperitur. Nam mortuo acriſio. q. xxxi. annis regnauit immediate ſequitur initiū regni Euryſtei: quęq; tamē interpoſitis ānis: eoq; ſcilicet Euriſtheo regnāte ſcriptum comperio Stelenum. xl. annis micœnis regnaſſe: vbi hi perditi ſint iuenire non poſſum.

De Euryſteo Steleni filio. Cap. XXXIIII.

Vryſteus Steleni filius fuit ut p̃monſtratũ eſt. de natiuitate eius talẽ refert Home. fabulam. Cũ die quadã iuppiter apud ſuperos dixiſſet: die illa naſciturũ hoiem qui oĩbus circũuicinis domi naretur: Iuno id fecit iuramẽto firmari: & cõfeſti aſcẽdit in terras et retinuit lithiã: quã nos Lucinam dicimus: deã parturientiũ apud uxorẽ Sthelenι pregnantẽ iam. vii. menſiũ: et ex utero eius eduxit filiũ. vii. menſiũ qui uocatus ẽ Euryſteus. Erat quidẽ ea die naſciturus Hercules: ſed alcmẽa ob retentã parturiẽtiũ deã pepeiiſſe nõ potuit: et ſic factũ ẽ: ꝙ de Hercule iuppiter intelligebat uerteretur i euryſteũ: qui poſtmodũ aliis et herculi ẽt iperauit: regnauitq́ꝫ Mycœnis ãnis. xlv. & ſucceſſorẽ moriens reliquit atreũ: Fabula aũt hæc ab euẽtu ſibi locũ uendicauit: cũ uiderent homines Euryſteũ herculi fortiſſio uiroꝝ imperantẽ.

De Bacchemone Perſei filio qui genuit achemenidem. Cap. XXXV

BAcchemon: Lactantio teſte: Perſei fuit filius & andromedæ: & ut ipſe idẽ dicit: apud quoſdã oriẽtales populos iperauit: qui ab Achemenide eiuſdẽ Bacchemonis filio: ut dicit Theodontius Achemenides poſtea nuncupati ſunt. Qui apollini ſacrorum ritus inueniſſe ſe aſſerunt: eſt aũt apud eos is in ſpeleo perſico in habitu cũ tiara & utriſq́ꝫ manibus cõprimens cornua bouis puto ꝙ ad immenſam eius potentiam oſtendendam.

De Achemenide filio Bacchemonis qui genuit Orchamum. Cap. XXXVI.

Chemenides: ut dicit Theodontius: filius fuit Bacchemonis: eſto ſint qui uelint eum filiũ fuiſſe Perſei: hic autem Achemeniis populis imperauit: eoſque a ſuo nomine nuncupauit: & moriens ſucceſſorem Orchamum filium reliquit

De Orchamo filio Achemenidis qui genuit Leucothoem. Cap. XXXVII.

ORchamus: ut ſupra a Teodontio dictũ eſt: filius fuit Achemenidis: cui cõiunx fuit eurimene ſpecioſiſſia mulier: ex qua filiã unicã Leucothoẽ ſuſcepit: quã quia ſoli ſe diligẽti paruerat uiuã ifodit

De Leucothoe Orchami filia. Cap XXXVIII.

Eucothoẽ filiã fuiſſe Orchami et Eurymones teſtatur Ouidius in maiori uolumine ubi dicit ꝙ eã ſumme dilexit Phœbus: & in formã uerſus eurymones matris eius: noctu acceſſit ad eã & licẽtiatis mulieribus ſuis tanq̃ ſecreta ſecũ locutura in formã propriã rediit & patiẽtẽ cõpreſſit. Quod cũ Clitiæ quæ ante diligebatur a Phœbo ad aures deueniſſet zelo percita cõfeſtim Orchamo accuſauit: q iratus atq́ꝫ ſeuerus nimiũ uiuã ſepeliri iuſſit. Phœbus aũt cũ illi uitã reſtituere nequiret: eã in uirgã thuream uertit. Huius fictionis ratio talis a quibuſdã redditur. puellã ob adulteriũ cũ ſplẽdido iuuene perpetratũ iure Sabeo uiuã defoſſam: & cũ eo in loco forte uirga thurea naſceret: quaꝝ abũdãtiſſima regio eſt ſolis uirtute e ſinu terræ in altũ deducta locũ fabulæ adiuenit: Ego autẽ apud achemenidas locũ puto: cui ſit nomẽ uel fuerit Leucothoe: qui quoniã thure abũdet ab incolis a ſole diligi dicitur: qui in matris formã trãſformatus: ideſt in cõplexionẽ ad enutriẽdas thureas uirgas opportunã ibi deſcẽdit: & humiditati terræ iungitur: adeo ut qui uiuas plantas ibidem apponat confeſtim in altum educat.

De Erithreo Perſei filio. Cap. XXXIX.

Rithreus ſeu erithra: ut placet Solino de mirabilibus mũdi: filius fuit perſei & Andromedæ: & in cõfinio rubri maris regnũ habuit. eſto ſint qui dicãt eũ ægypti fuiſſe regẽ de quo idẽ Solinus ſcribit ſic. Vltra peluſiacũ hoſtiũ arabia eſt ad rubrũ pertinẽs mare: quod erithreũ ab erithra rege perſei & andromedæ filio nõ ſolũ a calore appellatũ Varro dicit: hæc ille. Hic erithreus apud arabes maxime fuit auctoritatis: adeo ut moriẽti in quadã rubri maris inſula cæteris famoſiore: inſigne plurimum ſe pulchrum cõſtruerẽt: eũ loco dei colerẽt: & ab eo rubrũ mare denominarent erithreũ: quo nomine adhuc græci vocant. ſ. erithra talaſſon. Nam talaſſon latine ſonat mare: de poſteritate huius nil habemus.

Vñ mare Erithreum.

De Perſe Perſei filio. Cap. XL.

PErſen filium fuiſſe Perſei in lib. naturalis hyſtoriæ teſtatur Plinius de quo nil aliud cõperi p̃ter q̃ idem Plinius aſſerit eum ſcilicet primũ ſagittarum repertorem fuiſſe: quod forſan apud ſuos verum eſt: cũ apud alias nationes illas longe antiquiores legerimus.

Perſes ſagittarũ inuẽtorum.

De Aone Iouis xxxiii. filio qui genuit Dimantem. Cap. XLI.

On vt Paulus ait: Iouis fuit filius ex nympha Muoſyde: a quo dicit Boeotiã Aoniam nũcupatã: quia ibi regnaſſet: nos autẽ ſupra Lactantii auctoritatem ſecuti Neptũni filiũ ſcripſimus. Quem Theodontius factione ſuorum ex Apulia pulſum: & Oncheſti fuiſſe filium: & in Boeotiã veniſſe dicebat: & ibidem Neptunũ patrem quæſiſſe & prouinciam de ſuo nomine nuncupaſſe: nullum tamen illi filium deſignabant: vbi paulus filium ſuum Dimantem aſſerit.

De Dimante Aonis filio qui genuit Aſium & Alixiroem. Cap. XLII.

DImas: vt dicit paulus: filius fuit Aonis et Aſii atq́ꝫ Alixiroe pater. Nec aliud de eo legi.

De Aſio Dimantis filio. Cap. XLIII.

ASyus filius fuit Dimantis: vt in Iliade ſcribit Homerus dicens. Aſyo qui auunculus erat Hectoris bellicoſi frater Hecubæ filius Dimantis: hunc quantuncũq́ꝫ Homerus dicat fratrẽ fuiſſe Hecubæ et auunculum hectoris: dicebat Leõtius ex parte matris fuiſſe: quia ex eadem matre Aſyus et hecuba nati fuerunt: ſed ex diuerſis patribus. Hic autem aduerſus græcos priamo fauit.

De Alyxotoe Dimantis filia et matre Eaci. Cap. XLIIII

Lyxothoe filia fuit Dimantis: vt teſtari videt̃ Oui. dicẽs. Quãuis ẽ illũ ꝓles enixa dimãtis Eſacõ vmbroſa furti pepeiiſſe ſub ida Fert̃ Alyxothoe etc. Hæc igitur ex priamo peperit Eſacum qui poſtea i mergũ verſus ẽ.

De Eaco. xxiii. Iouis filio q genuit phocũ Thelamonẽ et peleũ. Cap. XLV

Eacus Iouis fuit filius et æginæ:vt in Iliade dicit Home. Pelius Aeacides. ille aũt Aeacus erat
A a Ioue patre. Qualiter aũt iuppiter æginã oppreſſerit ſupra dictũ eſt vbi de ægina. hũc iſuper
dicit Ouidius regnaſſe apud enopiã:quã ipſe ex nomine matris vocauit æginã: in qua cũ po/
ſtea defeciſſent hoies et ipſe in ſomnis vidiſſet quercũ plenã formicis nũc ſurſum nũc deorſum deãbu/
lantibus: ſibi dormienti viſum eſt oraſſe Iouem:vt oẽs formicæ quas videbat homines efficerentur:qđ
et factum eſt. et ſic eius eſt reſtaurata ciuitas:et ciues Myrmidones appellati:nã Myrmix græce latine
formica eſt. Hunc prætetea dixere veteres apud inferos cũ Minoe et Rhadamãto culpas hoium excute
re:et pro meritis culpas inferre. Sub his autem figmentis latet hoc:primo ciuitas eius euacuata ciuibus
peſte:ex agricultoribus reſtaurata eſt:qui more formicarũ æſtate meſſes ex agris et alia opportuna col/
ligunt vt hyeme fame non pereant. Hos autem ipſe legibus inſtruxit et viuere coegit:et hic Iouis dictus
eſt filius:et apud inferos iudex. Nam per reſpectum ad ſupercæleſtia corpora mortales inferi ſunt.

Aegina q̃ et omopia. Myrmidões vñ.

De Phoco Aeaci filio. Cap. XLVI

PHocus Aeaci fuit filius:vt per Ouidium ſcribitur dum legitur. Expetit occurrunt illi thelamon
q; minorq;. Quam thelamon Peleus et proles tertia Phocus etc. Hic a Peleo occiſus eſt

De Thelamone Aeaci filio:qui genuit Aiacem et Theucrum. Cap. XLVII

THelamon Aeaci fuit filius fratrũ maior natu:quem Seruius ex Argonautis fuiſſe dicit et Her
t culis ſociũ:& cũ a Colcho reuerteretur:quæreretq; Hercules Ilã puerũ perditũ apud Myſios:&
ad troianũ deueniſſet littus:ꝓhibitus a Laomedonte:indicto illi bello cõgregatis viribus ad/
uerſus eum rediret:tanq̃ ſuſceptæ iniuriæ particeps Thelamon:vna ſecum venit:& ilione expugnato:atq;
Laomedonte occiſo:eo q; primus muros ciuitatis aſcendiſſet:illi ex præda capta Heſiona Laomedontis
filia data eſt:ex qua cum iã ex alia ſuſcepiſſet Aiacem:Theucrum ſuſcepit. Hic enim ſeu pulſus ſeu non ſu/
ſceptus in patria in Cyprum abiit & Salaminam ibi coudidit ciuitatem.

De Aiace Thelamonis filio. Cap. XLVIII

Aiacis cũ hectore pugna.

AIax bellicoſiſſimus homo Thelamonis fuit filius:hic cũ aliis græcis ad delẽdam Troiam arma
a ſumpſit:& vt reliqua quæ in certaminibus miranda fecit:omittam: ſingulare certamen aduer/
ſus Hectorem arripere auſus eſt:& ſi homero fides vlla pſtanda eſt:ni illud nimis feſtina nox
diremiſſet victor aiax rediſſet ad ſuos:ea tamẽ ſuperueniente cum illi vetuſto more Hector donaſſet gla
dium & ab eo baltheũ ſuſcepiſſet recens aiax & animoſus diſcedens:feſſum Hectorem Troiã ire permi/
ſit. Hæc dona ſecundum Seruium nephaſta fuere:cum eo ſe gladio poſtea interemerit aiax:& cum Baltheo
ab Achille occiſus eſt Hector. Aiax autem ilione capto atq; diruto de armis Achillis præmortui aduer/
ſus Vlyſſem ingens litigium habuit:tandem cũ cerneret virtutem bellicam eloquentiæ cedere in furorẽ
verſus eo ſe:quem ab Hectore ſuſceperat:gladio interemit:& vt ait Ouidius in florem ſui nominis verſus
eſt. In quo nos docet antiquitas noſtras vires caduci floris more in nihilum facile ſolui.

De Theucro Thelamonis filio. Cap. XLIX.

THeucer filius fuit Thelamonis ex heſiona Laomedontis filia q̃ non videtur Thelamonis fuiſſe
t coniunx cum homerus aliquãdo i iliade dicat Theucrum fuiſſe nothum. Hic tamen inſignis ho
mo fuit & armorum valens:& vna cum fratre aiace iuit in Troianum bellum. Eo tandem pera/
cto cum abſq; fratre rediſſet in patriã nõ ſuſceptus receſſit in Cyprũ:& ibidem Salaminam ciuitatem con
ſtruxit & vitæ reſiduum habitauit. Quod ego verius puto q̃ qđ de Thelamone ſupra ſcriptũ eſt.

De Peleo filio Aeaci qui genuit Polydorim & Achillem. Cap. L.

PEleus Aeaci fuit filius & magnis viuẽs interfuit rebus:nam cũ Meleagro in venationẽ apri Ca
p lidonii acceſſit. Sic & cũ Perithoo aduerſus centauros pugnauit. huic vt refert Ouidius cõiunx
fuit Thetis aquarum dea quã Iuppiter amauit: ſed ideo cõcubitum eius neglexit: quia oracu/
lo nouerat ex ea filium naſciturum qui maior eſſet patre. Ad hanc tamen obtinendam audaciam vireſq;
fuere opportunæ. Nam cũ peleus conſilio prothei ſeruis eã die quadã cœpiſſet ipſa in varias mutata for/
mas adeo eũ exterruit vt dimitteretur ab eo. Qui ad Protheũ rediens ab eodem ſibi ſuaſum eſt ne muta/
tiones illas timeret:quinimo in tenẽdo eã perſeueraret:qa ſi feciſſet ipſa deſiderio ſuo cederet. Peleus die
ſequenti cũ dormientẽ eam in antro cõperiſſet cepit illã. Ipſa vero more ſuo in varias verſa formas cũ eũ
tenentem ſentiret in propriã rediens in cõiugium eius cõſenſit. Porro Iuppiter ad eorũ nuptias omnes cõ
uocauit deos præter Diſcordiã. Quæ indignans cum cerneret Iunonem Palladem & Venerẽ inuicem ex
parte vna ſedentes ſumpto aureo malo illud inter eas ꝓiecit:dixitq; digniori detur. ex quo cõfeſtim inter
eas ſeditio orta eſt cũ vnaquæq; ſe digniorẽ diceret. Et cum de hoc Iuppiter iter eas noilet ferre ſententiã
ad Pandem:qui in ſylua ida morabatur:miſit eas. Is vero ob ꝓmiſſam ſibi a Venere ſpecioſiſſimã mulie/
rẽ:ſpretis aliarũ oblatiõibus Veneri tanquã digniori tradidit. Quæ illi raptũ Helenæ cõceſſit:ex quo ſubſe
quutũ eſt troianũ bellũ & occiſus Achilles:qui ex nuptiis illis:ad quas vocata nõ fuerat diſcordia:natus ẽ
& ſic explata iniuria. Peleus igitur ex Thetide ſuſcepit achillẽ et polidorim puellã. Demum cum fratrem
phocũ occidiſſet:in exiliũ abiit ſeuera patris iubente iuſtitia. Et primo ad Ceim regẽ thrachinæ aufugit a
quo amicabiliter ſuſceptus eſt. Inde poſtea diſcedẽs ad Magnetas abiit vbi ab Achaſto fraterna cęde pur
gatus eſt. Quid inde ſubſecutũ ſit neſcio. Nunc quid ſentiendũ ſit ex fictionibus aduertẽdũ eſt. Thetis no/
bilis fuit mulier:cuius in natiuitate viſum eſt ex ea naſciturũ hominem qui patrẽ virtute ſuperaret. et ob id
Chiron pater eius varia ſecum et plurima voluit conſilia:cui nam illã concederet:et his agentibus petens
eam peleus primo repulſus eſt:et ſic conſiliorum variationes mutationes formarũ Thetidis fuere. Tãdẽ

Pelei nuptie.

Diſcordia. Iudicium paridis.

cum iterum Peleus peteret poſt multa patris conſilia illi conceſſa eſt. Et eius in nuptijs.i.procreatiōe Achil
lis omnes conuocātur dij.i.omnia ſupercæleſtia corpora:ad quæ ſpectat ſecundum diuerſas potētias ſuas
in corpus iam creatum diuerſos effectus infūdere:vt perfectū ſit.diſcordia autem nō vocatᷣ ne diſgreget cœ
ptum opus & pereat. Ipſa autem poſtea ſeſe miſcet dū homo incipit cogitare:quæ trium ſit ſplendidior vita Tres vi/
aut contēplatiua:quæ per Palladē deſignatur:aut actiua:quæ per iunonē intelligitᷣ:aut voluptuoſa:quæ per te.
venerē demonſtratᷣ. Ex quibus noluit Iuppiter.i.deus dare iudiciū:ne viderentᷣ reliquę ſua dānare ſentētia:
& homini iniecta neceſſitas.de his tamen tribus ſupra latius vbi de Paride.

De Polydori filia Pelei & coniuge borionis. Cap. LI.

POlydoris:vt in iliade dicit Homerus filia fuit Pelei:& a Sperchio flumie dilecta atq; oppreſſa:& ſic
Mneſteum peperit:qui Achillem in troianū bellum ſecutus eſt.hęc autem cuidam Borioni periręi
regi nupſit.

De Achille filio Pelei:qui genuit Pyrrhum. Cap. LII.

AChilles græcoꝝ fortiſſimus:vt præmōſtratum eſt:Pelei & Thetidis fuit filius:quem cū peperiſſet
mater cōtinuo ad inferos detulit:& vt laborem patientē redderet totum ſtygiis vndis immerſit:
excepto calcaneo:quo illum tenebat. Demū Chironi cētauro alendū tradidit:qui illū educauit:: Achillis
nō eo ritu:quo cæteri educantᷣ:ſed ex medullis tantū beſtiarū ab eo captarū cibū cōfici faciebat infancia
& hoc vt aſſiduo duraretur exercitio. Et hic dicit Leon.eū Achillem nuncupatum ab a quod ē ſine & chilos ſub Chi/
cibus quaſi ſine cibo nutritus:Hunc Chiron Aſtrologiā docuit & medicinā:ac etiā lyrā tangere Tandē cum rone.
thetis rapta a Paride Helena pręſagio cerneret bellū futurū:& in eū Achillē filium periturum ad eius ſi poſ
ſet euitandā mortē conſilio:clam illum adhuc impubē ex antro Chironis dormientem rapuit:& in ſchyron
inſulam in domū Lycomedis regis detulit:& veſtimētis puellaribus tectum atq; prędoctū:ne ſe maſculum
cuipiam demōſtraret quia virginem inter filias ſeruandū tradidit Lycomedi. Verum Deidamiæ virgini Ly
comedis filię diu eū maſculum fore occultum eſſe non potuit:cum qua tempore captato cōcubuit:& ꝓpter
amoris cōmodū ipſa etiam iuuenis ſexum occuluit:ex eo tamen concepit & peperit filiū:quē Pyrrhum po/
ſtea vocauere. Caterū cū cōiuraſſent in troianos græci:& reſpōſum accepiſſent abſq; Achille capi troiā nō
poſſe:ad eum exquirendum Vlyſſes miſſus eſt. Quem cum audiſſet in muliebri habitu apud filias lycome
dis clam teneri:ne loco iuuenis virginē auferrent:nouam cōmentus eſt fraudem:dūq; ſe in mercatorem fin
xiſſet:& iocalia:quibus ſe delectari virgines conſueuere:filiabus Lycomedis appoſuiſſet:inter ea circūpo/
ſuit & pharetrā:arbitratus Achillem.ſi illis imixtus eſſet:arcum ſumpturū:nec defuit cogitationi ſucceſſus.
Quem poſtq̄ arcum trahentē cognouit facile ſuaſionibus induxit:vt ſequeretur in bellum:in quo dum iret Att:Vlyſ
habitu fœmineo poſito plures ciuitates hoſtium cœpit:ęgitq; prædam ingentē:& inter alia virginem ſacer. ſis aſtū i
dotis Apollinis filiam:Agamennoni conceſſit:& Bryſeidam:quā æque ceperat ſibi reſeruauit. Sane cum achille
am iuſſu deorū oportuiſſet Agamēnonē ſacerdoti natam reſtituere:Bryſeidam illi ſurripuit. Quāobrē in/ pemo/
dignatus Achilles diu ſtetit:nec arma aduerſus Troianos capere voluit vllius ſuaſione vel p̄cibus. Tandē ſcendo.
cū die vna acriter a Troianis vrgerentᷣ gręci a Neſtore Patroclus deduct⁹ eſt ad eū:vt oraret ſi nollet arma
ſumere ſaltem permitteret:vt ipſe loco ſui ſub indueret:& currū ſuum aſcenderet : & myrmidones ocioſos
in pugnam deduceret. Quod & ſi ægere pateretur Achilles:Patroclo tamē nil negaturus conceſſit. Qui cū
proceſſiſſet in prœlium:Achilles ab omnibus creditus multa mala troianis intulit. Poſtremo Hector q pu/
gnam aduerſus Achillem diu optauerat eum putans aduenit:& Patroclū labore modico ſuperauit: armiſ/
que ſuperatum nudauit:& quaſi Achillem ſuperaſſet armis eius indutus ingenti cum pompa patriam rein/
trauit. Hoc caſu ſumme turbatus Achilles amicum aliquandiu fleuit:eiq; officium funebre magnis ſumpti/
bus & mirabili honorificētia peregit. Inde a Thetide matre:quæ ad eius leniendas lachrymas venerat no/
uis reaſſumptis armis: quæ ipſa a Vulcano ſuſceperat:armatus in vltionem amici perempti proceſſit in bel
lum:& cum multos ex Troianis occidiſſet:Hectorem etiam interemit.nec ad ſatiandas iras eum occidiſſe
ſatis viſum ē:quinimo cum eius corpus currui alligaſſet ſuo dedecoroſe Ilionem circuiuit:Priamo etiam ꝓ/
ſpectante:ac inde apud tumulum Patrocli.xij.diebus nudum tenuit cadauer:illudq; tādem priamo ſeni ad
eum venienti nocte:orantiq; & maxima munera exhibenti conceſſit. Poſt hæc alia in pugna Troilum inter/
fecit. Quo dolore commota Hecuba ſuperſtitibus timens & patriæ:ſi lōgum viuat Achilles:aſtu fœmineo
inſidias in vitam eius tetendit. Nouerat autem eum Polyxenam diligere:eo ꝙ illi induciarum tempore vi/
ſa placuiſſet:& iccirco per intermedium ſpopondit illi nuptias ſuas ſi a prœlijs abſtineret. Cui cum aſſenſiſ/
ſet Achilles in talē compoſitionem itum eſt:vt clam ſolus nocte veniret in templū Tymbrei Apollinis :qđ
fere ſecus muros Ilionis erat:& ibidem eam cum filia inueniret.eāq; deſponſaret Quod amans:& cupiens Achillis
Achilles credens iuxta compoſitum inermis & ſolus nocte templum intrauit. In quē e veſtigio Paris ex inſi/ mors.
dijs proſiliēs : cū eſſet arcu doctiſſimus ſagitta eius calcaneū petijt atq; vulnerauit:eūq; fruſtra gladio in ho
ſtes diſcurſantem interemit:& tādem in ſigeo troiano promontorio a ſuis ſepultus eſt. In tam longa hiſto/
ria:paucis tamen recitata verbis nil fictum eſt pręter Achillē ſtygijs merſum vndis excepto calcaneo.& qđ
eo vulnerato mortuus ſit. Circa quod placet Fulgentio hominem ſtygijs vndis vnūquēq; laboris duratum
cum ſtyges interpretetur triſtitia:vt intelligatur neminem in lętis durari:ſed laxari potius : ſi alias duratus
eēt. Quod aurē thalus imerſus nō ſit phyſicū tegit myſteriū. Volunt enim phyſici ꝙ venę quę in thalo ſunt
ad renum & fœmorum atq; virilium rationem pertineāt:& ideo per thalum nō merſum in ſtige inuictam in
Achille libidinem voluerunt:quę per durationes alias ſublata non eſt:vt ſatis apparet:cum libidine in ma/
nus iueret hoſtium:& ab eis occiſus eſt.

¶ De Pyrrho Achillis filio: qui genuit Peripeleum: & Moloſſum. Cap. LIII.

PYrrhus: vt præmonſtratum eſt: achillis & Deidamiæ fuit filius: ſic vocatus: vt dicit Seruius: a capil/
lorum qualitate: cum Neoptolemus alio nomine vocaretur. hic achille mortuo vix pubes in troia/
Pyrrhus vnde. num bellum ductus eſt animoſus inſtar patris: & acris ingenij iuuenis. Qui & ſi circa finē belli ve/
niſſet: non tamen occiſus fuit. Inter alios quidē iuuenes ſtrennuos & audaces equū ligneum: quem græci do
loſe conſtrui fecerant intrauit: & in ilionē tractus: dum nocte exiſſet alijs venientibus a tenedo ſtragem ma
ximam Troianorū peregit: & vſq; in abditiſſimū penetral regiæ domus Politem filium priami ſequutus in/
trauit: eūq; patris in gremio interemit: & inde Priamum obiurgantem: & in ſeuitiam eius obloquentem: vt
ſanguine ſuo fedaret: quas ipſe ſacrauerat aras irruit. Inde ilione deleto Polyxenā eximiæ formoſitatis vir
ginem ad manes placandos patrios apud Achillis ſepulchrum occidit. Et cum ex troiana præda illi Andro
macha olim coniunx Hectoris contigiſſet: eam ſibi iunxit vxorem. Quæ illi ſecundum quoſdam duos pepe
rit filios Peripeleum & moloſſum. Inde captus pulchritudine Hermionis filiæ Menelai tradita Androma/
cha Heleno filio Priami cum parte regni: eo q; vates illum præmonuiſſet ne intraret mare ſicuti cæteri fece
rant: Hermionē Horeſti rapuit: & ſibi coniugē fecit. Deinde ſeu paupertate coactus: ſeu ad prædam animi
feruore impulſus: vt nōnullis placet: mare nauibus infeſtauit. Quæ quidē nauigatio infeſta alijs ab eo py/
ratica denominata eſt: & exercentes pyratæ: eo q; ipſe primus exercuerit: vt dicit Paulus: Poſtremo cū ho/
Pyrrhi mors. reſtes ex Taurica regione poſita furia rediſſet in regnum: corrupto Machareo ſacerdote templi Apollinis
Delphici Pyrrhum trucidauit in templo: & hic finis fuit illius.

¶ De Peripelo Pyrrhi filio. Cap. LIIII.

P Eripeleus: vt dicit paulus: filius fuit Pyrrhi ex Andromacha. Theodontius autem dicit ex Her/
miona nec ex eo aliud ad nos vſq; peruenit.

¶ De Moloſſo Pyrrhi filio: qui genuit Polydectam. Cap. LV.

MOloſſus filius fuit Pyrrhi & andromachæ. Hic patri mortuo ſuccedens partem Epyri tenuit po/
puloſq; ex ſuo nomine nuncupauit moloſſos. Verum donec ad puberē deueniret ætatem apud
matrem & vitricum fuit & moriens Polydectam filium dereliquit.

¶ De Polydecta filio moloſſi. Cap. LVI.

POlydecta ſeu maſculus fuerit ſeu fœmina: non ſatis mihi notum eſt. eum tamen filium vel filiā
fuiſſe Moloſſi Paulus affirmat. Poſt quem ſucceſſiue ex Aeacidibus neminem: niſi poſt plura
ſæcula comperio: cum apud græcos diu nulla ſit habita ꝓgenies nobilior. Ex æacidib⁹ fuit Pyr
Aeacidū ꝓgenies rhus rex Epyrotarum: qui aduerſus romanos bellū geſſit Tarentinorum opere. Sic & Alexā/
der Epyrota a Lucāo Satellite occiſ⁹: & Olympias clariſſima macedonū regia Alexādri mr̄.
Et alij plures virtutibus titulis inſignes.

¶ De Pylumno Iouis. xxxv. filio: qui genuit Daunum. Cap. LVII

Pylūn⁹ PYlumnus: vt dicit Paulus: filius fuit Iouis: cui Seruius fratrem fuiſſe Pytuanū dicit: & eos ambos
piſtorum deus. P fuiſſe deos: horūq; Pylūnum vſum ſtercorandorum agrorum inueniſſe: & inde Sterculinum di/
ctum. Eſto Macrobius in libro Saturnaliorū Saturnū fuiſſe dicat. Pylūnū vero piſendi frumenti
& ob id a piſtoribus coli & pilum ab eo denominatū. Adhuc Theodontius dicit Danacē Acryſij filiam pa/
tris iram fugientem delatam a paſtore vna cum paruulo Perſeo: quā ipſe genere cognito ſumpſit vxorē: &
vna cum ea apulia: in qua grandis erat derelicta: eo q; oppoſita videretur Acryſio ad rutulos venit: & ibidē
cum Danaę conſtruxit ardeam: ac ex ea ſuſcepit Daunum.

¶ De Dauno Pylūni filio: & proauo Turni. Cap. LVIII.

DAunus filius fuit Pylūni: & vt Theodontius aſſerit: ex Danae Acriſij filia ſuſceptus. Huic regnū in
Apulia q̄ & Daunia. apulia fuit: & ab eo Daunia nuncupata: & hunc dicit idem Theodontius auum fuiſſe patris Tur/
ni: qui & Daunus dictus eſt. De filio huius & patre ſecundi Dauni nil me legiſſe memini.

¶ De Dauno primi Dauni nepote: qui genuit Turnū & Iuturnam. Cap. LIX.

DAunus ꝓcedētis Dauni ſcd'm Theodontiū ex filio nepos fuit. Hui⁹ cōiunx fuit Venilia ſo/
ror Amatę cōiugis Latini regis: ex q̄ cōſtat plures ſuſcepiſſe filios. Inter quos ea fuit: quā
Diomedi ꝓfugo ferūt iūxiſſe cōiugio. Paul⁹ tn̄ dicebat Daunū patrē Turni filiū fuiſſe Py/
lūni: eo q; dicat Vergili⁹. Cui Pylūn⁹ au⁹: cui diua venilia mr̄: de turno loquēs. Verū ego ma
gis credo Theodōtio: cū dicat idē Vergili⁹ alibi perſona Iunōis. Ille tn̄ nr̄m deducit origi/
ne nomen. Pylūnuſq; illi quartus pater: &c Quod eſſe nō poſſet ſecundū Paulū vbi ſcd'm
Turnus bellicoſ⁹ Theodontium æque reſpondet numero.

¶ De Turno Dauni filio. Cap. LX.

TVrnus rex rutulorū filius fuit Dauni ex Venilia cōiuge: & cū armorū diſcip'ina inſignis fuerit æuo
T ſuo iuuenis tantæ fuit corporeæ fortitudinis: vt nulla in hac fides præſtanda antiqs videref ni re/
centiori teſtimonio firmaref. Et inter alia eius roboris ſtantia argumēta de eo aduerſus Aeneā
in ſingulari certamine pugnante ſic ſcribit Verg Saxum circunſpicit ingens. Saxū antiquū ingēs: cāpo q for
te iacebat: Limes agro poſitus litē vt diſcerneret aruis: vix illud lecti bis ſex ceruice ſubirent. Qualia nunc
hominū ꝓducit corpora tellus. Ille manu raptū trepida torquebat in hoſtē: &c. Quod Augu. in lib. ciuitatis
Att: pal/ æternę. xv. ratū hr̄e videf. Pręterea & Pallantes ſeu pallas Euādri filius ab eo i pugna occiſus mltū fidei af
lātis ſta/ fert. Legimus. n. Henrico cęſare. iij. iperatore eius corpus haud lōge Romā a fodiēte villico compertū inte
turam. grum vti nuper ſepultum: ductūq; ſepulchro altitudine ſeu procentate Romana mœnia ſuperaſſe: & in eo
adhuc ipreſſi vulneris a lancea Turni apparere hiatū lōgitudine quattuor pedū excedentē. Ex qbus quār⁹

debuerit eſſe Turnus q̄ fortis qui iuuenē tam grandē ſuperauit:q telū pugnās tā ꝑgrande tulerit: qđ adeo grā de vulnus ipreſſerit ſatis arbitrari poſſumus. Huic carmine celebri oſtendit in æneide Vergili⁹ bellū in/ gēs fuiſſe aduerſ⁹ æneā:eo ꝙ Latius Lauiniā filiā ſuā:quā Turno ꝓmiſerat:æneæ dediſſet i cōiugē:& vt idē oſtēdit Vergilius:poſt multa cum hic pallantem Euandri filiū occidiſſet:nudaſſetq; Baltheo:illudq; ob inſi gnē gloriā ſuperati iuuenis ipſe geſtaret:cū ea die quę illi vltima fuit i terris aduerſus æneā ex compoſito ſin gulari certamine pugnaret:& ab ænea ſuperat⁹ vitam oraret impetratur⁹ erat: ni viſus Balte⁹ æneā in pie/ tatem reuocaſſet amici & ſic ab eo occiſus ē. Hoc ſecundum Verg. in laudibus æneæ totis tendentē virib⁹: dictum eſt. ſecundum autē alios aliter. Dicunt quidam nō paruæ auctoritatis homines æneam a Turno ſu/ peratum. & penes Numicū fluuium fugiētem occiſum:nec vlterius etiam corpus eius viſum:& turnum poſt hæc ab Aſcanio interemptum:de quibus latius ſupra vbi de ænea ſcriptum eſt.

¶ De Iuturna Dauni filia. Cap. LXI.

IVturna Dauni fuit filia:cui vt dicit Vergilius:Iuppiter virginitatē abſtulit & in munus ablati decoris illi immortalitatē exhibuit:& Numici fluminis nympha facta eſt. Hæc multa in ſubſidiū fratris egit: quæ & ſi fictionibus varientur in hoc vnum egiſſe arbitror:vt interpoſitione numici fluminis actum ſit:vt ab hoſtibus Turni in agrum ardeæ & ipſum Turnum libere & expedite iri non potuerit. Verum dum Turnum deficere vidiſſet mœſta ſeſe condidit vndis. Sunt qui dicant hanc clam cum Latino rege amicitiā habuiſſe:quod cum palam fieret erubeſcens in Numicum ſe ſponte ſua necauit: & ſic a Ioue:ideſt a rege op preſſa eſt facta nympha Numici.

De Mercurio. xxxvi. Iouis filio q genuit Eudoꝝ Myrtilum Lares: Euandrū:& Pana. Cap. LXII.

Mercurius Iouis fuit filius & Maiæ athlantis filiæ:vt ſatis vulgatum ē. Fuere.n. vt in ꝑcedētibus pa tet Mercurij plures:& eſto fere omnes ab antiquis eiſdē ornamētis inſigniti ſint. non tamē omni/ bus eadē eſt deitas attributa. Nam alius medicinæ deus:alius mercatoꝝ:alius vero furum:& elo quentiæ alius:quē Theodontius hūc Maiæ filiū eſſe voluit:quid tamen illū moueat non deſcribit Plures nec ego poſtq̄ compertū nō habeo intēdo inueſtigare ſubtilius. Credo tantū quęcunq; Mercurium/ eloquē fūt Mer tiæ deum veteres voluiſſe:eo ꝙ ad Mercurium planetā mathematici aſſerunt ſpectare omnes ſonans or/ curij. ganum:ſeu fiſtulā in corporibus noſtris diſponere:& hic credāt nōnulli eum deoꝝ dictū nuncium & interꝑ/ tē:quia per organa ab eo diſpoſita cordis noſtri pandātur itrinſeca quæ deoꝝ ſecreta dici poſſunt: in quātū (niſi exprimant̄ nutu vel verbis) nemo ꝑter deū cognoſcit:& in hoc iterpres ſecretoꝝ taliū ē:quia verba quę organizata ſunt per organa ab eodē diſpoſita interpretant̄ & aperiūt. quæ ex nutu ſolo percipi nō poterāt. Deorum ergo nuncius & iterpres ē:& hinc eloquētiæ deus. Quod clarius & per officia attributa & per inſi/ gnia illi appoſita demōſtratur. Galero quippe tegit̄ Mercurius: vt oſtendatur ꝙ aduerſus inuidiæ fulmina eloquentia valido tegumento ſeruetur:quod nil aliud eſt q̄ gratia quam eloquens a beniuolis meret̄ audi/ toribus. Hoc in longum ſcripta veterum ſeruat aduerſus mordaces & inuidos:quod præuidiſſe ſibi videtur Ouidius dū dicit. Iamq; opus exegi quod nec Iouis ira nec ignis: Nec poterit ferrū:nec edax abolere vetu/ ſtas &cæ. Alata aūt fert Mercurius talaria vt ſermonis deſcribat̄ velocitas q eodē momento ex ore loquē tis egredit̄:& in aures ſuſcipit̄ audientis. Deſignant ꝑterea oportunā nunciis perſœpe velocitatē. Virgā de/ fert vt nuncii officiū denotet. cōſueuere idē nūcii:quaſi inſigne quoddam virgas ferre qua virga dicunt Mer curium aīas ab orco euocare:& non nullam in illū dimittere:& ſic per illā eloquētis vires itelligere poſſum⁹ quibus iam plurimi e mortis faucibus ſubtracti ſunt & nō nulli in eadem impulſi. Quis orco Mylonem ſur/ ripuit? Quis Popilium lenatem? vt de reliquis taceam:niſi eloquentia Ciceronis:qui in illum impegit Lē/ Att: vim tulum: Cethegum: Statilium:alioſq; eiuſdem factionis homines niſi Catonis eloquii vis acerrima? hac præ eloq̄ncie terea virga dicunt Mercurium incitare ventos: vt aduertamus eloquentem poſſe furores immittere vt in Cæſarem apud Ariminum Curionis oratio:ſic & tranare nubila:ideſt & turbatiōes auferre: vt pro Deiota/ rio Tullius dum Iulij Cæſaris in eum turgidum pectus placida oratiōe ſedauit. Quod autē ſomnos hæc ea dem virga adimat & immittat ſatis clarum eſt. Eloquentia inertes ſopitoſq; ad exercitium excitari:& in ſu/ um decus animoſos nimium retrahere cōponere ſopire. Serpentem autē virga cingitur: vt a ſerpentis pru/ dentia aſſumatur oportere eloquentem eſſe diſcretum circa electiones dicendorum temporum locorum: ac etiam perſonarum: vt eo quo cupit auditores deducat orator.

¶ De Eudoro Mercurij filio. Cap. LXIII.

EVdorus vt ait Homerus in Iliade filius fuit Mercurij & Polimelæ filiæ Philātis: de quo ſic. Atq; ſe/ dem Eudorus Martialis principabatur Partheni⁹. Quem genuit in chorea bona Polymila Phi lantis filia hanc fortis argiphontes: id eſt Mercurius & cætera. Huius Homerus proſequitur pro/ lixiorem fabulam dicens: quod Mercurius videns Polymilam elegāter in chorea ſaltantem cum cantantibus in choro Dianæ dilexit eā:& clam eius aſcendens palatium cū ea concubuit & genuit Eudoꝝ velociſſimum hominē: atq; bellicoſum: qui cum Achille in troianā expeditionem acceſſit.

¶ De Myrtilo Mercurij filio. Cap. LXIIII.

MYrtilus vt ait Lactātius filius fuit Mercurij & Auriga oenomai regis: cuius filiam Hippodamiam cum poſtularet Pelops in coniugem diſpoſitus curſus ſubire certamen: corrupit ſpontione pri/ micoit⁹ Myrtilum: qui facto currui cereo axe: eoq; in medio curſus fracto: obtinuit Pelops victo riam & virginem. Myrtilum autem promiſſa poſcentem deiecit in mare: in quo necatus mari no men dedit vt ab eo Myrtilum vocaretur. Huius autē Myrtili fraude qui præpoſit⁹ erat armorum oenomai ſuperatus bello oenomaus eſt: vt ſupra de Pelope ſcribitur.

De Laribus Mercurij filijs. Cap

L Ares fuere duo Mercurij & Laris nymphæ filij: vt dicit Ouidius. Lactantius autem in libro diui/narum inſtitutionum eam dicit vocari Larundam ſeu Laram De origine tantum horum talem recitat Ouidius fabulam. q cum Iuppiter diligeret Iuturnam Tyberinam Nympham & Turni regis ſororem: reliquis loci Nymphis impoſuit: vt eam fugientem retardarent. ne eo ſequēte ipſa mergeretur in vndas. Lara vero filia Almonis: vt dicit Paulus vna Nayadum iuſſa Iouis Iuturnæ rettulit & Iunoni. Quamobrem Iuppiter indignatus Laram lingua priuauit: iuſſitq Mercurio vt illam ad inferos traheret: & ibi eſſet ſtygia Nympha. qui cum illam ducens aſpiceret: in eius cōcupiſcentiam incidit: & in itinere oppreſ/ſit: quæ cum concepiſſet peperit illi geminos: quos ipſe de nomine matris lares appellauit. Huius fabulæ fi/ctio ſatis abſconditum tenet ſenſum. Iuppiter enim calor eſt. Iuturnam Nympham. ideſt humiditatem in quam agat appetēs. Verū Lara quæ hic mulieris nimius eſt calor: opus agētis ignis diſgregat ſed mercuri⁹.i. frigiditas naturæ opere excitata ſuperfluo calore muliebri exinanito ſemē coegit in vnū: & ſic Lara ligua priuata eſt.i. nocēdi potētia. De hac tantū calcata caliditate mercurius.i. naturę moderata prudētia ſecūdū gētiles elicit lares: non quidē recte ex ea: ſed ea amota fit vt ſecundū opinionē quorūdā lares cū creato foetu naſcātur ſeu creentur: q ea ſtāte creari nō poterant. De quibus laribus nō omnes æque ſenſere veteres.

Lares & Genij cuſtodes hoim.

Exiſtimauare autē antiqui cū anima rationalis a mercurio in corp⁹ nouum deducta eſſet vt alias dixi. ideo a mercurio deduci opinari: q a i ſexto mēſe: qui mercurio attribuitur: foetus animā credatur ſuſcipere: ſeu vi/talē potētiam in aia deū ſeu deos nouæ aiæ venire cuſtodes: quos aliq geniū vel genios vocauerere nōnul/li dixere lares: vt paulo ante dictū ē. Et vt Cēſorinus aſſerit i libro de natali die: vbi vult eū dici geniū: ſeu q a vt gignamur curat: ſeu q a vna nobiſcū gignatur: ſeu q genitos ſēper tueaſ: & eundē eē genium & larem dicit a multis veteribus affirmatum & potiſſime a Caio flacco: eo in libro quē Cæſari de idigitamentis ſcriptum reliqt. Et eſto q vnum tantū dicat geniū ſeu larē in ſubſequētibus adijcit opinionē Euclidis Socratici dupli/cē oibus appoſitum geniū: & ſic duo ſunt vnicuiq lares opinione veterū. Quod ſatis firmari videſ auctoritate Annei florij ſcribētis i. iiij. Epithomatis ſui ſic. Ipſiq bruto per noctem cū illato lumine ex more aliquo ſe/cū agitaret: atra quædā imago ſe obtulit: & quæ eēt iterrogata: tuus inqt malus genius. hoc & ſub oculis mirantis euanuit &c. Qui quidē nō adiecisſet malus niſi & bonus alter eſſet: & ſic duo. Chriſtiana veritas an/

Cuiq duo āgeli aſſiſtūt

gelos vocat: non cū naſcēte genitos: ſed natu ſociatos. Quorū alter bonus i bonū ſemper vrget quē ſeruat: alter aūt malus i cōtrariū nititur: & quaſi bonorū malorūq noſtrorū obſeruatores & teſtes in mortē vſq aſſiſtunt cōtinui. Hos præterea lares ēt priuatorū domibus ieſſe credidere: vt in pricipio aululariæ oſtēdit Plautus: eoſq familiares ſeu domeſticos vocauere deos: & vti cuſtodiæ corporis appoſitos dixim⁹: ſic & hos cuſtodiæ domus: eiſq i domibus locū cōmunē domeſticis oibus: vbi. ſ. ignis area quā i medio aulæ veteres faciebāt dedere. Ibiq eos venerabanſ ſacris ritu veteri. Qđ qdē nondū apud nos oblitū eſt. Nā & ſi error ille inſipidus abierit: ſtant adhuc noia: & quædā veterū ſacrorum veſtigiū ſapientia. Habemus aūt florētini & ſic forſan nōnullæ aliæ natōes vt plurimum in aulis domeſticis: ubi fit comunis ignis toti familiæ domus ſe rea

Att: Florētinorū morem,

quædā inſtrumēta ad lignorū igni appoſitorū ſuſtentationē appoſita quæ lares vocamus: & i ſero præcedēte calendarū Ianuariarū die a patrefamilias oīs cōuocatur familia: & repleto lignis igne ſtipes magn⁹ apponitur: cuius caput vnū igne crematur in reliquo inſidet ipſe paterfamilias cæteris circunſtantibus: & vino ſumpto bibit ipſe pater primo & ide capiti ſtipitis incēſi ſuperifundit: qđ vini ſuperfuerat i calice: & deinde cū in circuitu potauerit cæteri quaſi perfecta ſolēnitate ad officia cōſurgūt ſua. hæc ſæpe puer in domo patria celebrari vidi a patre meo catholico profecto hoie. Nec dubitē quin a multis adhuc celebretur ratione poti⁹ conſuetudinis a maioribus ſumptæ q̄ aliqua idolatriæ ſuperſtitione deceptis.

De Euandro Mercurij filio: qui genuit Pallantem & Pallantiam. Cap. LXVI.

E Vander Archanū rex: vt ait Paulus: filius fuit Mercurii ex Nicoſtrata: homo fortitudine & igenio inſignis. Dicit. n. Seruius eū icerillium quēdā imanē hominē occidiſſe vt Hercules Gerionē: eūq ob eius ſingularē ꝓbitatē vnū inter multos hercules numeratū. Et idē Seruius dicit: hūc pallātis regis Archadiæ fuiſſe nepotē: & cū patrē ſuū occidiſſet virū. ſ. Nicoſtratæ ſuadēte ipſa Nicoſtrata

Aborigines ab Euādro pulſi.

quæ vates erat: dimiſſa Archadia i Italiā venit: & pulſis aboriginibus tenuit illa loca: quæ poſtea Roma cō/dita ē: & oppidū modicū in mōte palatio fundauit. ibiq Herculē ex Hiſpania redeuntē cū pōpa ſuperati Gerionis ſuſcepit. Quē illū ab īſultibus caci latronis liberauit. Inde poſt euerſionem Troię Aeneā nouas ſedes q̄rentē recepit & aduerſus Turnū iuuit: miſſo i bellū cū eo Pallāte filio: quē ſenex Turno occiſum miſere fleuit. Mercurii aūt ideo filius dictus ē: q a eſſet iter cęteros eloquētiſſimus homo: vt aſſerit Theodontius.

De Pallante Euandri filio. Cap. LXVII.

P Allantes Euandri fuit filius: vt ſępiſſime in ęneide teſtatur Vergilius: hic iuuenis celebris virtutis ſpectabilis Aeneę amicitia iunctus: congregatis auxilijs illum aduerſus Turnum ſecutus: a quo i acie vulneratus occubuit: & ab infoelici patre ſepultus eſt. Huius autem corpus vt refert Martin⁹

Henrico tertio imperatore pallātis cadauer repertū.

eo in libro qui martiniana vocaſ: imperante Romanis Henrico. iij. imperatore haud longe ab vrbe a quo/dam agricula altius ſolito fodiente agellum compertum eſt: adhuc adeo integrum vt nuperrime videretur infoſſum & ſtatura adeo ingens vt murorum altitudinē longitudine ſuperaret: & qđ longe magis mirandū refert: ſic in illo hiatus illati a Turno vulneris apparebat permaximus: vt longitudinē quattuor pedum ex/cederet: addens ſupra caput eius lucernam perpetuo igne ardētem compertam nec vllo poterat extingui ſpiritu vel liquore tandem facto in fundo foramine extincta eſt. Inſuper dicit ſepulchro tale fuiſſe epitaphiū ſcriptum. Filius Euandri Pallas: quam lancea Turni Militis occidit more ſuo iacet hic.

De Pallantia Euandri filia. Cap. LXVIII.

PAllantia vt dicit Seruius filia fuit Euandri: Qui aſſerit hoc a Varrõe narrari quã ait Herculem vitiaſ/ ſe: & ex ea genuiſſe Latinum regem laurentem. Hanc tandem cum moreretur dicit ſepultã in mon/ te qui de ſuo nomine Pallatinus appellatus eſt.

De Pane Mercurii filio. Cap. LXIX

PAn: nõ is q Archadiæ dictus eſt deꝰ: ſed alius Mercurii fuit filius & Penelopes: vt i libro de na turis deorum ſcribit Cicero. Et dato dicat Licophron Penelopẽ Vlyſſis coniugem cum procis omnibus concubuiſſe: Vlyſſe nõ redeũte: & ex vno Pana filium ſuſcepit: ſunt qui velint huic fi/ ctioni locum datum: & intelligere contigiſſe alicuius eloquẽtia Penelopem i concubitũ eius ve niſſe: & ex eo filium peperiſſe: qui eo q eloquentia exqſitus videbatur. Mercurii filius dictꝰ eſt. Ego autem alias dixi arbitrari non poſſum pudicitiam tam celebrẽ vti Penelopes fuit: alicuius eloquio vel opere alio foedari aut flecti potuiſſe: fuere quidẽ & aliæ mulieres noie ſecũ: ſed forte non pudicitia coęqua/ les: & ſic ex aliarũ vna naſci potuit Mercurio Pan filius.

De Vulcano. xxxvii. Iouis: qui genuit Erichthoniũ Cacũ Ceculũ & Tulliũ Seruiliũ. Cap. LXX.

VVlcanus Iouis & Iunonis fuit filius: vt omnes fere poetæ teſtantur. Hic eo q claudus & deformis erat/ quã cito natus eſt a parẽtibus in lẽnum inſulam eſt deiectus: de hoc in buccolico carmie dicit Vergilius. Cui non riſere parẽtes. Nec deus hunc mẽſa: dea nec dignata cubili eſt &c. Huic vxorẽ fuiſſe affirmans omnes: ſed quæ ea fuerit non ęque demonſtratur a cunctis. Cingius enĩ vt Macro. in libro. Saturnaliorum refert: dicit Maiam vxorem fuiſſe Vulcani. Piſo autem dicit fuiſſe maieſtam. Homerus pri mo & ide Verg. & poetæ latini reliqui Venerem fuiſſe ſcribunt. Sane cum certum ſit plures fuiſſe Vulcanos: poſſibile ẽ hos oẽs verꝫ dicere: cũ cuius Vulcani fuerit cõiuges maia ſeu maieſta nõ dicant. Q̃d aũt Vulcani Lẽnenſis Venus fuerit coniunx ſatis comperto teneri videt. Hũc iſuper Iouis fabrũ dicunt: & apud lyparas & Vulcanũ inſulas ad facienda fulmina: & deorũ arma Cyclopes obſequioſos & officinas habere teſtãtur. Et ab eo quicquid artificioſe compoſitum eſt factũ volunt: vt Achillis & Aeneæ arma: mon le Hermionis & corona Ariadnæ & huiuſmodi. Hunc ꝑterea dicunt oſtenſo illi a ſole adulterio Veneris coniugis ſuę & mar tis: ambos inuiſibilibus cathenis alligaſſe. Vocant etiam illum mulciberũ/ & filiorum plurĩũ faciũt patrem Volentes igitur ex dictis ſenſum elicere. Sciendum eſt primo Vulcanum hũc Iouis & Iunonis fuiſſe filium: & apud lẽnum regnaſſe: & Venerem habuiſſe cõiugem: eãqꝫ cum armigero compeiſſe iacentẽ: vt ſupra di/ ctum eſt. vbi de Marte: & hoc quãtum ad hyſtoriã. Quãtũ autem ad aliũ ſenſum eſt ante alia aduertendum apud nos duplicem ignẽ eſſe. primus eſt elementũ ipſum ignis: qd non videmꝰ: & hoc perſæpe poetę Iouẽ Duplex vocant. Secundus autẽ elementatus eſt ignis cauſatus a primo . . hic duplex eſt. Primus enim eſt qui in ae ignis. re ob velociſſimũ circularẽ motũ in nubibus accenditur: & hic dum illas exeundo frangitur coruſcationes: & tonitrua facit: & maximo cũ impetu in terras impellitur. Secundus autẽ is ignis eſt quo vtimur ex lignis aliiſqꝫ cõbuſtibilibus a nobis ex ſilicibus duris eductus: & fomentis educatus atqꝫ ſeruatus: de his tribꝰ hac in fictione ſit mentio. Nam primus Iuppiter eſt: ex quo & rebus aereis & terreis: quæ pro Iunone intelligen dę ſunt: duo reliqui oriuntur: Ex his vterqꝫ claudus eſt. nam ſi fractionem nubis inſpexerimus nõ recte. gra dientem ignẽ: ſed nunc in partem iſtã: nunc in illam declinantem videbimus: & ſic claudicantem. dicemus. Ex quo modo & noſtri ignis flãmas nunquã æquali ſeſe in altum extollentes gradu videbimus: ſed more claudi nũc altius nũc depreſſus appetũt altiora. Ex his primus de cælo in terrã: vt præmõſtratũ eſt: deiicit: nec illi parẽtes arridẽt: quia q̃ cito creatus eſt: eiicit: & ſic nec in menſa dignatus eſt. In lẽnum autẽ ideo deie ctum volunt: q a perſæpe in iſulam illã cadunt fulmina. Quod autẽ dea non illũ cubili dignata ſit: paulopoſt Simię na vbi de Erithreo dicetur cauſa: a ſimiis autem nutritus ẽ: is qui penes nos ẽ. Eſt enim ſimia aĩal hoc habens tura. a natura vt quicquid videat hominẽ facientem: & ipſa conetur facere: & quoniam homĩes arte & igenio ſuo in multis naturam imitari conãtur & circa actus tales plurimũ opportunus eſt ignis: fictum eſt ſimias: ideſt homines nutriſſe Vulcanũ. i. ignem fouiſſe: de quo vt eius opportunitas cognoſcatur: ſic in libro Ethy: ſcri/ bit Iſidorus. Abſqꝫ igne nullũ metalli genus fundi extendiqꝫ poteſt. Nihil enim pene qd non igne efficiatur. alibi enim vitrũ: alibi aurũ: alibi argentum: alibi plumbũ: & alibi miniũ: alibi pigmenta: & alibi medicamen ta efficit: igne lapides in ęre ſoluuntur: igne ferrum gignitur & domatur: igne aurum perficitur: igne crema/ to lapide cementa & parietes ligantur: ignis lapides nigros coquendo candificat: ligna candida vrẽdo ef fuſcat carbões ex pruia fulgida nigros facit: de lignis duris fragilia: de putribilibus imputribilia reddit. ſtri/ cta ſoluit: ſoluta reſtringit: dura mollit: mollia dura reddiit. hęc Iſidorꝰ. Volunt inſuper hunc Iouis eſſe fabrũ & aliarum rerum omnium artificioſarum compoſitorem: vt intelligatur quicquid artificioſum fit ignis ſuffra gio fieri: qui inquantum artificioſus dicitur Vulcanus ab aliquo inſigni artifice ſic dicto denominatur. Offici næ autem eius cur apud Lyparam & Vulcanum inſulas eſſe dicantur liquido patet. Inſulæ enim ignem e/ uomentes ſunt & earum nomen fictioni fauet. Vulcanię quippe nuncupantur: ſed non a Vulcano Iouis filio Ignis cõ/ dictæ ſunt: quinimo a Vulcano quodam: qui in Emalio natus illas tenuit Nec ſolum eum fabrum armorum moditas aut iocaliũ ignem: ſeu vulcanũ eſſe voluere: ſed & hominũ conuentionibus: & ſermonis initio cauſam præ quõ rece ſtitiſſe volũt: vt in libro de architectura Vitruuius videtur aſſerere dicens: homines veteri more in ſyluis & pta. ſpeluncis & nemoribus naſcebant: ciboqꝫ agreſti naſcendo vitam agebãt. Interea quodã in loco a tẽpeſta tibus & ventis denſę crepitãtibus arbores agitare: & iter ſe terẽtes ramos ignẽ excitauerũt: & eo flãma ve hemẽti perterriti: qui circa eũ locũ fuerunt ſunt fugati: poſtea requie data propius accedentes cũ aiaduertiſ ſent cõmoditatẽ eſſe magnã corporibꝰ: ab ignis teporẽ ligna adiicientes: & id cõſeruãtes alios adducebãt:

& nutu monſtrantes oſtendebant:quo ex eo haberent vtilitates In eo hominum greſſu cum profundebā tur aliter e ſpiritu voces quoditiana cōſuetudine vocabula:vt obtingerent conſtiterant. Deinde ſegregādo res ſæpius in vſu ex euentu fari fortuitu cœperunt:& ita ſermones intra ſe procreauerunt. Ergo cum propter ignis inuentionem initio apud homines & conſilium & conuictus eſſet natus:& in vnum locum plures conuenirent:habētes a natura primū pręter reliqua animalia:vt nō proni ſed erecti ambularent:mūdiq; & aſtrorum magnificentiam aſpicerēt in manibus & articulis:quā vellent rem facilliter tractarent:cœperūt i eo cœtu:alii de frondibus facere tecta:alii ſpeluncas fodere ſub mōtibus:nōnulli hyrūdinum nidos:& ędificationes earum imitantes de luto & virgultis facere loca quæ ſubirent:hæc Vitruuius. Nō autem inſignis homo iſte penthateucum legerat:circa cuius initium longe aliū ſermonis auctorē Adam omnia nominantem legiſſet. & alibi Caim:non domos tantū ſed ciuitatē etiā cōſtruere nouiſſet. Sed de hoc alias. cur autē Vulcano Cyclopes obſequioſi dati ſint:ſupra vbi de Cyclopibus explicatū eſt. Vulcanus autē faber iſte iō dictus eſt:vt ait Seruius quaſi volicanes:ꝙ per aerem volet. Rabanus autem dicit Vulcanus volans cādor. Mulciber autem dicitur:vt ait Albericus:quaſi mulcens hymbrem:eo ꝙ cum nubes altiora petierit calore in pluuias reſolūtur. Ego autem mulciberum dici puto:ideo quia molliat ęra.

De Erichthonio Vulcani filio:qui genuit Procrim:Orithyiam:& Pandionem. Cap. LXXI.

Erichtheum & Ouid. Apellat. Metha. vi.

ERichthonius quē appellat Homerus, filius fuit Vulcani & Mineruæ. ex creatione cuiꝰ talis fert fabula ab antiquis. Quod cum Vulcanus fulmina Ioui aduerſus gigantes pugnanti feciſſet: petiit eidem loco pręmii:vt liceret ſibi cum Minerua concūbere:quod ipſe conceſſit:data Mineruæ licentia:vt ſuam virginitatem:ſi poſſet viribus tueretur. Dum ergo Mineruæ cubiculum intraſſet Vulcanus:& Mineruæ acriter ſe defendēti vim inferre conaretur:actum eſt:vt voluntate nimia percitus Vulcanus in pauimentū ſemen effunderet:ex quo aiunt Erichthoniū natū:eiq; ſerpentinos dicunt fuiſſe pedes:ad quos contegēdos ętate prouectus currum primus excogitauit:vt dicit Vergiliꝰ. Primus Erichthoniꝰ currus & quattuor auſus Iungere equos. &c Huius autē fictionis itentum Auguſtinꝰ i libro de ciuitate dei ſic detegit. Dicit enim apud Athenienſes templū fuiſſe Vulcano & Mineruę commune In quo compertꝰ eſt infans dracone circūuolutus:qui cū eū magnū virū futurū iudicio athenienſiū portenderet eum ſeruauerunt:& eo ꝙ parentes eſſent incogniti iis quibus dicatum erat templum:in quo compertus erat Vulcano ſcilicet & Mineruæ dederunt in filium. Hic pręterea:vt dicit Anſelmus in libro de imagine mundi in cælum inter alias cæleſtes imagines aſſumptus ſerpentarius dictus eſt.

Currus inuentor.

De Procri Erichthonii filia & coniuge Cephali. Cap. LXXII.

PRocris filia fuit Erichthonij:ſeu Erichthei & cōiūx Cephali:Ouidio teſte q dicit. Quattuor ille gdē iuuenes totidēq; crearat Fœmineę ſortis:ſed erat par forma duarū:Ex ūbꝰ Eolides Cephalꝰ te cōiuge fœlix Procri fuit. &c. quę huius fuerit fortuna:q̄ mors poſt hec Cephalo ſcribitur.

De Orithyia Erichothonii filia & coniuge Boreæ. Cap. LXXIII.

ORithyia Erichthei:ſeu Erichthonii fuit filia:vt Euſebius in libro tem poꝝ teſtaſ. Hāc trax boreas aſtrei filius rapuit:& ſibi matrimonio copulauit:quæ illi Zethum & Calaym filios peperit.

De Pādione Erichthonii filio:qui genuit Prognē & Philomelā. Cap. LXXIIII.

PAndiō:vt Lactātio placet:filius fuit Erichthonij athenarū regis:ſibiq; ſucceſſit i regno. ex quo pter regni tempus:quod vixit apud Euſebium annis. xl. fuit:nil eſt niſi quia duos habuerit filios & totidē filias:ex quibus bello feſſus:qđ diu aduerſus thracas geſſerat:cū i pacem veniſſet vnam ꝓgnem. ſ. thereo thracum regi dedit in coniugem. alterius autem Philomelę. ſ. infortunium fleuiſſe tpotuit:de quibus ſupra latius.

De Progne & Philomela filiabus Pandionis. Cap. LXXV.

PRognes & Philomela vt ſatis late dicit Ouidius filiæ fuere Pandionis Athenarum regis. Harum Prognem Pandion Thereo regi Thracię dedit in cōiugem:& ipſa ex eo peperit Ithim filium. Philomela autem ſecundam Pandionis filiam dum ad Prognem Thereus deduceret ſtuprauit:eiq; linguam abuſtulit. Ex quo ſecutum eſt vt Ithis a matre occideretur:patri daretur in cibum:& inde Prognes mutaretur in hyrundinem:Philomela in auem ſui nominis:Thereus in vpupam:vt de omnibus planius ſuſupra vbi de Thereo.

De Caco Vulcani filio. Cap. LXXVI.

CAcus filius fuit Vulcani:vt dicit Vergilius:Hic ſpelūca fuit vaſto ſummota receſſu Semihominis Caci facies quam dira tegebat Solis inacceſſum radiis ſemperq; recenti Cęde tepebat humus foribus affixa ſuperbie Ora virum triſti pendebant pallida tabo Huic monſtro Vulcanus erat pater illius atros Ore vomens ignes magna ſe mole ferebat & cętera Ex hoc fertur ꝙ Herculis ex Hiſpania redeuntis & cum Euandro hoſpitantis boues noctu cauda traxit in antrum ſuum:quos cum diminutos mane cerneret Hercules:nec quorſum erraſſent poſſet aduertere. Videbat enim veſtigia pedum antro ad armenta venientia:cum reliquis recedebat. ſed cum mugirent ob relictos ſocios abeūtes:reſpōdentes mugitu qui clauſi tenebantur cognita eſt Caci fraus:in quemdnm verteretur Hercules. vi ex antro illum eduxit:& claua interemit::& boues reaſſumpſit. Alij vero volūt a Caca ſorore Caci fratris furtum Herculi reuelatum & ob id meruiſſe ibidem diu ara ſacriſq; venerari. Hunc ideo Vulcani filium dictum dicit Seruius:quia adiacentia omnia crebra combuſtione conſumeret:quem Albericus decebat nequiſſimum Euandri filium fuiſſe ſeu ſeruum:quod nomen ipſum ſonat. Nam Cacos gręce latine malum ſonat. Sub fictione autem fabulæ videtur Solino vbi de mirabilibus hyſtoriam eſſe. dicit enim habitaſſe Cacum eo in lo

Caci ſpelunca latronis.

co cui Salynæ nomē eſt:vbi poſtea trigemina vrbis porta facta. Deinde dicit Cælium dicere ꝙ cum a Marſia rege Tarconi tyrrheno legatus iuiſſet:& ab eo Megali phrigio ſeruandus eſſet traditus ab eodē cū amplioribus ſubſidiis:vnde venerat reductus regnum circa Vulturnum & campaniam occupauerant. Et dum tentarent aduerſum Euandrum & Archades duce Hercule:qui tunc forte aderat Cacus oppreſſus eſt. Megalis autem ad Sabinos ſeceſſit:quos augurandi diſciplinam docuit.

De Ceculo Vulcani filio. Cap. LXXVII.

CEculus (ſi Maroni fides præſtāda eſt) filius fuit Vulcani. Dicit enim de eo ſic Nec prænestinę fundator defuit vrbis Vulcano genitum pecora inter agreſtia regem: Inuentūq; focis omnis quē credidit ętas Ceculus:&c. Ex hoc talis fertur fabula. Duo fuere fratres:quibus vnica fuit ſoror:quæ dum ſecus ignem ſederet fauilla caſu eius in gremium ex torrēte feruido euolauit:ex qua mulierem concepiſſe aiunt:& peperiſſe puerum quem Vulcani dixere filium:eumq; ob lippitudinem oculorum dixere Ceculum. Qui die quadā forſan infeſtatus improperatione:quia non Vulcani filius eſſet:orauit Vulcanum:vt ſi eius eſſet filius demonſtraret:nec mora vulcano agēte aiunt miſſum fulmen:a quo oēs qui nō credebant exuſti atq; perempti ſunt:ex quo vere vulcani filius a ſuperſtitibus habitus eſt. Ego exiſtimo fictionis huius rationem eſſe talem:Ceculum.ſ. præneſtem proprio nomine nuncupatum:& ab ægritudine oculorum Ceculū:& idem eſſe cum pręneſte Latini regis filio:de quo ſupra:& ob euolatam fauillulā in gremiū prægnantis matris adoptatū Vulcano:eūq; hoſtes ſuos igne & incendio caſtigaſſe:& Præneſtē cōdidiſſe ciuitatem:& viribus Turnum aduerſus æneam iuuiſſe. Preneſte cōditor.

De Seruio Tullo Vulcani filio:qui genuit Tullias duas. Cap. LXXVIII.


SErui⁹ Tullus Vulcani fuit filius ex Creſa corniculana:vt in libro faſtorū teſtatur Oui.dicens:Nāq; pater Tulli Vulcanus. Creſia mater Perſignis facie corniculana fuit. Et paulopoſt. Iuſſa foco captiua ſede cōceptus ab illa Seruius a cælo ſemina genus habet. Hūc pręterea dicit Ouid. a fortuna dilectū:eāq; ſolitam ad eū ire per feneſtrā palam & ſecū eſſe:vbi poſtea facta eſt porta:q̄ a feneſtra illa feneſtrale nomen accepit. Huius fabulæ itentū ex hiſtoria per Titum Liuium ſtilo egregio narrata ſumetur:quā vt paucis cōplectar verbis:dico:ꝙ capto Corniculano a Tarquinio priſco romanorū rege inter alias captiuas iuuencula quædā:ex eo ꝙ nobilis videretᷣ a Tarquinio in domū regiā deducta eſt:q̄ prægnans peperit Seruiū Tullū:quo adhuc infantulo & in cunis dormiente deſcendit ab alto igniculus:& capiti ſuo inſedit nullā inferens leſionē:quē cum vidiſſet Tanaquil regina auguriorū perita ſuaſit viro ſuo puerū cū diligentia ſeruandū.magnū eni futurū familiæ ſuæ cē modū.hinc ſeruatus cū ſtrēnuus euaſiſſet Tarquini filiam ſumpſit in coniugē:& vulnerato Tarquino a filiis Anci marci:& a regina ex vulnere mortuo clam ſeruato:ea iubente paruulis adhuc exiſtentibus filiis Tarquinij:Seruius illi occupauit regiam:qua occupata:& morte patefacta Tarquinij. Seruius illi ſuffectus eſt rex:cui cū duę eſſent ex cōiuge filiæ illas filiis Tarquinij Ser. Tul priſci dedit vxores. Ipſe autē cū multa bona feciſſet romanis a Tarquinio ſuperbo genero ſuo filiæ impulſu li mors. occiſus eſt:cū regnaſſet annis.xliiij. Illa igitᷣ flāmula de qua ſupra locū dedit fabulę:vt filius fingeretᷣ Vulcani quod oſtēdit Oui. Signa dedit genitor:tūc cū caput igne corruſco Cōtigit:hincq; ois flāmeus egit apex:&c. quod autē a fortuna dilectus fuerit mōſtrauere ſucceſſus. Hunc plynius in libro virorū illuſtrium filium dicit fuiſſe Publij Corniculani:& Ocreatię captiuę.

De duabus Tulliis filiabus Seruij Tulli. Cap .LXXIX. Tullie maioris proteruitas.

TVllię duę Tito Liuio auctore filię fuere Seruij Tulli & cōiuges Arūci & Lucii priſci Tarquinij filiorum. Maior quippe tullia ſeueri atq; ipatiētis animi:& ad quęcūq; facinora ꝓcliui Arunci mitiſſimo iuueni contigit. Iunior vero:q̄ piiſſima mulier erat lucio acris & ābitioſi cordis iuueni data ē. Ardebat Tullia maior deſiderio regni:ſegnēq; virū cōtumeliis inſeſtabat:& ſuā dānabat fortunā:ꝙ nō Lucio data eēt. Tandē actū ē vt moreretᷣ Arūcus & iunior Tullia quāobrē eueſtigio maior cōuenit cū lucio:patiēte poti⁹ q̄ approbāte Seruio matrimonio iūcti ſūt:coepitq; illico iproba mulier viri animū irritare verbis:& ad regnū ſtimulis ipellere. Ex quo factū ē vt die quadā curiā intraret Lucius:& ꝓ rege ſederet:& venientē Tullium pelli faceret:& inde ſequi atq; trucidari.quod cum audiuiſſet tullia conſcēſo vehiculo lætabunda ad ſalutandum virum regem cucurrit. Rediens aūt domum cū Seruii cadauer media in via proſtratum videret auriga:atq; ſubſtaret.ne illud tranſiens vehiculo premeret.obiurgatus a Tullia:eo preſſo trāſiuit. Hęc peperit Lucio filio inter quos ſextū Tarquinū: Tullie ob cuius illatum in Lucretiam collatini coniugem per violentiā ſtuprū Lucius filiiq; ſecum in exilium acti ſūt immane & ipſa cū eis:quæ apud gabios trucidatū Sextū audiſſe potuit:& vidiſſe virum apud cumas campanię tabi facinus. da in ſenectute marcentem:quis autem mulieri finis fuerit:non legi.

Explicit liber duodecimus.

Tertius a decimo ſobolem Iouis explicat omnem.



Genealogiæ deorũ Gentiliũ Liber Terciuſdecimus. Procemiũ.

Vrgitis vaſti ac nimium æſtuoſi/portlo lõge maior curſuq; difficilior/vero præ
ſtãte deo poſt puppim relicta/cũ iam cani montiũ vertices oppoſiti littoris ſe
tenui quadã oſtentatiõe in remotis oſtenderẽt:cœperat videri mihi mare pla
cidum et nullis fere ĩpeditũ obicibus:et nudas ſolito laxiores præſtare/& ſpe
atq; auiditate cõtingẽdi littoris ĩ quo quies ꝓmittebat futura:& ob ſuperatos
labores vectrici meæ Laurea vltro remis ferebã et velo. Sed et ecce dũ atybe/
ris hoſtio dum lenis aura me detuliſſet in euboicum ſalum:ſtetiſſemq; coram
Cadmeiæ thebæ:& quas præterieram non aduertens eoliæ inſulæ ĩ mentem
veniſſent/ſenſi mecum quid ſupereſſet agendum:eum ſcilicet deſcribendum
monſtroſarum rerum domitorem egregium/cæteros mortales viribus exce/
dentem. Nec non & furenis populi regem:cuius perſæpe opere fere naufragus factus ſum:et eorũ inde
numeroſas ſatis poſteritates annectere. Ex quo tepuit paululum feruor ille qui me auidum deferebat in
littus:& ſubſtiti. et dũ mecũ voluerem facile nõ eſſe eos labores deſcribere:qbus præter Herculẽ nemo
ſuffeciſſet mortalium:eumq; regem cuius famuli orbem videbantur poſſe concutere:exiſtimaui quieſcẽ/
dum fore:et aliquali ocio languidas iam vires in neruum reuocare:ne inter egregios Alcidis ſudores de
ficerem. At vbi minime vellem debilis deferrer ab æolo:et ſic nondum Iouis tertii enumerata integre ꝑ
le: Iterum rex inclyte ſteti tanq̃ incertum deueniſſem terminum:a quo iam factus robuſtior ſurgens ĩ re/
ſiduum itineris nauiculæ vela concedo. Orans more ſolito vt is faueat:meq; laboris deducat in finem:
cui facillimum fuit ex nichilo cuncta componere.

De Hercule. xxxviii. Iouis filio:qui genuit. xvii. filios:quorum hæc ſunt nomina: Oxias: Creontiades
Tyriomachus: Dyicohontes: Ithoneus: Cromis: Agilis: Ilus: Sardus: Cirnus: Dyodorus: Tlipolemus:
Theſſalus: Auentinus: Telephus: Lidus: & Lamirus. Cap. I.

Erculès:vt ſcribit in amphitrione Plautus:filius fuit Iouis & Alcmenæ:quæ:vt qdã volũt:hac
lege nupſit Amphitrioni:vt mortẽ fratris ſui a Thelebois occiſi vlciſceretur:ĩ qua expeditõe:vt
h vbi ſupta ait Plautus cõuerſaretur ãphitriou: Iuppiter in Alcmenã ardẽs ãphitrionis militantis
forma ſumpta ante lucem:quaſi ab expeditione rediens acceſſit ad eã:quæ cum eum virũ ſu/
um crederet cũ eo cõcubuit:ex quo cõcubitu eſto ex amphitrione prægnans eẽt:cõcepit:ad quã cõceptio
nẽ volũt noctẽ vnã nõ ſuffeciſſe:q̃nimo aiunt tribus in vnã iunctis laſciuiẽdi ſpaciũ adultero Ioui cõceſſũ
qd' a Lucano ſcribitur. Thebas alcmenæ:qua dũ frueretur olympi Rector lucifer ter iuſſerat heſperon
eſſe. &c. Et ſic in tp̃e geminos peperit:ex amphitrione viro Iphicleum:ex Ioue autẽ Herculem. Præterea
& aliã fabulã ad huius natiuitatem ſpectantẽ recitat Homerus:quã quia ſupra vbi de Euryſtheo filio Ste
leni ſcripſimus:hic iterare ſuperfluũ eſſet. hunc veteres maximis extollunt laudibus:& eũ q̃rũ ad corpo/
ris ſtaturã maximũ ferũt:adeo vt nolint eius altitudinẽ ſuperaſſe quenq̃ & eã ſeptẽ fuiſſe pedũ:qd' Soli/
nus probare videtur:vbi dicit. Licet ergo plerique diffiniãt nullũ poſſe excedere lõgitudinẽ pedũ ſeptẽ qd'
intra hũc modũ Hercules fuit. & cetera. Et cum Iunonis nouercæ inimicitias eũ paſſum velint:& Eury/
ſtheo regi famulatũ præſtitiſſet robore corporeo:& ingenio cæteros anteiſſe confirmãt. Cuius labores
præcipuos fere omnes duodecim tantum fuiſſe confirmant:cũ. xxxi. eſto non oẽs æquos fuiſſe cõperiam Sequun/
Primo quidẽ dum adhuc eſſet infantulus:& in cunis cũ fratre iaceret:a Iunone odiis inſequutus dor tur labo
mientibus parentibus ad eum deuorãdum ſerpentes duo miſſi ſunt:quibus viſis terræfactus Iphicleus res Her
ex cunis decidit:& eiulatu ſuo parẽtes excitauit:qui ſurgẽtes Herculẽ iuenere cœpiſſe manibus ſerpẽtes cul. xxxi.
& eos occidiſſe:de quibus ĩ tragœdia Herculis furẽtis ſic ait Seneca poeta. Infãtis ætas mõſtra ſuperauit Serpen/
prius Quã noſce poſſet gemĩa. criſtati caput angues ferebant ora:quos contra obuius Reptauit ĩfans tes eliſit
igneos ſerpẽtũ oculos Remiſſo pectore ac placido ĩtuens Arctos ſerenis vultibus nodos tulit Et tumi/
da tenera guttura elidẽs manu. &c. Secũdo apud lærnã paludẽ cũ hydra imani mõſtro certamẽ habuit: Hydrã
cui cũ eẽnt capita ſeptẽ:& vno exciſo ſeptẽ illi renaſcerẽtur illico: exq̃ſita vitaliũ origine illã cõſumpſit de occidit.
q̃ ſic Seneca tragœdus vbi ſupra Quid ſæua lærne mõſtra numeroſum malũ: Nõ igne demũ vicit & docu
it mori. &c. Tertio cum nemeus leo eẽt toti regioni terribilis ſuſceptus a Molorcho paſtore qui loco ꝓxi/ Leones.
mus erat vbi leo aduerſus eũ aĩoſus acceſſit:& captũ atq; enectũ excoriauit:& ob virtutis ĩſigne loco pal duos iu/
lii corio eius poſtea vſus ẽ:vnde Ouidius: Iis eliſa iacet moles nemæa lacertis. Quarto aduerſus Theume gulauit.
ſiũ leonẽ nulla ex parte minus horribilẽ Nemo:audaci proceſſit pectore:ꝓſtratũq; iugulauit:cuius facti
in thebaide meminit Statius:dicẽs. Illius ſpeciẽ:quẽ per Theumeſia tempe. amphitrioniades fractũ iuue Aprũ do
nilibus armis Ante Cleonei veſtitur prælia monſtri &c. Quinto autem aprum menalium cuncta uaſtan/ muit.
tem cœpit:ex quo Seneca vbi ſupra: Solitũq; denſis hiſpidũ erimanti iugis archadia quater nemea me Ceruam
nalium ſuem. & cætera. & vt dicit Lactantius:hunc aprũ viuũ detulit Euryſteo. Sexto ceruam æneos ha/ perniciſſi
bentem pedes:& aurea cornua menali nemoris hoſpitam:quã nemo poterat curſu contingere:ĩpe curſu mã ſupe/
ſuperauit atq; cepit:de q̃ ſic Seneca vbi ſupra: Menali pernix fera Multo decora præferens auro caput rauit.
Depreẽſa curſu eſt. Septio arcu Stymphalides occidit aues arpiyas ſcilicet:de qbus ſic idẽ Seneca. Soli/ Stiphali/
taſq; pennis condere obductis diem petiit ab ipſis nubibus Stymphalidas. & cætera. Octauo taurũ quẽ des &
victor Theſeus a creta detulerat qui ob inſolentiã acticam regionem vaſtabat deprehẽdit:de quo tauro Taurũ
ſupra vbi de Paſiphae:cuius mentionẽ vbi ſupra Seneca faciens dicit. Taurumq; centũ nõ leuẽ populis terrçm

Achelo um & di omedẽ i terfecit.

metum.& c. Nono Acheloũ ſuperauit:cuius facti fabula vbi ſupra de Acheloo:de quo Ouidius :Vos ne manus validi preſſiſtis cornua tauri.& c.Decimo Diomedem regem Traciæ :cui mos erat hoſpites ſuos occidere:& iumentis ſuis i cibũ apponere:ipſe ſuperauit & occidit:& eiſdẽ iumẽtis mãducãdũ appoſuit:vnde idẽ Seneca:Quid ſtabula memorẽ diri Byſtonii regis.& c.Vndecimo cũ Buſiris rex Neptũni & Lybiæ filius oras oẽs nilo adiacẽtes predator ĩgẽs ĩfeſtaret:& forẽſes hoſpites ſuis mactaret diis:accedẽs Hercules eo ſuperato illã regionẽ pacatã reddidit.Vnde Ouid.Ergo ego fœdãtẽ peregrino tẽpla cruore Buſirim domui.&c.

Buſiri & Antheũ oppſſit. Colum nas po ſuit.

Duodecio Libyã petiit:& Antheũ terræ filiũ lucta ſuperauit apud Sĩmictũ aphricæ ciuitatẽ:vt dicit Lactãtius:de quo Ouid.idẽ dicit:Sæuoq; alimẽta parẽtis Antheo eripui.&c.huius fabulã ſcripſiſſe memini vbi de Antheo ipſo. Terciodecio colũnas i occidẽte poſuit:de quibus Põponius Mella i coſmographia ait.Deide ẽ mõs peraltus:quẽ ex aduerſo hiſpania attollit obiectus. Hũc abilã illũ calpã vocãt colũnas Herculis vtrũq; addit fama nois fabulã herculẽ ipſũ multos oli perpetuo iugo diremiſſe colles atq; ita excluſũ autea mole mõtiũ oceanũ:ad quæ nũc iundat admiſſũ.&c.Nec hoc etiã Seneca tacuit vbi ſupra dicẽs. Vtriq; mõtes ſoluit abrupto obice. Etiã ruẽti fecit Oceano viã.&c. Quartodecimo aurea mala ſuſtulit puellis heſperiis dracone peruigili ĩterẽpto:ex quo ſic ait Seneca.Poſt hæc ad ortus nemoris opulẽti domos Aurifera vigilis ſpolia ſerpẽtis tuli.&c.

Aurea mala tu lit Gerionẽ occidit. et cetera

Quitodecio aduerſus Gerionẽ trianimẽ bellũ habuit:eoq; ſuperato atq; iterẽpto hyſpanũ atq; egregiũ pecus i Greciã vſq; maxima cũ põpa deduxit. vnde Seneca.Inter remotos gẽtis heſperiæ greges.Paſtor triformis littoris cartheſii perẽptus acta ẽ preda ab occaſu vltimo.Nothũ cytherõ pauit oceano pecus.&c.Sextodecio Baltheũ reginæ Amazonũ Euryſtheo regi reportauit ea ſuperata:de quo idẽ Seneca.Nõ vicit illũ celibis ſẽper tori Regia gẽtis vidua Thermodõtiæ.&c. Septiodecimo Cacũ auẽtini furẽ etiã interemit.vnde Boetius vbi de cõſolatiõe.Cacus Euãdri ſatiauit iras

¶ Deciooctauo cẽtauros iſolẽtes:volẽteſq; Hyppodamiã nuptiarũ die ſurripere Perithoo Hercules acri bello ſuperauit:ex quo Oui.Nec michi cẽtauri potuere reſiſtere.&c.Nonodecio Neſſũ cẽtaurũ ſibi ſub ſpẽ obſequii Deianirã cõiugẽ ſurripere conãtẽ occidit:vt patet latius ſupra vbi de neſſo. Vigeſimo Albionẽ & Begionẽ iter ĩpediẽtes ſuũ haud lõge ab hoſtio Rhodani a Ioue lapideo adiutus hymbre ſuperauit :vt in coſmographia teſtatur Põponius. Vigeſimoprimo Heſionã Laomedõtis filiã liberauit a mõſtro marino:vt ſupra patet vbi de laomedõte. Vigeſimo ſecũdo Troiã deleuit:vt vbi de Laomedõte plenius. Vigeſimo tercio Laciniũ latronẽ extremã Italie orã latrociniis ĩfeſtãtẽ occidit :Iunoniq; tẽplũ cõſtituit quod Iunonis laciniæ appellauit.

Troiã di ruit.

Vigeſimoquarto:vt Homerus teſtatur i Iliade:Iunonẽ i papilla telo triſulco vulnerauit quod feciſſe dicit Leõtius:eo ꝙ ab Euryſtheo rege audiſſet eã ſibi laborũ oĩum cauſã fore Vigeſimoquito cælũ humeris tolerauit:cuius cauſã fuiſſe dicit Anſelmus vbi de imagine mũdi:ꝙ cũ gygãtes deos ĩpugnarẽt.dii quoq; oẽs i vnã celi partẽ cõueniſſẽt tãtũ põderis igeſſerũt: vt cælũ videtur minari ruinã:quod ne caderet hercules vna cũ Athlãte ſuppoſuit humeros:Vulgatior tamẽ fabula eſt:feſſo Athlãti atq; optãti humerũ mutare.Herculẽ interi humerũ ſuppoſuiſſe ſuũ.vude Ouid.eũ queritãtẽ deſcribẽs dicit.Hac cælũ ceruice tuli.&c. Vigeſimoſexto Hercules deſcẽdit ad iferos :& ibi:vt in illiade dicit Homerus:ditẽ vulnerauit. Vigeſimoſeptimo Theſeũ pauitantẽ Perithoo mortuo liberauit ab iferis & eduxit ad ſuperos. Vigeſimo octauo Alceſtã Admeti regis Theſſaliæ cõiugẽ retraxit ad virũ.dicũt.n.ꝙ cũ ĩfirmaretur admetns ĩploraſſetq; Apollinis auxiliũ:ſibi ab Appolline dictũ mortẽ euadere nõ poſſe:niſi illã aliquis ex affinibus atq; neceſſariis ſubiretQuod cũ audiſſet Alceſta cõiunx nõ dubitauit ſuã pro ſalute viri cõcedere:& ſic ea mortua admetus liberatus eſt:qui plurimũ vxori cõpatiẽs Herculẽ orauit:vt ad iferos vadẽs illius aimã reuocaret ad ſuperos:quod & factũ eſt. Vigeſimonono cerberũ tricipitẽ introitũ illi negãtẽ barba cepit atq; deiecit eũq; triplici cathena ligauit:& i lucẽ traxit:vt patet ſupra:vbi de eo ſcriptũ eſt. Trigeſimo ab ĩferis rediẽs Lycũ thebarũ regẽ:eo ꝙ Megeræ cõiugi vi voluiſſet iferre: interemit:vt i tragœdia herculis furẽtis dicit Seneca. Sic & i furiã verſus filios occidit & cõiugẽ.Olympiaca iſuper certamina ipſe cõſtituit i honorẽ Pelopis. Poſtremo vt i finẽ eius aliquãdo veniamus. Trigeſimũprimũ laborẽ ſuperaſſe nõ potuit.nã cũ cætera ſuperaſſet mõſtra amori muliebri ſuccubuit.

alceſtis in admetũ fides ſigularis

Dicit eni Seruius:ꝙ cũ Euritus rex Aetholiæ ei ſpopõdiſſet in cõiugẽ Iolẽ filiã diſſuaſione filii:eo ꝙ Megerã occidiſſet:petẽti denegauit:ꝗobrẽ capta ciuitate & Eurito occiſo Iolem obtinuit. Huius.n.amore ardẽs ea iubẽte leonis ſpoliũ & clauã depoſuit:ſertis & vnguẽtis & purpura anuliſq; vſus eſt & quod turpius:inter pediſſequas amatæ iuuenis ſedẽs pẽſo ſuſcepto venit Vnde i thebaide dicit Statius. Sic Lydia coniunx Amphitrioniadẽ exutũ horrẽtia terga Pendere ſydonios humeris ridebat amictus Et turbare colos & tympana rumpere dextra.&c. Verũtamẽ Ouid.in maiori volumine:& hic Sta.Nõ Iolẽ Aetholam ſed omphalẽ lydiã fuiſſe quæ illũ colo nere iuſſerit. Sane poſſibile eſt vtrũq; verũ cum multi fuerint Hercules:& ſic variis apud varias mulieres vane potuit cõtigiſſe.

Iole. Hercules amori ſuccubuit turpiter. Omphale.

Dũ aũt tam illecebris teneretur amore:memor deyanira muneris ſibi a Neſſo centauro olim conceſſi. Verũ credẽs quod ille firmauerat moriens:Herculem in ſui concupiſcentiã reuocare volens:miſit illi clam centauri veſtẽ:quã cũ nõ aduertens induiſſet:& circa venationẽ laboraret:ſudore reſolutus ſanguis veneuatus per poros ampliatos calore in precordia lapſus eſt:eũq; in dolorẽ adeo itolerabilẽ accẽdit ut mori deliberaret :& cõſtructo i oeta mõte rogo ſagittis & pharetra cõceſſis Philoctetĩ Phyantis filio in eũ cõſcẽdit.icẽdiq; iuſſit:& ſic feſſã aimã exalauit. Hũc Sene. in tragœdia herculis oeti in cælũ a ioue ſuſceptũ dicit:eiq; Iunoni nouercæ cõciliato deſpõſatã Hebẽ iuuẽtutis deã & iunonis filiã aſſerit. Home.uero in Odyſ.dicit eũ ab Vlyſſe apud inferos cõuẽtũ & multa locutũ.dicit tamen nõ eũ quẽ videbat Vlyſſes herculem verũ eſſe ſed eius idolũ .hic iſuper quãtum viuens mortales fortitudine ſua fecit attonitos:tãtum vel ãplius mortuus decepit inſanos Nã tãta veneratõe ſui mẽtes iuaſit:vt ꝓ excellẽtiſſimo numĩe haberetur.Nec ſola hoc errore Græcia dece

ota eſt.ſed romæ & orbi toto venerabilis factus tẽplis ſtatuis:& ſacris illi cõſtitutis ſanctiſſime imo ſtultiſſi/
me diuino cultu honoratus ẽ.Sed iã qd ſibi fictiões velit aduertẽdũ eſt:& añ alia quid ſonet Herculis nomẽ
Dicebat aũt Leon.Herculẽ dici ab hera qđ eſt terra:& cleos quod eſt:gloria:& ſit Hercules idem qđ glo/
rioſus in terra.vel heracles ab hereos & cleos:& ſic glorioſus heros.Rabanus autem in libro de origine re Hercu/
rum dicit ꝙ cum crederent Herculem deũ virtutis eum dici quaſi herundeos:quod latine virorum fortium les vnee
famam dicimus.Et ſcribit idem Rabanus a Sexto Pompeio ſcribi Herculem fuiſſe agricolam.Hunc tamẽ
græci hiraclim vocant.ꝓpter quod nos Heracles nõ Hercules dicere deberemus.Sed cum ſic dicatur anti
quata conſuetudine a latinis videtur vitium excuſari.Hoc tamen nomẽ Hercules vnius tantũ hominis pro
priũ fuiſſe reor ei⁹.ſ.q thebis ex Alcmena natus ẽ:cũ multorũ appellatiuũ fuiſſe credatur.nã Var.cũ.xliiii:
homines hercules cognominatos cõnumeraſſet:dicit omnes q fecerũt fortiter hercules vocanbant.hinc
igit̃ eſt ꝙ legimus herculẽ:thyrinthiũ argiuũ:thebanũ:lybin & huiuſmodi.Ex quo ſumet̃ non omnes p̃ſcri/
ptos labores vnius hois fuiſſe tantũ:ſed pluriũ:quos quoniam apuſio nominum miſcuit:cui appropriari de
beant de oibus nõ habet̃:nec etiam quę poſtea facta fuerint:& hinc vni tantũ & mixtim dantur herculi.nec
ex tot impoſſibile ſecũdum Pomp.vnũ fuiſſe agricolã.Nam.n.ſolis nobilibus liberalis natura eſt.q̃q̃ nobi
liũ corpora fortũa faciat clariora.fuiſſe autẽ prio Iphicleũ genitũ:& inde alio coitu herculẽ:morꝝ operũ di/
uerſitas adinuenit.Nã cũ remiſſus hõ eẽt Iphiclens amphitrioni datus eũ.& iõ primo genitus dictas:quia
videt̃ aſtrologis conſtellatio illa quæ tũc erat dũ arbitrari ſunt eũ gigni potuiſſe:conueniens moribus ſuis
& ſubſequens herculi:& hinc ſecundo genitus:& qa eſſet iniuriarum vltor & religionũ atq; legũ itro ductor
Ioui datus eſt filius.Ego aũt credo filiũ fuiſſe Amphitriõis:& eodẽ cõcubitu cũ Iphicleo genitũ eſto mathe
maticorꝝ perſpicacitas neq̃at rõnẽ aliã cernere cur gemini fuerint morib⁹ diſpares p̃ter cõſtellationũ diuer
ſitates.Sic Eſau & iacob:ſic & alii plures etiã æuo noſtro fuere gemini.nõ diuerſis tẽporib⁹:ſed vno & eodẽ
coitu cõcepti:vt arbitrat̃ Augu.vbi de ciui.dei.& ipſam diuerſorꝝ operũ rõnẽ nõdũ ſatis nota ẽ:niſi deo:da/
to multa poſſint dici:quæ forſitã videreut̃ cõuenientia veritati.Triplicẽ autẽ noctẽ cõceptioni huius attributã
puto ab operibus humanis ſũptũ nõ eni adeo in breui tẽpore ędificia magna perficimus:ſicuti pauperũ do
mũculas faceremus:& iõ quaſi ſic natura circa ꝓductionẽ magnorꝝ virorꝝ:& plurimũ ponat tẽporis & labo
ris vbi i ꝓductiõe aliorꝝ hominũ nox vna ſuffeciſſe videt̃ Herculi:q cęteros debebat excedere:tres datę ſũt.
Eũ autẽ Iunonẽ habuiſſe aduerſam:iõ fictũ credo:qa Euryſte⁹ rex:q illi dominabat̃:quẽ ꝓ Iunone regnorꝝ
dea poſſumus hic aſſumere:eũ forſan ob eius inclytã virtutẽ ſuſpectũ habẽs:ne aliqd noui moliret̃ i regno
cõtinuis in expeditiõibus ſẽper amotũ tenuit:& ſic illi ptãs regia aduerſata eſt.Labores herculi aſcriptos iã
pluriũ fuiſſe diximus:& ſic fictiones q̃rũdã ſupra enucleatæ ſunt:vbi his cõtigere:q ex numero taliũ crediti
ſunt.Et nõnulli etiã ſimplicẽ hiſtoriã referũt:& ob id ex multis pauci ſuperſũt poetico velamine tecti:ad qđ
auferẽdũ veniẽtes dicit Theodõtius i qbuſdã græcorꝝ codicibus legiſſe Herculẽ amphitrionis fuiſſe filium
& nõ Iouis:& noctu ad cunas eius:atq; fratris geminos acceſſiſſe ſerpẽtes:vt exiſtimatũ eſt domeſticos:&
lactis odore tractos:cuius auidi ſunt:inuẽtũq; a parẽtib⁹ herculẽ vigilãtẽ & ipauidũ illos:vt poterat manib⁹
amouẽtẽ:qđ per maximũ fuit exiſtimatũ:& tãta ex hoc ifantis idoles aſſũpta eſt:vt nõ ſolũ crederet̃ eũ fu/
turũ mirabilẽ hoiem:ſed ẽt illũ dei filiũ arbitrari iſipidi cœperit:ex quo ſibi locũ fecit fabula:eũ.ſ.ex Ioue cõ
ceptũ quẽ ex viro mulier honeſta cõceperat.Secũda Herculis gloria ẽ hydrã ſepticipitẽ occidiſſe:cui⁹ figmẽ
ti rõnẽ talẽ recitat Abericus.Dicit eni hydrã locũ fuiſſe aquã e diuerſis locis euomẽtẽ:a qua ciuitas & circun
uicina loca oia vaſtabant̃:cui⁹ vno clauſo meatu erũpebant multi.qđ cũ videret hercules loca multa in cir
cuitu exuſſit:& ſic aque clauſit meatus.Ego aũt arbitror aliquẽ ſtrẽnuũ fuiſſe virũ:q auerterit aq̃s ex diuerſis
ſcaturiginibus loca paluſtria atq; fœtida faciẽtes:hoc pacto vt exqſito earũ pricipio:illud in partẽ aliam ver
ſũ paludẽ Lęrneã ſic cã liquerit:quã vocauere Hydrã:qa more hydrę circũflecteret̃ & ſerperet:ac ẽt hydros
græce aqua eſt:& q̃a locus vbi ante palus ſiccus relictus ẽ:iõ hydrę finxere exuſtã Euſebius autẽ in li.tporꝝ Hydra
de hac hidra aliter ſentire Platonẽ dicit:quẽ ait aſſerere hydrã callidiſſimũ fuiſſe ſophiſtã.nã ſophiſtarꝝ mos quid.
eſt:niſi q̃s auertat adeo ꝓpõnes ſuas tradere:vt vno ſoluto dubio multa cõſurgãt Sed aſtut⁹ phũs dimiſſis
acceſſoriis ad iteruitionẽ principalis conat̃:quo remoto cætera remouẽtur.Eũ acheloũ ſuperaſſe ſupra vbi
de Acheloo ſcriptũ ẽ:& declaratio fictiõis apposita Similiter & Anthei fabula vbi de Antheo:& de malis he
ſperidũ:vbi de eiſdẽ.Circa Geryõis figmẽtũ dicit Serui⁹:Geryonẽ regẽ fuiſſe hiſpaniæ tricipitẽ ſeu trimẽbrẽ:
ſic iõ exiſtiatũ:qa trib⁹ iſulis p̃fuerit hiſpaniæ adiacẽtibus baleatib⁹.ſ.maiori & miori & ebuſo Biciptẽ etiam
canẽ hũiſſe dicit volẽs ob hoc itelligi:qa & terreſtri:& nauali certamine plurimũ potuerit:ad quẽ ait herculẽ
olla ferrea delatũ eũq; ſuperaſſe:per ferreã ollã itelligẽs fortẽ nauẽ & ęre munitã:q̃ vect⁹ hercules acceſſit
ad eũ.Alij ãt eũ dixere trianimẽ:qđ Raban⁹ itelligit eũ duos hũiſſe f̃res adeo ſecũ cõcordes:vt i vnoquoq;
eorꝝ ſua & reliquorꝝ aię ieſſe videren̄t.Iuſtin⁹ ãt de eo ſic ait in alia parte hyſpaniæ.q̃ & iſulis cõſtat regnum
penes Geryonẽ fuit.In hac tãta pabuli lęticia eſt:vt niſi abſtinentia iterpolata ſagia fuerit:pecora corrũpã/
tur.Inde dicta armenta Geryonis:quæ illis tẽporib⁹ ſolæ opes habebantur:tãtæ famæ fuere:vt herculẽ ex
Aſia prędæ magnitudine allexerit.porro Gerionẽ ipſum nõ triplicis naturę.vt fabulę fuiſſe ferũt:ſed tres tã Geryõis
tę concordię extitiſſe:vt vno animo omnes regi viderentur:nec bellum Herculi ſua ſponte intuliſſe:ſed cũ armẽta
armenta ſua rapi vidiſſet amiſſa bello repetiſſe.hęc Iuſtinus.De Caco Auẽtini fure ſupra vbi de eodem di p̃pigaia
ctum eſt.De leonibus duobus & Menalio apro:quoniam hiſtoriographa credimus nil dicendum ſupereſt
& de ſtymphalidis auibus:vbi de arpiis habetur:ſic & de tauro vbi de Minoe rege:& de Diomede & Buſy
ride:& columnis hiſtoriæ ſunt:nec minus de Baltheo reginæ amazonidum:& de ſuperatis centauris:etiam
vbi de eis dictum eſt:& de Neſſo centauro & ſuperatis Albione & Bergiõe:& de Heſiona:de quibus omni

Oteram ſi placuiſſet tam ampliſſime tertii Iouis proli duos illuſtres addere viros Alexandrum ſcilicet Macedonē aſiæ domitorem/ et Publium Cornelium Scipionem: cui conceſſum eſt et hiſpanias ab afris occupatas recuperare: & ipſos afros romanis ſubigere. Verū quoniā iam horum æuo in deſuetudinem abiiſſe videtur ſtultitia vetus illa qua gloriabantur inſignes fictionibus generi deorum aſcribi: et illa aduenerant ſæcula: in quibus per virtutem claritas quęreretur: hac extuliſſe illos fictione potius q̄ ſplendor videretur ridiculum: omittendos cenſui. Præterea quod ambitione quęritur atq́ fraude: aut taciturnitate reſpuitur: non ſatis iuſte cōceditur. Paſſus enim primo Alexander eſt fabulari Iouem anguis in ſpeciem cum olympiade matre mixtum et ſe genitum ex concubitu illo: inde iam non contentus titulorum multiplicium: quos fortuna audaciæ ſuæ fauens ſplendori addiderat ſuo: et quod ſatis vulgi fabula non videbatur quęſitum: fraude Iouem in patrem ſibi quęrere conatus eſt: ſacerdotibus ad hoc āmonis lybici ſubornatis. O inſipidum inclyti iuuenis deſiderium: malle potius ſe adulterio q̄ ex connubio genitum: malle matrem habere inceſtuoſam potiuſq̄ pudicam: malle draconis ſe filiū credi q̄ Philippi clariſſimi regis: et potius ſpurium q̄ legitimū arbitrari. O mortalium mentium: non ſolum inanis: ſed deteſtanda gloria. is qui continue in oculis amicorum patiebatur mortalia per mendaciorum faſcinationes ab eiſdem ſe immortalem exiſtimari cupiebat inſipide. Sed quid tandem/ hanc ob cauſam reiicitur merito: ne fraude gaudeat qui virtute poterat laudari. Scipio autem et ſi murmure vulgi diceretur a Ioue in ſpeciem ſerpentis in cubiculo matris verſato genitus: et ob id: et quoniā noctu eunti in capitolium nūq̄ latrarent canes occurrentes et eius operantibus meritis videretur augeri fabulæ fides: et ſi non negauerit cum ſapientiſſimus eſſet confiteri nunquam voluit: quamobrem cum friuolo honori tacite renunciaſſe videatur: nō eſt meū illum eidē expreſſe concedere. Et ſic cum nuſquā alios Iouis cōpererim filios vel nepotes: et ſibi fecerit proſapia finē: ego æque libello conficiam.

Alexandri ianis gloria.

Genalogie deorum gentilium Ioannis Boccatii de Certaldo Liber. XIIII. in quo auctor obiurgationibus reſpondens in boſtes poetici nominis inuehit. Prohœmium.

ORci domos opacas & cælo remotiſſimas animarum ſontium ſedes: eſto titubanti gradu: Diuina tamen luce præuia: perambulauimus: & maris ampliſſimi non ſolum ſcabroſa littora: quiimmo ex inſulas uario ſub ſole iacentes in defeſſa nauigatiõe per circuitum quæſiuimus omnes: ac inſuper eiuſ profundiſſimos gurgites: adeo perſpicaci quadã indagatione ſulcauimus: vt Neptũni cæruleas ædes: atq; prothei ſenis: & nympharum choros: & thalamos ac etiam eiuſdem pelagi beluas: & agmina piſcium: & fluminũ viderimus capita poſt hec & vrbes p̃claras & vmbroſa neõra: ſyluas inias celſos mõtes: & lubricas valles atq; abſcõdita rupibꝰ ãtra. Necnõ & equora tractu lõgiſſia: ac ſilitudines ipſo horrendas nomine peragrauimus. Et quaſi ſũptis Dædali pẽnis a ӕdaci quodã volatu icælũ vſq; meditatiõe delati Iouis aureũ tronũ: Solis auream domum: deorm atria: ingentia gæmmis: & auro conſpicua: & conſiſtorium ſuperum mira luce ſplendidum: atq; venerabile ddlẽ: & ſiderũ claritates perpetuas: & eoꝝ flexꝰ: atq; reflexꝰ & admirabili cõpoſitos motꝰ perſpeximꝰ ordie & vndiq; clemẽtiſſime rex iux a p̃miſſũ veteris naufragii prout cõceſſũ ẽ deſuper fragmẽta collegimꝰ: & in vnũ corpꝰ qualecũq; ſit p̃ viribꝰ ingenii noſtri redegimus: adeo vt a demo gorgone: quem primum deorum omnium errantes priſci dixere initio ſumpto per eiuſdem ſucceſſiones ordinate ad extremum vſq; Iouis tertii filium æolum: eiuſq; æoli Athamantem & athamantis clearcum & Melicertam filios deduximus omni diligentia adhibita: vt tuum impleretur deſiderium. At inde ne in aliquo tuis votis videretur omiſſum: aut quos comperimus ex antiquis: aut quos mea ſententia approbaui fictionibus cunctis ſenſus oppoſuimus: vt ipſe preſtante deo viſurus es. Quibus ſic peractis: quaſi inqueſitam a pricipio ſtationem ſeu ſinum venerimus: ſuadebat quietis deſiderium: vt in littus ex nauigio proſilirem. & ſacro gratiarum deo exhibitori rite peracto laboꝝ victrici Cybæ lauros apponere: & inde in exoptatũ ocium ire. Attamen conſilium longe probabilius menti deſuper infudit deus. Monemur enim auctoritate prudentum vt ex præteritis quid futurum ſit: coniectura prænoſcamus. Agitari quippe procellis infeſtis nonnunq̃ in perniciem vſq; niſi præmunita ſint: permaxima etiam conſueuere nauigia: quid ergo nauiculæ futurum arbitrandum eſt: ſi medio in ſalo ſoluta: & abſq; gubernatore linquatur? Non ergo adhuc paruus ſupereſt labor. Proris quippe alliganda eſt continenti: & anchoris fundanda validis: ac etiam quibus poſſumus tegẽda tutamẽtis eſt: ne ab ignitis ſtrepẽtis ætheris fulminibus exuratur: ſeu ab imbribꝰ mixtis grãdine diluat: aut a ſtridulo aqlone turbido auſtro: furẽti euro libyco: aliiſq; nullo perflãtibꝰ ordie ſcopulo. aut littori illidat: vel forſan ab vndis fluctuantibus abſorbeatur & pereat: Quã ſudore plurimo per euryPos & ſonantia ſaxa per maris æſtus: & mille pericula icolumen itineris in finẽ vſq; deduximꝰ. Que quidẽ tunc peregiſſe reor: dum obiecta iãdudũ: aut obiicienda in poeſim & poemata ab hoſtibus poetici nominis rationibus veris retudero. Noui equidem & memini: quot & quæ ignari iam dixerint nõ habentes in contrarium reſponſorẽ: Et hinc dum hoc perlegent opus inuidia infeſtante: quid in poetas: & quid i me dicturi ſunt: ſatis percipio: Labori igitur huic extremo: qui duobus aliis voluminibus terminabitur auxilium deſuper fundat: qui rerum omnium Alpha & O. principium eſt & finis.

Ex preteritis futura coniicienda.

Alloquitur auctor regem: Cap. I.

VEniet opitulãte Ieſu chriſto: quoniam ſic mihi propoſitum eſt: rex illuſtris opꝰ hoc anteq̃ alibi gradũ flectat i ſacras celſitudinis tuæ manꝰ: vt cuius iuſſu factum eſt: ſe primo illius exponat iudicio: & eidẽ pro viribꝰ præſtet obſequium. Quod poſtq̃ benigne ſuſceptũ cõſpexeris: rõne & ſublimi ingenio tuo partes eiꝰ quaſcũq; diſcuſſeris: miraberis ꝙ in tam protenſum volumẽ poſtulatum tuæ claritatis euaſerit: quantumcunq; ob librorum penuriam multis in locis non ſatis integrum putem: & forſan legens latentes nuper ſub rudi cortice ſenſus nunc productos in lucem non aliter q̃ ſi ex igneo globo recẽtes ſcaturire latices videas mirabũdus aſpicies: teq; ipſum modeſta quadã delectatiõe laudabis: ꝙ iã dudũ de poetis vera arbitratus ſis: eos ſcilicet non fabuloſos fuiſſe ſimpliciter homines: vt inuidi quidam volunt. Sed erudititiſſimos quidem atq; diuino quodam animo: & artificio preditos. Verũ collectis omnibus qualis de opere tota tua futura exiſtimatio ſit non ſatis certũ habeo. Hoc tamen mecum cogito te de corpore & membris ſola agente iuſticia ſanam & integrã laturũ ſẽtẽtiã: ac etiã opinor: quia minus apta regia caritate tua redargues: & cõmẽdabis: q̃ laudanda cõperies. Magnũ quippe immo maximum hoc mihi erit: & iam ſpe ipſa lætor & gaudeo. Ceterum cum viſum iam illud in amicorum manus viſendum tradideris: & tua licentia prodibit in medium: reor non æqua ſic ab omnibꝰ ponderabitur lãce: nec nouũ hoc erit ſub ſole. Trahit ſua quẽq; voluptas. Præterea liuor edax letalis viuẽtiũ peſtis adeo occupauit a primæuo hominũ pectora: vt rariſſima eo exurente æqua in quem mauis p̃ſtẽtur iudicia. Quã ob cauſã in eũ ſurgẽt rabido latratu plurimi: & quas cõperiẽt partes minus acri ſoliditate firmatus: mor ſu ipio auferẽt & diſcerperẽt. Aduerſꝰ quos: quoꝝ ex veteri more iã verba & obiectiões ario lorum: vt iam dixi ne longus labor reſoluat facile: & ignitis agentibus ſpiculis euolet i cinerẽ & fauillã: opportunis reſpõſionibꝰ occurrã neceſſe eſt. Oro tamen: vt & ipſe rex optime: cui laborauí diu: vna mecũ generoſum pectus opponas: ſecurus ſi feceris hoſtes laboris noſtri tanq̃ fumus in auras euaneſcent.

Commẽdat laborem ſuũ regi.

Pauca aduerſus ignaros. Cap. II.

COncurrent:vt fit:ad ſpectaculũ noui operis nõ ſolũ vulgus ineptũ: ſed & eruditi homines con/
uenient:& poſtq̃ vndiq̃ pſpectauerint:non dubitẽ quin aliqui viri ſint probitate venerabiles &
integræ mentis atq̃ ſciẽtiæ:qui tua ſequentes veſtigia cõmendanda laudabũt:& affectiõe qua/
dã ſacra minus ꝓbanda redarguant. Quibus ego benedicere:gratias agere: obſequiũ pſtare
& eorũ tenebor collaudare inſticiã. Sed longe nũeroſior multitudo corona in circuitu facta/in rimas mi/
nus bene cõpacti operis:& quaſcũq̃ mendas:ſiquæ erunt:impiuget oculos/auidior vidiſſe quid mordeat/
q̃ inueniſſe qd probet. Aduerſus hos mihi ſupereſt bellũ:mihi arma ſumenda ſunt: & melioribus rationi
bus vt cõculcẽ neceſſe eſt. Sane nõ in totũ ſimul agmen. Nam circũuentus forſan opprimeret facile: ſed
diſtinctis aciebus:vt aſſueſcant certamini manus:& paulatim conterãtur hoſtes. in debilibus primo cor/
ripienda ſunt iacula. Sunt hi:vt reliquũ ſinamus vulgus:hoies quidã iſani: quibus tãta loq̃citas eſt:& de/
teſtabilis arrogantia:vt aduerſus oia quotũcũq̃ ꝓbatiſſimorũ hoim præſumãt clamoribus ferre ſentẽ/
tiã:eos floccifacere vilipendere:& ſi queãt turpi dãnare ſermone. qui poſtq̃ boatu ſonoro:quaſi maximũ
ſuũ prædicent decus ſe idiotas cõfeſſi ſunt:veluti nil amplius in ſuã ignauiã iniicl poſſit:ſummũ bonũ cõ/
meſſationibus:libidinibus:& inerti ocio vacare exiſtimantes in ganeis atq̃ lupanaribus ſpumãtia vino
præ ſe tenentes pocula. Et externa eructantes crapula eruditorũ hominũ vigilias: meditationes & ſtu/
dia:honeſtoſq̃ labores:& modeſtiã ſpurcido ore dãnare: & ſuis obſcænitatibus fœdare conãtur: ex quo
fiet:vt hoc viſo opere ridentes dicãt. O inſipidus homo:quantũ dulciſſime quietis:quantũ tẽporis optimi
perdidit:quantũ friuoli laboris impẽdit:quod mẽbranas amiſit:& in caſſum verſiculos exarauit? Nonne
ſatius fuerat amaſſe:potaſſe:dormiſſe:& tam grande tempus voluptatibus tribuiſſe:q̃ has ſcripſiſſe nu/
gas? Profecto qui ſe prudentes haberi volunt ſtultiſſimũ genus hominũ eſt. Nam perdito lucubrationi/
bus tẽpore:anteq̃ vnã diẽ lætam ſentiant dannando ꝓbanda in mortẽ cõcidũt æquã cũctis. O ſanũ. O ve
nerabile iudiciũ:ex lenonũ bachanalibus:ex ſenatu gnatonicorũ: ex ganeis manduconũ atq̃ bibonum:
et ex meretricantiũ emiſſũ fornicibus. Sed quid multa. Horũ ergo vituperationes illuſtriũ virorũ ſplen/
didas laudes arbitror:cũ turpitudinis participẽ a turpibus laudatũ exiſtimem. Vadant ergo tales. & cau/
ponibus:laniſtis:cætariis:atq̃ meretriculis gannientes applaudant: & ſomno vinoq̃ marcentes ſuas il/
lis laudes ingerant:& ſapientes viros eorumq̃ labores in ſua luce permitant. Cum nil ignaro indecenti/
us homine:nil indocto faſtidioſius ante quidem diem miſerum atq̃ caducum mortalitatis ſuæ corpus in/
fœlicis animæ fecere ſepulchrum. Hi quippe tam fœtida olent infamia:vt rudẽtes aſinos:grunientes ſues
mugientes boues:ſapientes poſſunt cum patientia audire:eos audire non poſſunt. Eant iterum tales &
ventri deſeruiant:& ne dum alios reprehendere:ſed apparere:ſi quando ſobrii ſunt in conuentu hominũ
erubeſcant.

Taxat q̃ cũcta al/latrant.

Aduerſus eos qui cum non ſint ſapientes cupiũt apparere. Cap. III.

PRoſpectabit: & hoc opus ſpecies hominũ altera moribus forte minus redarguenda priore: ſed
prudentia nõ maior:& hi ſunt qui ante viſum ſcholarũ limen: quia quandoq̃ philoſophorũ quo/
rũdam audiuere nomina putant ſe philoſophos eſſe:ſeu ſi non putent vt ab aliis credantur exo/
ptant:& quadam ficta grauitate verborum: & morum ponderoſitate viſis aliquando nonnullis libellis
vulgarium:non niſi de apicibus rerum verba faciant:& vt eſtimẽtur quod cupiunt apud eruditiſſimos vi/
ros verſantur/mouentes perſæpe de ſublimioribus dubia: vtputa qualiter tribus perſonis vna tantũ ſit
deitas:vel nunquid deus poſſit ſibi ſimilem facere:aut cur non per mille millia ſæculorum creauerit deus
orbem:q̃ fecerit & huiuſmodi. Et dum reſponſa prudentum percipiunt/factis quibuſdam ratiunculis fri/
uolis in contrarium:& auditis doctorum replicationibus atq̃ concluſionibus quaſi non ſatis illis ſatiſfa/
ctum ſit:quatientes ſi videantur paululum caput & torquentes cum cachinno faciẽ/& circunſtantes etiã
intuẽtes nõ aliter q̃ ſi indulgeant reuerẽtiæ reſpondẽtis ptereũt. Et tandẽ quia ex ore ꝓbatiſſimorũ hoim
intellectus eorũ tenuit:& remiſſus excepit:ſeruauitq̃ memoria apud muliercularũ textrinas ſeu potius ſi
præſteẽ in triuiis ignaro auſcultãte popello/vti ipm deũ cõſuluerint poſt longũ ſuſpiriũ blacterãtes emit/
tũt/volẽtes ex hoc percipi q̃ nõ abſq̃ labore plurimo qd dixerit/ingenio & ſpeculatiõe ſua ex penetra/
libus diuinæ mẽtis euulſũ ſit:& vt oino iſipidis ſapiẽtes appareãt:ampliatis ſermonib⁹ nõ tñ eodẽ verbo
rũ cõtextu:quinimo nũc huc nũc illuc per varias materias ſaltitantes:nec de aliqua cõcludẽtes/ſed ſe au/
ditoreſq̃ iplicantes ſuos ſeu pleniſſime liberales artes nouerint: quarũ perſæpe nomina non nouerunt.
Priſcianũ: Ariſtotelem: Ciceronẽ: Ariſtarcum: Euclidem atq̃ Ptolemæum:alioſq̃ circa hos inſignes viros
ſtomachoſa quadã dicacitate neglexiſſe demonſtrãt ſe tractos aientes ad ſublimiora theologiæ dulcedi
ne. Sic & de moribus hominũ:& de geſtis heroum:ac de ſacris legibus & inſtitut.s legũq̃ latoribus. Et
ſi quando cõtingat poeſis:aut poetarũ intrare colloquiũ:tanto cũ faſtidio illos:& poemata vti integre vi
derint omnia:& deſpicienda cognouerint:damnant: vituperant. floccifaciũt: & a ſe eiicere oſtendunt: vt
vix tolerare poſſint:etiã imprudentes & balbutientes aiunt Muſas: heliconem/caſtaliũ fontẽ: & Phœbi
nemus:& huiuſmodi delyrantium hominũ nugas eſſe: & puerorum ad grammaticam eſſe preludia. Ex
quibus fatuitatibus iam ſatis ſcio quid monſtrũ iſtud ſpectantes in me: quid in opus meũ:quid in poetas
dicturi ſint. Verũ reor horũ vecordiæ cõpatiendũ potius q̃ rationibus iſiſtendũ. Nã cũ ſeipſos nõ itelligã:
longe minus alios itellecturi ſunt:ignari ſunt & luce veritatis carẽtes:ſenſualitate duce ſe trahi permittũ:
quib⁹ charitate mea nõ eorũ merito dixiſſe velí:vt alienis omiſſis officiis exerceãt ſua. Et ſi hac gliæ cupi/
ditate agitãt:vt ſapiẽtes exiſtimẽt: ſcolas itrẽt:audiãt pceptores:libros euoluãt vigilẽt atq̃ diſcãt:& pa/

Illos qui ſeſe do/ctos pu/tant car/pit.

Sua q̃ſq̃ exerceat

leſtras diſputãtiũ ſolertes viſitẽt:memores ne feſtini ĩ d-ctoratũ euolẽ Pythagorici iſtituti:quo cauebat: ne quis ſcholas eius intrãs loquuturus de philoſophis os aperiret/anteq̃ per quiquẽniũ audiuiſſet. Quod cum laudabiliter fecerint:& in bene meritũ titulũ venerint:ſi libet in mediũ prodeant:prædicent:diſputẽt redarguant & caſtigent:atq; acri ſpiritu ſuis redargutoribus inſtent. Aliter autem feciſſe nõ oſtentatio ſapientiæ/ſed dementiæ eſt.

Salubre pythagore inſtitutum

Quãdã iuriſperitos paucis de paupertate laudibus immixtis. Cap. IIII.

SVnt iſuper hoĩes quidã/toga:aureis bullis:& ornatu fere regio iſignes:nec minus ĩceſſu & morũ grauitate atq; oris facũdia ſpectabiles magnis poſtergati clientoꝝ cateruis/& igẽti auctoritate cõſpicui. Hi quidẽ ſunt clariſſimi legũ p̃ceptores:& tribunaliũ p̃ſides:a q̄bus ſi rite exerceãtur iura frenant̃ hoĩm illecebres mores:extollit̃ inocẽtia:& qđ ſuũ eſt vnicuiq; poſcẽti conceditꝰ: quibus reipu. neruus nõ ſolũ in ſuis viribus ſeruat̃:ſed perenni iuſticia auget̃ in melius. Venerabiles ergo et p̃cipuo honore digniſſimi ſunt. Sane quantũcũq; alioꝝ purgẽt ſua prudẽtia notas: vna tamẽ labe fere polluti ſunt omnes:auri cupiditate laborant:nec aliq̃d ſeu aliquẽ laude dignũ putãt:ni fulgeat auro. hos ego vẽturos exiſtimo cũ reliq̃s:vt p̃ſpectãt: nũq̃d operi noſtro aliq̃d criminis poſſint ſuis iferre legibus. Nec me fallit ſi morẽ ſequẽtur veterẽ q̃d obiecturi ſint. Cõſueuere quidẽ relictis roſtris/& prætoria exeũtes:& potiſſime dũ curis paululũ ſoluti in cõuentũ amicorũ veniũt:ſi cõtingat inter loquendũ fieri mẽtio poetarũ illos extollere laudibus:quoniã eruditiſſimi atq; eloquẽtiſſimi fuere viri. tandẽ poſt multa abſcõditũ ſub melle venenũ/nõ letale tamẽ/emittũt. Dicũtq; eos parũ fuiſſe prudẽtes inquantũ tẽpus omne terentes facultatẽ ſecuti ſunt:ex qua poſt longos labores nullæ cõſequũtur opes: ſuperaddẽtes ob hoc pauperrimos homines fuiſſe poetas:nullo ſplendore ſpectabiles: nullis diuitiis:nullo famulatu iſignes: volẽtes ex his itelligi. q̃a nõ diuites fuere:nulliꝰ p̃cii eoꝝ exiſtimãda ſit facultas. Quæ q̃dẽ verba vna cũ abſcõdita cõcluſiõe facile audiẽtiũ aĩos itrãt:cũ oẽs ĩ auaritiã proni ſimꝰ:& ſtulta credulitate arbitremur ſummũ bonũ poſſidere diuitias. Hac ergo ipulſi peſte/autumo ſi laborẽ inſpexerint noſtrũ:eos poſt multa dicturos opus. ſ. pulchrũ:ſed ſuperuacaneũ: & inutilẽ ſudorẽ meũ: eo q̃ minime tendat quo cæterorũ mortaliũ labores intendũt:& ſic nõ ſolũ aduerſũ me apparebit dixiſſe ſententiã: ſed ex cõſequẽtia quadam tanq̃ ſummũ & deteſtabile malũ:vna cũ opere poetas cũ paupertate dãnaſſe videbũtur. Pia q̃ppe et humanitati cõformis atq; opinioni vulgari hec videt̃ obiectio:& gratiarũ actiõe digniſſima: dũmodo ex fonte caritatis exundaret in mediũ. Verũ quoniã ex offuſcato appetitus inepti iudicio ſumit originẽ. ridenda eſt atq; abiiciẽda:& eorũ prurigini cõpatiendũ. Et quoniã dignitati taliũ inſuper deferendũ eſt:ne ſe poſtergatos exiſtimẽt obiectionẽ eorũ verbis amplioribus in ſuos ortus vertẽdã puto. Cõfitebor ergo ſpõte qđ dictũ eſt: poeſim nullas afferre ſubſtantias:& poetas pauperes fuiſſe:ſi pauperes dici debẽt q̃ vltro ſpreuere diuitias. Stolidos autẽ fuiſſe nõ cõfitebor:eo q̃ poeſis ſtudiũ ſequuti ſunt:cũ prudẽtiſſimos arbitrarer:ſi verũ deũ catholice cognouiſſẽt: & nũc reaſſumẽdo:ne cõfeſſione mea tam vltronea videar abſolute obiectoribꝰ tãq̃ victoribꝰ areã liquiſſe certaminis:& obiectionẽ primã deducamꝰ in mediũ. Dicũt ergo ſplẽdidi legũ iterp̃tes iſignes poeſim nullas afferre diuitias:volẽtes ob id:vt ſatis percipi poteſt eã ab imitãdis excludere:quaſi nullius iter ſciẽtias reliquas ſit momẽti. Equidẽ vt iterato dixerim: certũ eſt poeſim nullas afferre diuitias:non tamen aſſẽtio:vt iſti volũt:hoc ignobilitate cõtingere. Verũ quia ſpeculatiuarũ diſci plinarũ nõ ſit officiũ tale:aut itẽtũ: ſed mechanicorũ artificũ ſeu fœneratorũ:quorũ ĩ hũc finẽ oĩs tendit itẽtio:qui vt cito veniat nil gratis penitus operãt̃. Sic & cauſidici qui hic ex delictis hominũ: inde ex legũ peritia ſibi officinas conſtruunt:ĩquibus venalis linguæ malleo nũmiſmata cudũt & aurũ ex miſerorũ lachrymis verboſitate cõficiũt:qđ poeſis generoſæ memor origis oĩno abhorret:& renuit:ex quo ſi dãnanda aut paruipẽdenda eſt:nullius vna ſecũ precii erit phyſica rerũ magiſtra:& cuius operentium cauſas diſcimus. Nullius æque theologia:cuius demõſtrationibus rite dum cognoſcimus:quibus nullũ vnq̃ quærẽdi theſauros fuiſſe ſtudiũ audiui. Si neſciunt iſti:poeſis maioribus vacat. Nã cũ cælos ĩhabitet diuinis imixta conſiliis:paucorũ hominũ mẽtes ex alto in deſideriũ æterni nominis mouet:& ſua pulchritudine ĩ ſublimes cogitationes ipellit:tractiſq; iuẽtiones peregrinas oſtendit:atq; ex igeniis egregiis ſermones exquiſitos emittit. Et ſi quando placidis vocata p̃cibus e ſublimi ſede deſcendit in terras ſacris coitata muſis:non celſa regũ palatia:non molles delitioſorũ:domos exq̃rit habitura. Verũ antra atq; p̃ruptã mõtiũ: vmbras nemorũ:fõtes argenteos:ſeceſſuſq; ſtudentium:q̃tũcũq; pauperrimos:& luce penitus vacuos itrat & icolit:quod alibi forſã plenius oſtẽdetur exigente materia:& ſic cũ ætherea ſit: atq; perẽnis nullũ ſibi cũ periturís cõmerciũ eſt:ſplẽdoreſq; manu factos tãq̃ futiles & inanes paruifacit:& renuit de ſuis cõtenta bonis nõ curat aggregare diuitias. Poſt hæc ex iam dicta poſitione ſubnectũt minus prudẽtes fuiſſe poetas:qui tale ſecuti ſunt dogma:ex quo nulle ſequacibus cõſequãtur opes. Quibꝰ, vt reſponſum ſit:reor plurimũ prudentis opus circa eligenda cõſiſtere: & ideo hos cõuenire velim: quis in eligendo prudẽtior ſit habẽdus merito:iuridicus:an poeta. Aedepol prudẽtius actũ puto elegiſſe trahentẽ ad ſublimia mentẽ:q̃ ad terreſtria deprimentẽ:ſtabilẽ:q̃ caſurã:quæ lõgæuũ bonũ præſtet:q̃ quæ breuiſſimũ exhibet. Elegere poetæ ſciẽtiã inter ſydera:inter deorũ ſedes:ornatuſq; cæleſtes ſuos cõtinua meditatione trahentẽ. Nunq̃d hoc verũ ſit teſtimoniũ reddãt ipſa vatũ poemata ipulſu trahẽtis eleganti ſtilo poetarũ deſcripta calamo. Cauſidici vero legũ facultatẽ ſecuti ſola ſcriptorũ valent memoria:nõ ex ingenio:ſed ex litteris legũlatorũ iura reddẽtes:nec putãdũ eſt vt ſatis videri poteſt:eos ĩſiſtere circa excelſa: aut ſemota naturæ:vtputa:nũq̃d recta an trãſuerſa via ſol ab idis petat hiſpanos:q̃nimo nũq̃d hereditario iure an amphitheotico vel p̃cario Titius vel Sẽpronius occupet agellũ:nũq̃d certũ debitũ aut vſuariũ

Iurecõſultos carpit.

Poetę q̃ pauperes non deſpiciẽdi.

Poeſim ætherẽ eſſe

Scitaturę cõſultorũ cõmunia

dicendũ ſit. Nũquid ardens fœmina ſolui poſſit a frigido viro. magna ſunt & egregia hæc: et ex gremio naturæ ſublata. Præterea poeſis quã veteres p̃legere poetæ ſtabilis eſt: et fixa ſcientia æternis fũdata atq; ſolidata pricipiis: vbiq; et omni tẽpore eadẽ: nec vllis vnq̃ cõcuſſa motibus. Leges aũt nõ ſic: nõ equo iure viuit cũ æthyope ſarromata. Nõ eadẽ legũ auctoritas bello laborãtib⁹ atq; læta pace getis: necnõ augẽt

Poeſim legibus preſtare.

ſæpe minuũt: q̃ plurimũ poteſtatis iſtituta municipalia legibus: cõſtitutiõeſq; regnorũ facit illas indictũ iudiciũ mutas. Seneſcũt etiã & moriũtur aliquãdo. Nã nõnulle iãdudũ in p̃cio fuere permaxio: q̃ æuo noſtro: aut neglecte ſunt: aut oĩno abolitæ: & ſic nõ idẽ ſemper ſunt: vt cõperta poeſis: ex q̃bus ne plura dicã ſatis patet facultatẽ legũ: nõ ſcientiã eſſe dicẽdã. Et quã præſit ſciẽtia facultati: prudẽtes nouerũt tam veteres q̃ moderni. Inſuper lõgeuũ bonũ præſtat imitatorib⁹ poeſis: ſi bonũ dicẽdũ eſt: qď oẽs optare videmur vitã. ſ. fama ſaltẽ: ſi nõ detur aliter i lõgeuũ æuũ deducere. Nã vt liquido cõſtat: fere imortalia ſunt: cũ

Poetas imortaleſ

noĩe cõponẽtis carmina poetaꝝ. Iuriſtæ vero & ſi paululũ ſplendeãt veſtibus ſæpiſſime moriř cũ corpore nomẽ. Breue eſt valuiſſe per ſæculũ: ſi ſæcula numerẽtur Homeri. Et vt in optatũ veniã nulli videbitur dubiũ erudito prudẽter elegiſſe poetas: vbi minus iuriſperiti in electiõe fuere prudẽtes inſipiẽtes effecti: dũ quod ſuũ eſt viciũ conãtur in imeritos retorq̃re. Pauperrimos fuiſſe poetas ex eodẽ: quo ſupra fõte hauriẽtes pleno effundũt ore: & potiſſime cũ ipſi ſint doctiſſimi legiſtæ: q̃ſi iſamis & deteſtabilis ſit paupertas Manifeſtũ eſt equidẽ iuriſperitos: ex lachrymis alienis: ex ærũnis: & alienis periculis: & perſæpe miſeriis: vt dictũ eſt:: auri iam multũ cõflaſſe: & inde palliatos: fimbriatos: varia tectos pelle: aureis coruſcos clauis: lõga poſt tergũ clientũ comitãte caterua: cũ ſic mortaliũ velit demẽtia incedẽtes. Sic poetas nõ ignauia ſua: ſed inocẽtia: & q a volũt pauperes fuiſſe negari nõ poteſt: ſed ꝙ iſti minime volũt ſpectabiles inſi

Homer⁹ pauper.

gni atq; perẽni claritate fuere: qď exẽplis oſtẽdiſſe nõ erit difficile. Certũ habem⁹ homerũ adeo inopẽ extitiſſe: vt nõ eſſet illi luminib⁹ capto vnde ſumptus puero duci poſſet ipẽdere. Sed expecta pauxillũ: & videbis nũ qd hæc fuerit ornata paupertas. Superato Dario potẽtiſſimo atq; ditiſſimo perſarũ rege ab Alexandro macedone: ei⁹ in mediũ venere iocalia: iter q̃ capſula aurea cõperta eſt artificio & ornatu p̃cioſiſſima. hæc tã regis q̃ ꝓcerũ cõſenſu vnanimi nõ Alexãdri iocalib⁹: ſed homeri volumib⁹ ſeruata eſt. Quis vnq̃ tã ſplẽdidus phaleratis iuriſtis honor ĩpẽſus eſt? Sarſinate bonoꝝ fortunæ Plauto pauperior nemo

Plautus molas circũegit

fuit: ægeſtate q̃ppe: vt honeſte vẽtrẽ paſceret: ad molas manuarias p̃cio fatigabař die: noctes icõponẽdis comœdiis ducebat iſões: quarũ numeroſitas & artificiũ egit: vt laurea victoꝝ atq; triũphãtiũ iperatorũ inſigne p̃cipuũ: nõ paruipẽderet ei⁹ quãtũcũq; pauperis ambire comas: cui⁹ cdor & viriditas i ei⁹ noĩs decus perſeuerat vſq; i hodiernũ: vbi legũ iterpretũ birreta auro nõ ꝓhibẽte mures & tineæ cõſũpſere. Ennio iſuper brũduſino homini/clariſſimo tñ vati/adeo tenues fuere ſubſtãtie: vt i auentino vni⁹ tantũ an

Ennius Scipionũ ſepulcro illatus.

cillule cõtentaretur obſequio: cuius ſeruitorũ penuria bonorũ abundantia reſtaurata eſt: ex quibus cum de ſe famoſiſſimus homo ſit vnum tantũ appoſuiſſe mihi ſufficit. Huius. n. cũ diẽ clauſiſſet corpus: Scipiones: quorũ fuerat amicitia vſus: ſuo ſepeliri ſepulchro voluere. Non aſpernantes brunduſini hominis cineres Corneliorũ miſceri cineribus. Preterea quis maronem Vergiliũ pauperem & luti figuli filiũ non audiuit? Fuit illi non amplius in bonis q̃ patrius agellus vnus apud vicum ander: cui dicunt pietola hodierni: haud longe Mantuam non abſq; litigio poſſeſſus: cuius agentibus ſtudiorũ meritis Octauiani Cæſa

Verg. augustus coluit.

ris orbi toto præſidentis amicitia vſus eſt: a quo cum iuſſiſſet moriens æneida igne cremari: vt ſeruaretur poema egregium: omnis legum auctoritas pedibus calcata eſt: & eleganti carmine iuſſum ſeruari coliq;. Quis precor legiſtarũ quãtũcũq; ſplendentiũ indicis lapilis & auro honor tam magnificus a tam glorioſo principe ipenſus eſt? Veniebant inſuper plurimi læta paupertate: & honoribus æquis cõſpicui. Sed exẽplis finis iponendus eſt. Cũ tam his q̃ præmõſtratis rationibus ſatis oſtendiſſe arbitror poetas prudentes: & quantũcunq; pauperes ſplẽdidos etiã fuiſſe: eoſq; perenni viuere fama: vbi cauſidicorũ opes & nomina tanq̃ fumus in auras abiere: nec nõ eiſdẽ rationibus demonſtraſſe opus hoc ſi valent poemata mi

Paupertatẽ commendat.

nime ſuperuacaneũ eſſe: nec ſudores meos friuolos cõponendo. Nunc autẽ poſt hæc liber paululũ exire limen: ſi forte queam obloquentiũ in paupertatẽ frenare impetũ. Eſt igitur paupertas quam multi fugiũt tanq̃ importabile malũ: vt vulgo placet caducorũ bonorum paucitas. Eſto ego exiſtimẽ eam animi ægritudinem fore: qua & abundantes perſæpe laborãt. Prima quippe: ſi deſiderio careat augẽdi: placida atq; optabilis eſt: & eius infinita ſunt cõmoda. Secunda vero pacis et quietis eſt hoſtis miſere crucãs mẽtes: quibus inhabitat. Prima poetarũ fuit quos iſti pauperes volunt: eis quippe dũmodo eſſet quod vitæ ſufficeret ſatis erat. Hac eni duce libertatẽ volentes cõſequimur animi trãquillitatẽ: & cũ his laudabile ociũ quib⁹ mediis viuẽtes in terris guſtamus cœleſtia. hæc i ſolido ſita eſt: nec fortunę mũdana verſãtis minas aut iacula timet: fulminet æthe: deſuper: cõcutiat ventoꝝ ĩpetuoſa rabies orbem: inundẽt cãpos imbres aſſidui. Diluant flumina: ſonet claſſicũ tumultuoſa oriãtur bella. Diſcurrãt prædones vndiq;. Hæc ruinas

Cyges.

ridens & incendia dulci ſecuritate lætatur. Hec oraculo Appolinis in perſona Aglai ſophidii parui poſſeſſoris agelli theſauris Gygis regis p̃lata eſt. Hac delectati poetæ ornare virtutibus animũ: meditatiõib⁹

Diogenes

vacare cæleſtiũ: altiſonis carmib⁹ poemata texere: & nomẽ ſibi perpetuũ quærere potuere. Hac delectatus Diogenes ſui æui ſplẽdidiſſimus Cynicorũ princeps diuitias: quarũ abundantiſſimus erat: omnes potuit largiri volentibus atq; largitus eſt. Doliũq; quaſi verſatilẽ domũ q̃ palatia habitare maluit: et lactu

Alexander. xenocrates.

cas ſilueſtres ſuis lotas manibus mãducare: q̃ Dionyſio adulari: vt tuccetis vteretur regiis. Hæc voluntaria rerũ abiectio: & claritas ſtudioꝝ ad ſe viſendũ euocaſſe potuere ſuperbũ iuuenẽ: atq; iã animo orbis tenentem imperium Alexandrum macedonem eius amicitiam exquirentem: & fruſtra munera ingentia offerẽtem. Hac delectatus Xenocrates ortulo cõtentus modico: eiuſdẽ iuuenis animũ mouiſſe potuit in

Democritus. Anaxagoras. Amyclas. Aruns.

deſideriũ beniuolentiæ ſuæ q̃ inſigni legatione atq̧ donis regiis poſtulauit. Hac delectatus Democritus patrios agros & inumerabiles opes reipu. Athenieſiũ vltro cõceſſit: ſatius ducẽs cũ paupertate ſtudio℞ libertate lætari: q̃ opũ ſeruili cura vexari. Hac delectatus Anaxagoras dulcedine tract⁹ philoſophię poſuit igẽtia p̄dia neglexiſſe: aſſerẽs quoniã ſeipm perdidiſſet: ſi illã colere voluiſſet. Huius opere Amyclas pauper nauta nocte i littore ſolus clamãtẽ Cæſarẽ cuius vocẽ ſuperbi timebãt reges ad hoſtiũ gurguſtioli atq̧ pulſantẽ audiuit itrepid⁹. Sic & pauper Aruns flagrãte Italia omni ciuilis belli in cẽdio inter marmo: eos lunæ mõtes cæli ſolis lunæq̧ ꝓſpectãs motus ſtetit ipauidus. Hæc nõ intuentur: qui paupertatẽ lacerant fugiuntq̧. Dicant oro ſi oportuiſſet Homerũ de re agraria cũ vilico litigare aut de domeſtica a curatore dom⁹ rõnẽ exigere: quãdo iliacũ excogitaſſet carmẽ: & nomẽ ſuũ claritate ſiderea floridũ i hodiernum vſq̧ protẽdere potuiſſet: Quando Ve. g. Quando reliqui poeticã cũ paupertate ſectãtes. Nõ igĩ illã ſpreuerũt amicti purpura: eo q̧ palliaſtro tenui tecta ꝓcedat. Nã rite ſtudentium prima gloria eſt neſcio quippe: immo ſcio quid referat corpus ornaſſe veſtibus aureis: ſi mens vitio℞ labe ſordeſcit: nec vt arbitrant̃ anxia comitati turba ſola procedit. Hãc vates ſemper laureis inſigniti ꝓſequũtur: & ſæpe nominatus Homerus: Heſiodus: Euripides: Ennius: Terentius: Vergilius: Flacc⁹. Aliiq̧ plures diuinis ornauere carminib⁹. Sic Põpa tamẽ fulgidiori palmatis induti tunicis Camilli: Quintii: Curtii: Fabritii: Sciopiones: Catones inuidia olim & gloria facinorũ q̃ auro ditiores ſplẽdidis comitãt̃ triũphis: eãq̧ excelſis ꝓpoſuere regibus: orbis p̄fecere imperio. Sic ergo ſociatã: ſic ornatã ſolam ſqualentẽ peritiq̧ turis dicẽt incedere. Secunda inſuper paupertas eo℞ profecto eſt: qui eam tanq̃ hoſtem conantur effugere: nõ aduertẽtes dum maiori conatu ſequuntur diuitias: vere proruant paupertatis in gremium. Precor qd aliud paupertas eſt q̃ ſumma in abundantia angi deſiderio cõgregandi? Tantalum ne diuitẽ dicam: ſi cibis circundatus & poculis fame ſitiq̧ pereat? Abſit: pauperrimus habendus eſt. Sed concedamus legiſtis noſtris opulẽtiam dari: & quid ex inde voluptatis poſſint aſſumere videamus. ſi experiẽtiæ credim⁹ aſſidua ardẽtiq̧ ſemper premũtur ſollicitudine: qui diuites nũcupantur. Si appareat in aere nubecula cõfeſtim pluuiã ſuſpicatur: & timet anxius: ne nimia corrũpant̃ ſata: ſi vẽtus excitet̃: ne euellãtur arbuſta: aut ædificia ipellãtur paueſcit. Si ſuſcitet̃ in terris incẽdiũ ne in ſuas euolet ædes timore labaſcit. Si bellũ naſcatur armẽtis gregibuſq̧ ſuperiminere rapinã miſer ariolatur. Si cõcordia ex litigiis oriatur tãq̃ ſuũ ifortuniũ igemiſcit. Amico℞ iuidiã: latronũ aſtutiã: rapto℞ violẽtiã: affiniũ iſidias: tumult⁹ ciuicos. Secordia vexat⁹ aſſidua expaueſcit. Poſſẽ ſuperaddere multa: q̃ nõ ſolũ diuites hos pauperes faciũt: ſed egenos in lubrico poſita ſunt fortune bona: nullo certo firmata ſubſidio deſiſtãt ergo i benemeritos iſultũ facere miſeri: videãtq̧: vt litigii cãm auferãt omnẽ: nil ſecũ vates voluiſſe cõmune illi turbæ lis imixta: & frequẽtia fori apud roſtra inſiſtunt clamore venali poetæ in ſyluis & ſolitudinibus ocia meditationibus terũt. Illi ſontium crimina cupido exquirunt animo. Iſti illuſtriũ carmine extollunt clara facinora. Illi totis affectibus cupiũt aurũ. Iſti totis viribus gloriã q̃runt & inclytã famã: & ne pluribus inſtã ſatis hęc iter ſe diſtãcia ſunt. Quæ ſi vos oium re℞ iudices mouere nõ poſſunt: vt loquamini moderatius in poetas: moueat vos veſtri Solonis auctoritas: qui ex ampliſſimo legũlatore in poeſim iam ſenex voluntarius euolauit.

Qui ſint & q̃ multa poetis quidã apporẽt. Cap. V.

Philoſophie deſcriptio.

Est præterea ſereniſſime regũ: vt tu lõge melius noſti diuino munere domus in terris cõpoſita inſtar cæleſtis cõcilii ſacris tãtũ ſtudiis dicata: i hac ſublimi i ſolio ex dei miſſa gremio philoſophia rerũ magiſtra p̄ſidet auguſta facie: & diuino ſplẽdore conſpicua: regiis iduta veſtib⁹: & aurea iſignita corona: nec aliter q̃ mortaliũ iperatrix: cũ prima ſiniſtra libellos: & dextra regale baiulat ſceptrum: & diſerto ſermone audire volẽtes q̃ ſint laudabiles ho:um mores: quæ naturæ parẽtis vires: quid verũ bonũ & cæleſtia docere archana. Quã ſi intres nõ eſt dubiũ qn ſacrariũ oi reuerẽtia digniſſimum videas: ſi circũſpectes quicq̃d hũana poſſũt agere ſtudia: & quicq̃d igenia ſpeculari & quicq̃d cõprehẽdere itellectus: videbis liquido & a deo miraberis: vt tecũ ducas vnũ totũ cõtinẽs domũ eſſe: imo ip̄um fere diuinæ mẽtis effigiẽ: & iter alia ſumma veneratiõe digniſſima ſunt ibi poſt dominã celſiori in ſede locati hoies: nõ multi: tñ mites aſpectu: atq̧ eloquio etiã mo℞ grauitate tãta honeſtate atq̧ vera humilitate ſpectabiles: vt credas deos potius q̃ mortales. Hi iã præſidẽtes dogmatibus pleni abũde aliis ingerũt: q̃ nouerũt. Eſt & alia multitudo perſtrepẽs variarũ quidẽ hoim ſpecie℞: ex qua nõnulli omni abiecta ſuperbia vigiles mãdatis inſiſtũt: ſi forte ſtudio queãt in altiorẽ deuenire gradũ: Alii vero ſunt: q̧ fere re℞ principiis auditis / elato aio in veſtes iperatricis vncas iniciũt man⁹: & acri violẽtia qbuſdã ſubreptis periculis / variis iſigniti titulis: quos nõnũq̃ extra domũ venales cõperiũt: nõ aliter q̃ ſi mẽtẽ oẽm diuinitatis perceperit faſtu quodã iflati: ex ſacra ſe ꝓripiũt ade. Quãto tñ cũ detrimẽto inſipiẽtũ prudẽtes aduertũt. Hi autẽ aduerſus quaſcũq̧ bonas artes cõiuratiõe vnanimi facta: ante alia conãtur fingere bonũ virũ. Exterminãt aũt facies ſuas: vt appareãt vigilãtes. icedũt iſuper deiectis in terrã oculis: vt nũq̃ a meditationibus ſeparari videãtur. Tardo tñ ferũtur gradu: vt ſub põdere ſublimiũ ſpeculationũ nimio ab inſipidis titubare credãtur: honeſto veſtimẽto℞ vtũtur habitu: nõ qa mẽs hõeſta ſit: ſed vt ficta ſanctitate decipiãt. perrar⁹ ẽ ſermo illis grauiſq̧. rogati ñ abſq̧ p̄miſſo ſuſpirio & tẽpuſculo iterpoſito: ac eleuatis i cęlũ ocul' paululũ reſpõſa cõcedũt. Volẽtes ex his a circũſtãtib⁹ arbitrari: qa ex lõginquo ſupercęleſtiũ ſancto℞ archano nõ abſq̧ difficultate verba deducãt i labia: q̃ ſunt dicturi: pietatẽ: ſctitatẽ & iuſtitiã ꝓfitẽtur: ꝓphetico per ſæpe vtẽtes verbo. ſ. zel⁹ dom⁹ dei comedit me. Hic ad oſtẽtationẽ ſuę admirãdæ ſciẽtię ꝓcedẽtes: q̃ nõ nouerũt oia dãnãt: nec fruſtra. Hoc faciũt. n. ſeu vt ñ iterrogẽt̃ de qb⁹ reſpõdere neſcirẽt: ſeu vt tãq̃ vilia & nota: & a ſe cognita deſpexiſſe atq̧ neglexiſſe videãt: & vacaſſe maiorib⁹. His ãt deceptis captiuatis iſti

Fictos philoſophos perſtringit.

pientũ iudicijs ciuitates ambire:ſæcularibus ſe miſcere negocijs:cõſilia pſtare:cõnubia tractare:cõmeſſa tionibus intereſſe:teſtantiũ dictare tabulas:teſtamentoꝝ executiones aſſumere:& multa minus philo ſophos decẽtia agere pſumptuoſe incipiũt atq; proſequuntur:ex quibus fit:vt in famoſam vulgi famam quãdoq; deueniant:ex qua tanta tumiditate turgeſcũt:vt incedentes cupiẽt a vulgo digito demõſtrari:& lõge magis audire:qa pergrãdes magiſtri ſint.videre ꝙ eis aſſurgãt pſidentes in triuijs:eos rabbi voci tent:ſalutẽt:inuitẽt:pponant:atq; pficiant.ex his omni cõſideratione ſepoſita audẽt oia:nec verentur in alienas meſſes falces immittere ſuas:ex quo fit vt dũ cætera pter ſua ignominioſe deturpare conãtur inter ueniat aliquando de poeſi.& poetis colloquiũ:quorũ audito nomie tanto repente accendũtur furore:vt igneos oculos illos habere diceres.Nec poſſunt cõſiſtere:frendẽt agũtur ipetu.Demũ quaſi aduerſus eos:nõ aliter q̃ in letales hoſtes cõiuratũ ſit nũc in ſcholis:nunc in plateis:nũc in pulpitis auſcultante nõ nũq̃ vulgo inerti/in eos inſano clamore prumpũt:vt nõ de innocuis tantũ:ſed & de ſe timeant circũſtan tes:& aiunt poeſim oino nullã:aut futilẽ facultatẽ atq; ridiculã.Poetas hoies eſſe fabuloſos:imo illos:vt deſpectiori vtantur vocabulo:nõnunq̃ fabulones appellant.Rura ſyluas & mõtana colentes:eo ꝙ mori bus nec vrbanitate valeant.Præterea eoꝝ poemata eſſe dicũt obſcura nimis atq; mẽdacia laſciuijs ple na:& deoꝝ gẽtiliũ nugis atq; ineptiis referta.Aſſerẽtia Iouẽ quẽdã adulterũ & ſpurcidũ hoiem:nũc deo rũ patrẽ:nũc cœloꝝ regẽ:nũc ignẽ:nũc aerẽ:nũc hoiem:nũc taurũ:nũc aquilã:& huiuſmodi incõuenientia Sic & Iunonẽ & alios infinitos eos multoꝝ noium celebres faciẽtia.Mentiũ inſuper ſeductores clamitãt eſſe poetas:ac ſuaſores criminũ:& vt turpiori:ſi poſſint:cõmaculent nota:prædicũt eos philoſophoꝝ ſi mias eſſe:Firmantes inde poetaꝝ libros legiſſe:aut tenere/prægrãde piaculũ:ac nulla facta diſtinctione auctoritate:vt aiunt fulti Platonis eos ne dũ e domibus:ſed ex vrbib⁹ eſſe p[...]ẽdos:& eoꝝ ſcenicas me retriculas Boetio approbãte in exitiũ vſq; dulces deteſtabiles fore atq; eucidẽdas vna cũ eis:& renuẽdas oino.Quid multa/ longũ nimis eẽt oia in mediũ deducere:q̃ ill' exitiale odiũ infeſtãte inuidia dicẽda fu rentibus parat.Ad hos tã celebres iudices:tã æquos:tã mites:tã fauorabiles ſatis credẽdũ ẽ princeps in clyte deueniet opus noſtrũ:qđ ſcio circũdabũt more leonis famelici:vt inueniãt qd deuorẽt:& quoniam omne poeticũ eſt:nõ expecto mitiorẽ ſententiã q̃ irati fulminẽt in poetas:nec ſcio qbus ſpiculis pect⁹ ap ponã:niſi eis q̃ vetus odiũ demonſtrauit:illa conabor repellere.O bone deus ſis tã indiſcretis:tã incõſi deratis clamoribus obuius:& hoꝝ dementiũ obſiſte furori.Et tu etiã rex optime:quoniã ad triones ven tum ẽ generoſi pectoris tui viribus adſis:fer opẽ militãti tibi nũc ais opus eſt:nũc pectore firmo:acuta & venenata:nec roboris tela iſtoꝝ ſunt.Nã ſi inepti iudices:alias tñ valẽt:& ideo horreo & tremiſco niſi de⁹ primo:qui nõ deſerit ſperãtes in ſe.Et tu inde faueris:& tenues mihi vires ſunt:& igeniũ debile:ſed ſpes ingens ſubſidii:qua fretus in eos irruã comitante iuſtitia.cordi ingerere iam audaciam ſentio.

Quid obiciant philoſophi poetis.

Plato.

Boetius

Poeſim eſſe vtilem facultatem. Cap. VI.

GYmnaſium puſillus intraturus hõ aduerſus has gyganteas moles firmantes auctoritate qua poſſũt aut nullã:aut futilẽ facultatẽ fore poeſim:ſi percõter añ alia qd nã ſit poeſis:ſeu circa qđ eius verſetur officiũ:nil aliud feciſſe reor:q̃ in ſcirpo q̃ſiſſe nodũ.Sed quoniã faciendũ eſt:quæ ſo:vt id appareant hi facultatũ oium pceptores egregii:vt appareat:circa quod noſtrũ velint verſari cer tamen.Scio obſtinata fronte nullo vnq̃ perfuſa rubore ridentes inquient:ꝙ paulo ante male dictũ eſt. O bone deus adſis:& has ridiculas obiectiones aduerte:& in melius eoꝝ dirige greſſus:Dicũt ergo dã nãtes poeſim eã oino nullã eſſe:qđ ſi ſic ẽ:ſcire velim vnde iã dudũ tot illuſtres viri ſibi poetæ quæſiuere nomẽ.Vnde poematũ multa volumina/ Vnde hoc nomẽ poeſis ortũ ẽ/ Si poeſis nihil eſt.Certe ſi reſpõſu ri aliquid ſint:per ambages ituros reor:cũ nihil aliud queãt iure reſpũdere:q̃ ꝙ aduerſus inanẽ poſitionẽ ſuã ſit.Certiſſimũ.n.eſt:vt poſt hæc ſuo loco mõſtrabitur:hãc vt cæteræ diſciplinæ:a deo a quo ſapia ois initium habuiſſe:& vti reliquæ ab effectu nomẽ ſortita eſt:a quo demom celebre poetarũ nomen deriua tum:& inde poematũ poetis.Quibus ſtantibus non oino nihil:vt aiebãt videtur eẽ poeſis.Quæ ſi ſcia ẽ quid ingent ſophiſtæ clamoſi/ Credo paululũ retrahẽt pedẽ:vel potius in ſcđam obiectiõis partẽ ob diſ gregatiuã copulã tranſuolãtes inquiẽt ſi facultas ẽ:futilis facultas ẽ.O ridiculũ rãcidulũ ſatius tacuiſſe fue rat:q̃ verbis friuolis i errorẽ ſeſe pcipitaſſe maiorẽ.Nõne vidẽt ignari ipm nois hui⁹:facultatis.ſ.ſignifica tũ ſeper aliq̃lẽ plenitudinẽ demõſtrare/ Sed de hoc alias.Et q̃ſo exprimãt elegãtes hi viri quo iure poeſis facultas dicẽda ſit futil':cũ ei⁹ iſtigatiõe opitulãte diuina gr̃a tot extẽt clara volumia:tot memorãda poe mata:tot iuẽta perlucide atq; peregria:obmuteſcẽt eqdẽ:ſi patietur ianis oſtẽtatiõis vredo. Siqd obmu teſcẽt dico:mori mallẽt q̃ veritatẽ nedũ extremis labiis:ſed taciturnitate fateri.i diuerticulũ aliud irruẽt& ſuo iterpretãtes iudicio hãc dicẽt adiectiõe futilẽ intelligẽdũ fore dãnoſam atq; deteſtabilẽ:eo ꝙ poemata a poeſi veniẽtia deoꝝ ſuoꝝ cãtẽt illecebra & ifanda ſuadeãt.Eſto poſſit hæc iterptatio reprobari cũ futi le nõ ſit qđ ẽ illecebris plenũ:poterat tã æquo aio tolerari:ſed qđ ob eã volũt poſſet rõe fateri cũ confi tear vltro nõnulla fore poemata id qđ afferũt exprimẽtia:q̃obrẽ ſi mala ſpẽs poſſet bono generi deroga re viciſſet.Sed depcor ſi praxiteles aut phidias ſcultura doctiſſimi ip[...]dicũ ſculpſerit priapũ in iolẽ nocte tẽdẽtem potius q̃ ſpectabilẽ honeſtate Dianam.Aut ſi contingat appelles:ſeu noſter ioctus quo ſuo æuo non fuit apelles ſuperior.Martẽ ſe vegeri immiſcẽtẽ/ potius q̃ Iouẽ diis ex trono iura præbẽtẽ/ has artes damnandas fore dicemus ſtolidiſſimũ eẽ fateri/ laſciuiẽtum quippe ingeniorũ culpa hæc ẽ.Aequo mo do iam dudũ nõnulli fuere poetæ ſi tales poetæ dicẽdi ſunt qui ſeu rõne quæſtus ſeu ad gratiã populi p meredam ſic eo exquirẽte ſæculo & illecebri ſuadẽte laſciuia:q honeſtate omiſſa i has ineptias corruere. Quæ quidẽ dãnãdæ deteſtãdæ & abiiciẽdæ:vt latius poſt dicetur.Ob hoc tñ quorũdam fingẽtium ſcelus

Sophiſte clamoſi.

Poeſis nõ dãnãda pp̃ter aliqua laſciua poemata.

nō vniuerſalis dānāda poeſis: a q̄ tot in virtutes ſuaſiones et poetarꝝ monita atq; documēta legim⁹/ ab
his qbus curę fuit cęleſtes meditationes ſublimi ingenio ac ſumma cū honeſtate et ſtili atq; verborꝝ or/
natu deſcribere. Sęd quid multa. Eſt non ſolum aliquid ſed ſcia venerāda poeſis. Et vt ſępius in p̄cedēti/
bus viſum ē: et in ſeqnentibus apparebit: non futilis: ſed ſucci plena facultas ē: ſenſus volūtibus ex fictio/ Poeſim
nibus ingenio p̄mere. Et ſic patet ne longius ꝓtrahamus ſermōes: primo certaminis igreſſu duces hos ſciam eē
terga dediſſe: eoſque modico labore noſtro aream liquiſſe duelli. Sed quid poeſis ſit explicandum eſt:
vt ipſi videant q̄ ſtolide opinentur illam futilem facultatem.

Quid ſit poeſis: & vnde dicta: & quod officium. eſt eius. Cap. VII.

POeſis quā negligētes abiiciunt & ignari. Eſt feruor qdā exqſite iueniēdi: atq; dicēdi ſeu ſcribē/ Poeſis
di qđ inueneris. qui ex ſinu dei ꝓcedent paucis mētibus: vt arbitror: in creatione cōceditur. Ex quid.
quo quoniā mirabilis ſit/ rariſſimi ſēper fuere poetæ. Huius. n. feruoris ſunt ſublimes effectus
vtputa mētē in deſideriū dicendi cōpellere: peregrinas & inauditas iuētiones excogitare: me
ditatas ordine certo cōponere: Ornare cōpoſitū inuſitato quodā verborꝝ atq; ſententiarꝝ cōtextu: vela
mento fabuloſo atq; decenti veritatē contegere. Præterea ſi exquirat iuentio: reges armare i bella: de
ducere naualibus. claſſes emittere: cælū terras & æquora deſcribere: virgines ſertis & floribus iſignire Officiū
actus hoim ꝓ qualitatibus deſignare: irritare torpētes: deſides aiare: temerarios retrahere. ſontes vi poete.
cere: et egregios meritis extollere laudibus & huiuſmōi plura. Si qs aūt ex his qbus hic ifūditur feruor
hæc min⁹ plene fecerit iudicio meo laudabiľ poeta nō erit. iſuper quātūcūq; vigeat aios. qbus ifuſus ē
perraro ipulſus cōmēdabile perficit aliqd ſi iſtrumēta. qbus meditata perfici cōſueuere defecerit. vtpu
ta grāmaticæ p̄cepta atq; rhetoricę: quorꝝ plena notitia opportuna ē. Eſto nōnulli mirabiľr materno ſer
mone iā ſcripſerit & per ſingula poeſis officia peregerint: hic & liberaliū aliarꝝ artiū: & moraliū atq; na/
turalium ſaltē nouiſſe pricipia ē neceſſe: necnō & vocabulorꝝ valere copia: vidiſſe monimēta maiorꝝ: ac
ē meminiſſe hyſtorias nationū: & regionū orbis: mariū: fluuiorꝝ: & mōtiū diſpoſitiōes. Præterea dele/
ctabiles naturæ artificio ſolitudies opportūæ ſūt ſic: & trāqllitas aī et ſæcularis glīe appetitus: et perſæ
pe plīmū ꝓfuit ætatis ardor. Nā ſi deficiāt hæc nonnūq̄ circa excogitata torpeſcit igeniū. Et quoniā ex
feruore hoc igeniorꝝ vires acuēte atq; illuſtrāre nihil niſi artificiatū ꝓcedit: ars vt plurimū vocitata poe
ſis ē. Nā primi. q iflati ſpiritu exqſite rudi adhuc ſæculo cœpere loq̄: vtputa carmine tunc oino loquēdi
genus incognitum: vt ſonorū auribus audientium etiā videretur. illud pēſatis moderauere temporibus:
et ne delectationē nimia breuitate ſubtraheret: aut longitudine plurima luxuriās tediū videretur iferre
certis menſuratū regulis/ atq; itra diffinitum pedū et ſyllabarū numerū coercuere. Sane quid ex hoc tā
accurato dicēdi ordine ꝓſibilat: nō dicebatur poeſis āplius ſed poema: et ſicvt iam diximus: tā artiq̄ arti
ficiato ab effectu nomē cōſequutū eſt. Inquiēt forſan iſti obiurgatores perlucidi: et ſi dixerin ſcientiā hāc
ex dei ſinu recentibus adhuc aiabus infundi ſe nolle verbis meis ſatis preſtare fidei: quib⁹ ſatis roboris
æquis animis: quæ videmus aſſidue poterāt præſtitiſſe: ſed adhuc egemus teſtibus. Si ergo legerint quid
Tullius Cicero homo philoſophus non poeta dixerit in ea oratione. quā apud ſenatū habuit pro Aulo
licinio archia i fidē forſan faciliores deuenięt. dicit. n. ſic. Atq; ſic a ſūmis hoib⁹ eruditiſſimiſq; accepim⁹.
Cęterarū rerꝝ ſtudia atq; doctria: et p̄ceptis: et arte cōſtare: poetā natura ipa valere: et mētis virib⁹ exci/
tari: et q̄ſi diuio quodā ſpū iflari. etc. Et ne orōnē lōgi⁹ ꝓtrahā: ſatis apparere pōt: piis hoib⁹ poeſi facul
tatē eē: et ex dei gremio originē ducere: et ab effectu nomē aſſumere: et ad iſignia atq; fauſta multa ſpe/
ctare: qb⁹ ipimet negātes vtūť aſſidue. Si q̄rāt vbi vel quādo i prōptu ē fateāť ipi quo duce cui⁹ opere fictī Poeſis
ones ſuas ipi cōponāt dū ſcalas gradib⁹ diſtictas i cælū erigūt: dū ꝓceras arbores ramorꝝ fœcūdas æq̄ diuinum
ad aſtra ꝓducūt: dū mōtes i excelſū vſq; circutiōib⁹ ābiūt. dicēt forſā: vt huic a ſe icognitæ detrahāt: quo onus.
quo vtūť rhetoricæ op⁹ eē: qđ ego ꝓ parte nō inficiar: habet eni ſuas iuētiones rhetorica. Verū apud te/
gmēta fictionū nullę ſūt rhetoricę partes. Mera poeſis ē qcqd ſub velamēto cōponim⁹ et exqrīť exq̄ſite.

Qua in parte orbis prius effulſerit poeſis. Cap. VIII

SI mi rex qua ſub cęli plaga: quibus ſæculis: cuius opere hęc primo cōparuerit in terris exquiras
ix credo ſatis certū poſſe dari reſpōſum. Quidā aūt exiſtimati ſunt hāc cū ſacris cerimoniis ve Vbi pri/
erū originē habuiſſe: et ſic apud hebræos exortā: eo ꝙ ab eis primo deo ſacrificiū oblatū ſa/ mū poe/
cręteſtantur litteræ. In quibus legitur Caym et Abel fratres et primos natos orbis homines deo ſacrifi ſis orta.
caſſe. Sic et a Noe vndis cathaclyſmi ceſſantibus eo arcā exeunte deo ſacrū fuiſſe confectū. Præterea et
ab Abraā ſuperatis hoſtibus: dū melchiſedech ſacerdoti vinū obtulit atq; panē. Sane cū ex his qđ quæ/
ritur nō ſumať: dato vaticinātes potius q̄ probātes aſſerāt: minime arbitrandū ſacra hæc abſq; vlla ver/
borum ꝓlatione cōfecta. Subiungūt a Moſe: cū ſicco pede vna cū populo iſrael rubrū ſuperaſſet mare:
integre peractū: cum legamus eū ſacra: et ſacerdotes: et tabernaculū inſtar futuri templi erectū: et orō/
nes: quib⁹ placeť diuinitus iueniſſe: quibus aſpectis videbitur nō añ moſis ducis iſraelitarū tp̄s poeſim
apud hebræos habuiſſe princ piū. Qui qnīdē circa finē vitæ Marathi regis Sicioniorꝝ q dīē obiit āno mū
di. iii. mil. dclxxx. populū eduxit: et ſacra cōfecit. Sunt et alii gloriā hanc babyloniis largiri volētes. Quos
iter venetus puteolanus epiſcopus hyſtoriarū inuētor permaximus erat aſſerere cōſuetus dicacitate ꝓ/
lixa poeſim moſe longe antiquiorem: vtputa nembroth tēporibus ortam. dicebat. n. eū primū idolatriæ
inuentorē: eo ꝙ cū ignē mortalibus accōmodū vidiſſet / ac ex motibus eius atq; murmurationib⁹ variis
futura quędā cognoſceret eū deū fore firmabat: et ob id loco dei nō ſolū coluit caldęiſque ſuaſit: verū illi
tēpla cōſtruxit: ſacerdotes ordinauit: et p̄catiōes etiā adinuenit: quib⁹ I p̄cationib⁹ oſtēdebat eū exqſito

vſum eloquio:quod poſſibile ē:eſto vnde ſumpſerit nō explicaret liquido. Ego autē & ſi ſepiſſime legerī
apud Aſſyrios religiōis cultum:philoſophiæ ſtudium:& armoꝝ gloriā primo fuiſſe. Non tamē abſqꝫ alio
fide digniori teſtimonio facile credā apud barbaras & adeo imanes nationes originē habuiſſe artificium
tam ſublime. Græci iſuper apud ſe exortā poeticā autumant vt totis viribus affirmat Leontius:in quam
Quō Poeſis apd̓ Grecos erupit. credulitatē & ego paululum trahor:memor aliquādo ab inclyto præceptore meo audiſſe penes priſcos
græcos tale huic fuiſſe principium. Nā cum primo inter rudes adhuc hoies nōnulli cælſioris ingenii cœpiſ
ſent naturæ parētis opera admirari. & inde per meditatiōes ſēſum intrare credulitatē aliquē vnum eē. Cu
ius opere & iperio gubernarētur & ordinarētur cūcta quæ cernerēt:& eum vnum vocauere deum. Deide
exiſtimantes eum nōnunq̄ terras incollere arbitrari ſanctum fore:vt diuerticula ſuo nomini dicata veni/
ens iuenerit ei ſacras ædes erexere:ſumptu permaximo cōſtruxere:quas nos tēpla dicimus hodie. Inde
vt eum erga ſe propitium facerent quoſdā honores præcipuos excogitauerunt:Illis ſtatutis tēporibus ſi
endos:quos dixere ſacra. Demū quoniā quantum cæteris p̄ualere diuinitate rati ſunt tantum p̄ cæteris
honorandum:conſtituendas eius in ſacris argēteas menſas & aureas phyalas:cādelabra & aurea quæ/
cunqꝫ vaſa:& ex prudētioribus atqꝫ nobilioribus populi homines:quos dixere poſtea ſacerdotes:eoſqꝫ
in ſacris conficiēdis non vulgaribus quinimo precioſiſſimis veſtibus & thiaris atqꝫ lituis inſignes eſſe vo/
luere. Tandē quoniā videretur abſurdum mutos tacitoſqꝫ pontifices deitati exhibere ſacra voluerunt ver
ba cōponi:per quæ ipſius deitatis laudes & magnalia mōſtrarētur:& populi vota exprimerētur & preces
ſecundm opportunitates hoim porrigerētur eidem:Et quoniā appareret incongruum:non aliter q̄ ſi cū
vilico aut ſeruulo ſeu contubernali amico loquereris diuinitatē alloqui voluere prudentiores:vt exquiſi/
tus loquēdi modus inueniretur:quem excogitandum ſacerdotibus commiſere. Ex quibus aliq pauci ta/
Muſæus Linus. Orpheus. men:quos inter fuiſſe creduntur Muſeus Linus & Orpheus quadam diuinæ mētis inſtigatione commo/
ti carmina peregrina mēſuris & tēporibus regulata finxere:& in dei laudē inuenere in qbus:vt amplioris
eſſēt anctoritatis/ſub verboꝝ cortice excelſa diuinoꝝ myſteria poſuere:volētes ob hoc ne talium vene/
randa maieſtas ob nimiā vulgi notitiā in contēptus præcipitium efferretur:qd̓ artificium:quoniam mira/
bile viſum ē:& eo vſqꝫ inauditum:vt prædiximus ab effectu:vocauere poeſim ſeu poetes:& qui cōpoſue
rāt poetæ vocati ſunt:& quoniā nomē etiam fauet effectui creditur:vt omittamus additū carminibus cā/
tum & reliqua apud græcos originem habuiſſe poeſim. De tp̄e vero ambigitur plurimū. Dicebat.n. Leō
tius a Barlaā calabro p̄ceptore ſuo:& ab aliis eruditis viris i talibus audiſſe ſæpius tp̄oribus Phoronei
argiuoꝝ regis qui āno mundi.iii.M.ccc.lxxxv.regnare cœpit. Muſæum quē ex iuētoribus carminum vnū
diximus iſignē apud græcos fuiſſe viꝝ:& eodē fere tp̄e floruiſſe Linū:de quibus adhuc fama ſatis cele/
bris ē.q̄ eos apud nos ēt teſtatur ſacris p̄fuiſſe veteꝝ:& his ēt additur Orpheus thrax:& ob id primi cre/
duntur theologi. Paulus āt peruſinus lōge iuniorē poeſim eē dicebat non mutatis anctoribus aſſerēs Or
dicunt:quos ipſi non rogati ſponte ſua ſecuti ſunt. Magnis igit̃ imo permaximis vacāt redargutores noſtri.
Non eni paruum ē amori obſeq:cuius viribus primo Phœbus:ide Alcides monſtrorum domitores ceſſere
O q̄ ſatius fuiſſet ignaris tacuiſſe q̄ in ſuū dedecus emiſiſſe voces. nā ſi proſpectēt dū poetas accuſaſſe ſeſe
ſeipſos aduertēt monſtraſſe culpabiles. Ex hac ei accuſatōe quæ ſint eoꝝ ſtudia:quæ deſideria:quæ ruſticia
manifeſte cognoſcimus. Quid eni de his arbitrari poſſumus ſi puella laſciuis geſtibus:petulcis:oculis:blā
dis verbis ſpem polliceatur infauſtam: poſtquam a mutis ſeu tacitis carminibus ſeducuntur? Erubeſcant
igitur miſeri:& in melius inſanum ſuum reforment conſilium:proſpectentq̃ Vlyſſem gentilem hominem
non mutorum carminum:ſed mellifluos ſyrenarum cantus ſpreuiſſe:tanq̄ nocuos atq̃ tranſiſſe. Et vt ali/
quid circa vim vocabuli dictum ſit quod tanquam deteſtabile poetis obijciunt:vidiſſe debuerant:quoniam
Laſciui poetas le- & ſi Chriſto ſaluatori noſtro a iudeis obiectum ſit: qui illum ignominioſe ſeductorem dixere: non tamen
gūt ama- ſemper in malam partem ſumendum fore. Nequiuere enim illi abutentes ifandi homies vim veterem ſur
tios. ripuiſſe. Poteſt enim in bonam partem ſumi ſeducere. Nam rem curantes paſtoriam ab infectis armentis
nondum infectos ægritudine boues ſeduxiſſe ſolertis paſtoris eſt:& ſic nonnunquā eruditi homines gene/
roſos animos ab his qui morbo vitiorum laborāt ſuis ſeducūt monitis. quorſum illuſtres poetas ſeducere
ſæpiſſime credulos reor:& eos facere meliores:vbi hi seducti tractuq̃ ſuo non poetarum minus etiā hone/
ſtorum crimine in malam frugem ſi poſſint conantur offendere. O bone Ieſu auerte peſtē hanc ab ignaris
credulis. & hos loquaces corripe:ac adeo inſtrue vt exemplo tuo velint prius facere q̄ docere.

¶ Philoſophorum ſimias minime poetas eſſe. Cap. XVII.

SImias præterea philoſophorū ex his nōnulli qui ſe cæteris præferunt dicunt eſſe poetas. veꝝ nō
ſatis certū habeo an vt hominibus riſum incutiant: vti nonnunq̄ ſuis ſcōmatibus mulierculæ fa/
ciunt:an potius ex animi ſententia:quia ſic credant:ſeu mentis neq̄tia vt irrideāt iſtud euomant.
Primum quippe deberet idignanti animo a prudentibus tolerari:dū cernerent ab ignaris ex vi/
cis conſpicuis ridicula confici vulgo, cum paſſim per triuia aſini infulati & alpherati ſues:ac ex quo mauis ge
nere beluæ fimbriatis necnō & variatis pellibus incedentes amicti compeririantur facile: ex quibus decen/
tius q̄s volēs:poſſet cōfigere talia:Si vero credentes afferunt aut irrident vtrūq̃ tam ſtolide q̄ nequiter agūt
Eſt enim ſimijs vt aliquando dixiſſe meminimus hoc de more a natura īfixum vt velint dum poſſint viden/
tes quoſcunq̃ hominum actus imitari. Et ſic videtur hoc velle poetas imitatores:& inde ſimias eē philoſo/
phorum:quod minime ridiculū eſſet. Honēſti quidem vt plurimū homines fuere philoſophi:& bonarum ar
tium repertores. ſed fallūt̃ indocti. nam ſi ſatis intelligerent poetarum carmina:aduerterent omnes non ſi/
mias. ſed ex ipo philoſophoꝝ numero computandos:cum ab eis nil præter philoſophię cōſonum iuxta ve
Poetas philoſo- terum opiniones fabuloſo tegat̃ velamine. Præterea imitator ſimplex i nullo exorbitat a veſtigijs imitati:
phos eē. quod q̄dē in poetis minime cernit̃. Nam eſto a philoſophicis non deuient concluſionibus:non tamen i eas
eodem tramite tendūt:philoſoph⁹ vt ſatis patet ſyllogizādo reprobat qd̕ minus verum exiſtimat:& eo/
dem modo approbat quod intendit. & hoc apertiſſime prout poteſt poeta quod meditando concepit ſub
velamēto fictōis ſyllogiſmis omnino amotis:quāto artificioſi⁹ pōt abſcōdit. Philoſoph⁹ ſtilo proſaico vt ſæ
pius & eius fere paruipendens ornatum ſcribere conſueuit. Poeta metrice ſumma cum cura exquiſito de/
core cōſpicuo. Philoſophorum inſuper eſt i gymnaſijs diſputare. Poetaꝝ in ſolitudinibus canere. & cū iſta
inter ſe non cōueniant:non erit vt aiunt ſimia philoſophorum poeta. Si ſimias dicerēt eos cē natura poſſet
fortaſſe æquore aio tolerari:cū ꝓ viribus quicquid ipa:q̄cq̄d ei⁹ operatōe operat̃ perpetua:poeta celebri co
natur deſcribere carmie. qd̕ ſi iueniri velit iſti videbūt formas:mores. ſermōes:& actus quorūcūq̃ animan/
tium:cæli ſyderūq̃ meatus:vētorū fragores & ipetus:flāmarum crepitus ſonoros:vndarum tumores:mō/
tium cælſitudines:& nemoꝝ vmbras:atq̃ diſcurſus fluminum adeo aperte deſcriptos:vt ea ipſa paruis in
litterulis carminū ineſſe arbitrant̃. In hoc ego poetas eſſe ſimias confitebor: quod ego honorabiliſſimum
reor opus:ınid. ſ. arte conari qd̕ agit natura potētia. Sed q̄d plura? Eſſet talibus ſatius agere ſi poſſent:vt
nos vna ſecū efficeremur ſimię Ieſu Chriſti q̄ ſibi icognitos poetaꝝ irridere labores:cum cōtigat ſępiſſime
Ledens ſpe aliq̄ń leditur. tentantes alienū prurirū ſcalpere ēt ſuū aliorū cruentas vngues cum anxietate ſentire.

¶ Non eſſe exitiale crimen libros legere poetarum. Cap. XVIII.

H Iſ ęquitatis immo iniquitatis arbitri feruida rabie cupientes poetici nominis exterminium: quaſi
pauca in illud dixeris:altiſono inſuper clamitant hincinde boatu. O iſignes viri. O diuino redem
pti ſanguie. O gratus deo popul⁹: Si qua pietas: Si q̄ta deuotio:ſi quis chriſtianę religiōis amor.
Si quis dei timor vobis eſt:hos infauſtos poetarum libros abijcite:flammis exurite:& ventis ſeruandos
exhibete cineres:eos etiam vllo modo velle videre exitiale crimen eſt:animas lętali veneno ificiunt:vos
in tartara trahunt & cęleſtis regni exules in ęternum faciunt. Poſt hęc aucto clamore Hieronymum in te/
ſtem aduocant:eumq̃ dicētem aiunt i epiſtola ad Damaſum de filio prodigo: dęmonum cibus ſunt carmi/
na poetarum:& his ac ſimilib⁹ mltis toto gutture ignaros auditores intonant. O pietas. O priſca fides. O
dei patientia grandis:quid pateris? quid rerum conditor in erectas turres? quid in cælſos vertice mōtes ful
mina torques? Hi ſanctiſſime pater feriendi ſunt:qui doloſa lingua atque mendaci aliorum & perſępe inno

tuorum exitio ſibi aucupant inanem gloriam. Medici errores ſuos terra tegūt. hi prohitōibus atq; flāmis
ſuas conant ignorantias occultare. Quis ſimplex homo hos audiat q̄n arbitreť poetas pernicioſiſſimos eē
hoies: diuini nominis hoſtes: cōtubernales dæmonū: imites: maleficos: ſceleſti ſſēper vacātes operibꝰ: qbꝰ
nulla bonarum artium cura. nulla pietas: nulla fides: aut ſāctitas ſit. Et ſic hoꝝ ignorantium opere & iniqta
te conſequunť celebres viri ignominiam quā minime meruere. Sed ſpero deus videbit aliquādo. Nos aūt vi/
deamus ſi poſſumus quale ſit hoc tam iexpiabile malū quod hi cōmitti clamitant ſi teneanť: ſi videanť. aut
legať carmina poetaꝝ quæ hoꝝ contineant libri: quæ ſuadēt. q̄ damnēt: quę doceāt: iam ſatis ſupra decla
ratum eſt. Sed eis omiſſis volo aduerſus veritatem hos ſceleſta omnia ſcribere atq; ſuadere lectoribꝰ qd
tandem? gentiles fuere hoies: nō chriſtum nouere: ſuā extulere: quā ſacram arbitranť religionem: fictiōes
edidere: gratiſſimos & cōmendabiles vtero perſæpe gerentes fructus Sed qd inde? q̄ſo hos elegātiſſimos
clamatores dicant. Nunqd illis ꝓhibitum ſit ab aliqua veteri ſeu noua doctrina deoꝝ ſuoꝝ ſcelera quo vel
lent in ſtilo deſcribere? Nō equidē reor nec etiā xp̄iano fingēti dūmodo ſane itellecta fictio aduerſus catho
licā veritatem exenterata nil pariat. ſi non prohibitum eſt. Si hos legere non leges prohibēt: neq; ꝓphetę:
non ſacrę pontificum ſanctiones. quid tenere. qd legere mali eſt? inquiēt quia ſeductores ſint mētium dulce
dine ſua huic obiectioni pauloante reſponſum eſt. Verum ſi hi imbecilles ſunt atq; tractabiles ſibi caueant
memores prouerbii veteris: quo ꝓhibetur hos certamen lapidum non intrare: quibꝰ ſit galea vitrea. Fate
or tamen vltro longe melius fore ſacros ſtudere libros q̄ iſtos etiā ſi optimi ſint: ſtudētesq; acceptiores reor
eſſe: deo: pontifici ſummo: & eccleſię. Verum nō oēs nec ſemper eadem trahimur affectione. & ſic nōnunq̄
ad poeticos trahunť quidā. & ſi trahimur vel ſpōte noſtra in eos imus: qd' hoc crimē: quod malū eſt? poſſu/
mus ipune mores barbaros audire: ipſos ſi velimus ſuſcipere barbaros: eis hoſpitalitatē exhibere: eis ſi pe
tāt ius dicere: cū eis amicitias iūgere: poetaꝝ libros legere? ſi deo placet ab his viris doctiſſimis ꝓhibemur
Mānichei Arii Pelagiiq; & alioꝝ hæreſiarcharū exercrabiles errores: vt noſcamꝰ nemo ꝓhibet: q̄n ſcrute/
mur. Verſꝰ aūt legiſſe poeticos horrendū: vt hi clamitāt: imo lætale crimē ē: ioculatores i quadriuiis: vt pluri
mū inhoneſtos ludos agentes iſpicere poſſumus. Hiſtriones in cōuiuiis turpia canētes audire: Nebulōes i
popinis: Lenōes i lupanaribus: blaſſemātesq; pati: nec ob id ad tartara trahimur: poetica legiſſe poemata
nos ęterni regni facit extorres. Pictori etiam in ſacris ędibus fas ē pingere tricerberū canē Ditis obſeruātē
limina. Charonem nautā Acherōtis vada ſulcantē: Erynſſas hydris accinctas accenſiſq; armatas facibus:
ipm Plutonē infœlicis regni principem dānatis ſupplicia inferentē poetis ſonoro carmine hæc eadē ſcripſiſ
ſe ne fas: & irremiſſibile lectori eſt crimen? Pictori eidem cōceſſum eſt i aulis regū & nobiliū viroꝝ amores
veterum deoꝝ: ſcelera hominū: & quęcūq; cuiuſcunq; cōmenta pingere: nullo patrum ꝓhibente decreto &
hoc a qbuſcunſq; pro libito itueri permiſſū eſt. Poetarū inuenta ornatis lineata litteris plus a ſapientibus le
cta volūt mentes iſiciant: q̄ picta ab ignaris inſpecta? Quid multa? deficio: fateor volēs ſi poſſem aduertere
qbus viribus: qua potentia liuor edax & ignorantia hos boatores in tam grādem demētiam potuerit ipel/
lere. ſcire ſaltem debuerant: quia vas electionis teſtatus eſt: ſcire malum: malum nō eſſe ſed operari. Et ipſi
nouiſſimi præceptores credo: vt a ſuis mulierculis prudentiores habeantur: & inde pinguiores conſequan
tur offas: non verentur dicere ne dum ſcire dicam: ſed poetas legere pernicioſiſſimum eſſe. O faſtidium au
dire etiam: ſi omnino deſpiciendi ſint poetæ: nefarium fore ſi videtis margaritam ex luto colligere: quaſi ab
ſtergibile lutum illā minus fecerit precioſam. Nec erubeſcunt interptes hi hac præſumptuoſa atq; genera/
li ꝓhibitiōe ſua velle ex veritate fieri mendatiū: ſi dixerit aliquādo poeta imo eos dixiſſe toto denegāt ore.
Ridiculum eſt audire humani generis hoſtē diabolum potuiſſe verbum bonū aliquādo dixiſſe. Poetas aūt
eſto aduerſus cōſciētiā pauloante malos eē cōceſſerim: cū forte nonnullis p̄ter gentilicam maculā nil iho
neſtum iure poſſet obiici verbum bonū dicere nequiſſe. Vocať etiam nōnunq̄ a ſacris hominibus in teſtimo
nium diabolus: iuocaſſe poetam horum accuſantium auctoritate irremiſſibile crimen eſt. Sed nūc hos ꝓhi
bitores: & in exilium poetarum pręcones oro dicant. quid magis q̄ philoſophia potuit peccaſſe poeſis. Ve
ritatis quippe optima idagatrix philoſophia eſt: cōpertę vero ſub velamie ſeruatrix fidiſſima poeſis ē Si mi
nus recta ſentiat illa non potuit rectū iſta ſeruaſſe pediſſequa eſt: dominæ veſtigia imiteť neceſſe ē. ſi deuiet
illa: & hæc vt exorbitet a neceſſitare cogiť. Quid ergo cum gētiles philoſophos allegemus ore pleno: eorū
q; ſeruemus ſentētias: & nil fere niſi eorū vallatū anctoritate firmemus: dicta poetarū poetaſq; horrere ſci
mus atq; deteſtando dānamus: extollitur Socrates: honorať Plato coliť Ariſtoteles: vt de reliqs ſileam: q
omnes fuere gētiles: & perſæpe dānatis opinionibus erronei homines. Homerus ab obiurgatoribus n̄ris
pelliť: dānatur Heſiodus: Maro deſpicitur atq; Flaccus: quorum figmenta nil aliud ſentiunt q̄ diſputatiōes
illorū: quoꝝ quoniā dogma ſtudent: & ex his eſto cū difficultate non patente igenio quædā principiola ſū/
pſerunt: quaſi intellectum commendant. Poetarum vero: quoniam ſcripta negligunt: & ſic non intelligunt:
deſpiciunt & cōdemnant. Attamen quicquid clamitant: quicquid latrant: quicquid iubeāt vel ſuadent: ſi phi
loſophorum ſcripta: ſi barbarorum geſta: ſi hæreticorum perfidia legi poſſunt: & poetarum volumina abſq;
piaculo legi: teneri audiriq; poſſunt. mente integra atq; conſtanti: ne ſi quando aliquid in ortodoxam dice/
rent fidem tanq̄ ab illa exteri ſe lectores labefactari permittant. Nūc autem ſupereſt in extremum horum
clamorem pauxillum acrius inſtandū atq; prolixius: quoniā ea ex celeberrimi atq; ſanctiſſimi hominis au
ctoritate præcedentia omnia firmaſſe ſe credunt. Dicunt igitur clamitantes Hieronimum verbum ad Da
maſum papam: Dæmonum cibus ſunt carmina poetarum: quod ſi ſatis percepiſſent a nobis etiam fir/
matum aduertiſſent. & potiſſime vbi damnatum comicorum ſpurcicitiem atq; obiectam ſemel & iterum
ante iam diximus; ſed quoniam nulla poetarum facta diſtinctione inuidentiæ offuſcati caligine: & in

Vitro te ctꝰ: lapi/ des vitet

Impune docet poetas legi poſ/ ſe.

Q uec carmina, ſūt cibus demonū

quoſcūq; cæd irruūt propulſanda illorū ignauia eſt:& ipſi in perpetuum cogendi ſilentiū. Si igiť epiſtolas:ſi volumina Hieronymi. ſi hanc eandē:quā pducūt in teſtē:ſeu cuius auctoritate dānatos poetas volūt ſtudioſe legiſſent:iueniſſēt profecto verbū hoc a Hieronymo declaratū:& eius ſenſum appoſitū atq; obiectionē:quē taciūt eē ſolutā:& potiſſime ex figura mulieris captiuę raſo capite:depoſita veſte:reſectis vnguibus:& pilis ablatis iſraelitę matrimonio copulandę. Et ſi religioſiores atq; delicatiores ſanctis doctoribus eē nō velint cōperient hūc dæmonū cibū:nō ſolū nō reiectū flāmis:vt iubēt īmiſſum. ſed cū diligentia ſeruatū:tractatum atq; guſtatū a Fulgentio doctore atq; pōtifice catholico:vt apparet eo in libro:quē mithologiarū nūcupat ipſe:in quo elegantiſſimo ſtilo deſcripſit poetarū fabula exponendo ęquo modo. Auguſtinū doctorē egregiū cōperiēt nō horruiſſe poeſim:nec poetica carmina:qnimo ſolerti vigilantia ſtuduiſſe & intellexiſſe:qđ volētes negare nō poſſent:cū ſæpiſſime in ſuis voluminibus ſanctus hō Vergiliū alioſq; poetas inducat Nec fere Verg. vnq̄ abſq; alicuius laudis titulo noiat. Sicvt iterū dixerim Hieronymū doctorē eximiū atq; ſanctiſſimū. & triū linguarū mirabiliter eruditū:quē ignorātiæ eorū hi in teſtē trahere ſatagunt tanta poetarum carmina diligē ia ſtuduiſſe perciperēt atq; ſeruaſſe memoriæ. vt nil fere abſq; eorū teſtimonio firmaſſe videať. Videant ſi non credunt inter alia libri eius hebraicarū q̄ſtionū prologū:& aduertant:nunqd eū totū Terētianū fuiſſe ſentiant:videāt nunqd ſæpiſſime Hora. atq; Ver. ſibi quodāmodo aſſertores īducat:& nō ſolum hos ſed & Perſium alioſq;. Legāt inſuper eiuſdē facundiſſimā ad Aug. epiſtolā. Rimenturq; nunqd in ea iter illuſtres viros vir doctus poetas:quos ipſi tāto clamore cōfundere ſi poſſint conanť:enumeret. Porro ſi neſciunt perlegant actus apoſtolorū & ſentiāt:nunqd Paul⁹ verſus poeticos ſtuduerit & nouerit. Inuenient quippe eū nō faſtidiſſe in Ariopago aduerſus athenienſium obſtinationem diſputantē vti teſtimonio poetarū. eūq; alibi Menandri comici carmine vſum. dum dicit. Corrūpunt mores bonos colloquia mala. & Epymenidis poetæ ſi memini allegat verſiculū:qui aduerſus hos apertiſſime dici pōt dicēs: Cretēſes ſēper mēdaces/malæ beſtię:ventres pigri Et ſic nō qui ad cælum vſq; tertium raptus eſt:qđ iſti ſanctiores voluēt peccatū:vel turpe arbitratus eſt legiſſe atq; didiciſſe poetarū carmina Inſuper perſcruteňť qd ſcripſerit Dionyſius ariopagita Pauli diſcipulus:& xp̄i martyr egregius i ſuo hierarchię cæleſtis libro. Ex itētiōe qppe dicit perſequiť atq; pbat diuinā theologiā poeticis fictionibus vti inter alia ita dicēs: Et ei valde artificialiter thelogia poetic.s ſacris formationibus inō figuratis itellectibus vſa eſt. nr̄m vt dictū ē altum reuelās:& ipſi ppria & cōiectural reductiōe puidēs:& ad ipſum reformās anagogicas ſanctas ſcripturas & alia multa:q̄ ad hanc ſentētiā ſubſequunť. Et vt reliquos poſtremo ſinam:quos aduerſus beſtialitatē horū poſſē iducere. nōne etiā ipſe dominus & ſaluator noſter multa ī parabolis loquutus ē comico cōuenientibus ſtilo? Nonne & ipſe aduerſu s Paulū proſtratū Terētij verbo vſus eſt. ſ. Durū ē tibi contra ſtimulū calcitrare. Verū abſit vt putē chriſtū dominū a Terentio q̄tūcunq; diu ante fuiſſet q̄ hęc dicta ſint verba aſſūpſiſſe. Sufficit mihi ſatis eſſe ad firmādū ppoſitū ſaluatore noſtru noluiſſe q̄tūcunq; verbū ſuū atq; ſentētiā ore Terētij fuiſſe platū vt appareat nō omnino eſſe cibū demonū carmina poetarum. Quid nūc iquiēt boatores illuſtres? clamitabunt ne iſultabunt aduerſus carmina poetarū a ſuomet teſte reprobati:& aliorū plurū ſanctorū virorū teſtimonio victi atq; repulſi? Clamabūt æquidē iſuperabilis eorū rabies ē. Sed q̄ iuſte tu videas rex optime vide atq; quibus rō magis amica eſt q̄ obſtinata horū proteruia. His autē tam abſolute dānātibus iuſtiſſim⁹ iudex deus aliquādo retribuet iudēciæ meritū:& eade eis metieť mēſura qua ipſi alijs metiunť.

Hieronymi et Auguſtini exēplo poetas legēdos eſſe

Paulus apoſtol⁹ poetas allegare nō veritus eſt.

Minime poetæ oēs iuſſu Platonis pellēdi ſunt vrbibus. Cap. XIX.

Deerminimū viſum ē lati atoribus noctris conatus expoſuiſſe oēs vt e domibus ac manibus hominū ſi potuiſſent poetas excluderēt:& ideo ecce iterū agmine facto irruūt:& armati Platōis auctoritate iſando gutture ſonoras voces eructāt aiētes. Platōis iā dicti iuſſu poetas vrbibus eē pellēdos. Inde vt platoni deficiēti ſubueniāt:ſuperaddūt ne ſuis laſciuijs ciuiū mores iſiciant Cui obiectioni & ſi ſatis I ſuperioribus reſponſum videatur non pigebit iterum latius reſpondiſſe. Maximā igitur fateor philoſophi huius auctoritatē eſſe:nec ſpernēdam ſi ſane intellecta ſit:de ſenſu cuius profecto hi aut nihil aut peruerſe ſentiunt:vt apparebit. Oſtēſum tamē illis ē poetas ſponte ſua ſolitudines habitare:q̄obrem illos mōtanos & ineptos hoies nuncupabāt. Si aūt violēter vrbes icolerent. qs diceiēt morſores hi/dicerent eos eſſe tyrannos: Si vero nunc velint ſentētiam vertere:& eos cultores vrbium dicere falſum eſt. Cōſtat Homerum iter aſpreta ſcopulorū & montana nemorū poſt peragratum orbe extrema cum paupertate litt⁹ archadū habitaſſe:& ibidem mente videns:luminibus tamen ægritudine captus:ingentia illa atq; admiranda volumina nō Hyblæo ſed caſtalio melle perlita: Iliadis & Odyſſeę dictaſſe. Vergili⁹ autē igenio nō minor Homero:vrbe Roma tunc rerū domina neglecta:atq; Octauiano Cęſare. totius orbis pricipe:cuius ſigulari lætabať amicitia:omiſſo:quæſiuit ſibi haud longe a Neapoli cāpaniæ inclyta ciuitate:tunc etiam delitiis abūdante & ocio ſemotū locum qeto atq; ſolitario littori proximū:vt magni ſpiritus homo Ioannes barill⁹ aiebat. Inter promontoriū poſilibi & puteolos vetuſtiſſimā grecorū Coloniā:ad quē nemo fere niſi eū quæreret:accedebat. In quo poſt georgicū carmē:cęleſtē decantauit ęneidā. Cuius ſel ctę ſolitudinis Octauian⁹ pręſtare teſtimoniū volēs:cū feciſſet eiuſdem Vergilii a Brunduſio oſſa referri:haud procul ab electa ſolitudine tumulari iuſſit ſecus eā viā:quę adhuc puteolana dicitur:vt eo iacerēt mortua cuius elegiſſent in vicinio viuere. & ne ſēper per āntiqua vagemur:que oppugnatores quantuncunq; fauſto teſtimonio roborata ſit negāt facile. Franciſ. petrarcha cęleſtis hō profecto:& nr̄o ęuo poeta clariſſimus:nōne ſpreta Babylōe occidētali atq; pōtificis maximi beniuolētia:quā oēs fere xp̄iani ſūmopere cupiūt & pcurāt:& pileatorū orbis cardinū aliorūq; pricipū i vallā clauſam abiit:iſignē gallię ſolitudinē locū vbi Sorgia fōtiū rex oriť:& ibidem omnem fere floridam iuuentutem ſuam villici vnius cōtentus obſequio:meditādo atq; componendo

Vbi Homer⁹ ſcripſerit.

Vbi Vergilius.

Frāciſc⁹ petrarcha.

conſumpſit. Fecit equidē. ſtant veſtigia: ſtabūtq; diu. Parua domus & ortulus: & dū deo placet teſtes viuūt
plurimi. Si ergo ne plures recitē ſic eſt: minime edepol opportunum ē: vt in hoc q̃s labores īpendat vt abeū
tes vltro poetas vrbibus pellat. Vellē ego tñ ab iſtis audire: nunq̃d exiſtimēt Platonē dū reip. libꝝ ſcripſit ī
quo hoc mandat: quod iſti aūt itellexiſſe de Homero. ſ. vrbs illa placuiſſet eū vt be fuiſſe pellēdum: Neſcio
q̃d reſponſuri ſint. ego autē non credo: cum de eo multa laudāda iam legerim. Hunc. n. ſacratiſſimæ cæſaꝝ
leges omniū virtutū patrē vocitāt & ſępiſſime eorū latores: vt eas maiori veneratiōe dignas facerēt: & quo
dā ſacroſancto teſtimonio roborarēt: iter eas nōnunq̃ Homeri carmina miſcuere: vt in fine ꝓhœmij codicis Etiā ſunt
Iuſtiniani iliadis legit̄ carmē. & in eodē ſub titulo de iuſticia & iure: ſic & cc̄ trahēda emptōe & de legatis & ſi Homeri
dei cōmiſſis & alijs locis vt minus credentes poſſūt in pādecta piſana cognoſcere. Hūc iſuper ī ſuū ciuē plu carmina
res gręcorum egregiæ ciuitates eo etiā mortuo & paupere voluere. & de hoc iter ſe mouere litigiū: vt com mixtaē
p̄hēdi poteſt liq̃do per verba Cice. in orōne ꝓ Archia dum dicit: Homerum Colophoni dicunt ciuē eē ſu
um. Chij ſuum vendicant. Salamini repetunt. Smyrni vero ſuū eſſe confirmant: itaq; etiam delubrum ei⁹ in
oppido dedicauere. Permulti alij præterea pugnant iter ſe atq; contēdūt. Hæc Tulius. Quod etiam teſtari
a vetuſtiſſimo græco carmine ſatis iter eruditos vulgato legiſſe memini ſic aiēte. Septē litigant ciuitates de
radice Homeri: Samo: Smyrnæ: Chios: Colophon: Pylos: Argos: Athenę. Hūc pręterea ipe Plato in eodē
libro reipublicæ alijſq; perſæpe concluſionum ſuarum inducit in teſtem. Si igit̄ virtutum pater a legibus ha
bitus eſt: ſi legum decus: ſi tot ciuitatū ciuis etiam repetitus: ſi a præceptore ipo Platone teſtis aſſumptus:
ſtultiſſimum eſt arbitrari Platonem idem prudentiſſimum virum talem poetam vrbe pellendū iuſſiſſe. In
ſuper hoc Platonis iuſſu exiſtimabimus Ennium vrbe pellendum: qui honeſta paupertate contentus adeo Ennius.
ob virtutem ſuam carus ſcipionibus fuit hominibus quidem non ſolum armis & bello atq; ſanguinis gene
roſitate conſpicuis. ſed philoſophię domeſticis & ſanctitate more illuſtribus vt poſt mortem etiam vellent
ſuis maiorumq; ſuorum ſuos miſceri cineres: & ſuo tumulari ſepulchro. Si credant hi ego non credam quin
arbitror Platonē ſuam ciuitatē optaſſe taliū fuiſſe repletā. Quid p̄terea de Solone dicemus: q datis atheni
enſibus legibus: eſto iā ſenex eſſet: ſeſe conceſſit poeticis? vrbe ne pellēdū dicemus: q vrbē diſſolutā ī ciuilē
vitā moreſq; reuocauit? Quid iſuper de Vergilio noſtro? cuius vt reliqua ſinā tanto frōtis robore: & mētis ve Plato
recūdia iter coæuos & quoſcūq; minus decētia ouæq; audiebat pingebat: vt ob hoc iuuenis adhuc vocaret bonos
parthenias: quod latine virgo ſeu virginitas ſonat cuius tot ſunt ad virtutē ſuadētia monita: vt iam ſæpe di poetas
ctū eſt: quot ſunt eius carminū verba: cuius ne cōbureret̄ diuinū opus: vt ipſe Verg. moriēdo p̄ceperat. Octa vrbe ſua
uianus cæſar Auguſtus poſtpoſitis maximi iperij curis ꝓhibitorios verſus cōpoſuit qui in tēpus vſq; noſtrū non p̄hi
legunt̄: cuius adhuc nomē apud māntuanos tanto honore celebrat̄: vt cū cineres ab Auguſto ſublatos pro buiſſe.
votis colere nequeāt: eius agellū veterē ad inſtar viuētis hoīs ab eo denoīatū colunt: filiis iuuenibus tāquā
quoddā venerabile ſacrū penes parētes oſtēdūt. Cæteris aduenietibus: quaſi ſuā gloriā augētes ſollicite in
dicāt: nō abſq; virtutis p̄cipue teſtimonio iſta ꝑuenitūt: & nos virtuoſos vrbe pellēdos Platonē voluiſſe cre
dem⁹? O ſtolidū capitulū: poſſē de Horatio Flacco: de Perſio vulterano: de Iuuenale aq̃nate multa dicere:
per q̃ pateret liquido mētis Platonis nō fuiſſe tales vrbe pellēdos: ſed trahit animus vt viſa igerāt: & q̃ nulla
tergiuerſatione ab iſtis negari poſſint apponā. Credam ne igit̄ tantæ demētiæ fuiſſe Platonē: vt Frā. petrar Laus in
cham vrbe pellēdū iuſſerit q a iuuētute ſua celibē vitā ducens: adeo iepte Veneris ſpurcitias horret: vt noſcē gēs Pe
tibus illū ſanctiſſimū ſit exēplar honeſti: Cuius mēdaciā loetalis eſt hoſtis: q vitioꝝ oium execrator eſt: & ve tarche.
nerabile veritatis ſacrariū virtutū decus & lætitia: & catholicæ ſanctitatis norma: pius: mitis atq; deuot⁹: &
adeo verecūdus: vt inde dicat̄ Parthenias alter. eſt & iſuper poeticæ gloria faculta: is: orator ſuauis atq; fa
cūdus cui cū oīs pateat p̄hię ſin⁹: & illi igeniū p̄ter humanū perſpicax: memoria tenax: & reꝝ oium ꝓut hoī
pōt eē noticia plena: ex quo opera ei⁹ tā ꝓſaica q̃ metrica: q̃ plura extāt: tāto ſplēdore refulgent: tāta ſuaui
tate redolēt: tāto florido ornatu ſpectabilia ſunt: & lepore ſonātiū verboꝝ melliflua: & ſniarū ſucco mirabi
li ſapida: vt cæleſtis ingenij artificio poti⁹ q̃ humani fabrefacta credant. Quid multa dixerim? ꝑfecto hoiem
ſuperat. & in lōgū mortaliū vires excedit: neq; ego has laudes p̄dico: quaſi antiquū hoiem & lōgis an̄ ſęcu
lis defunctū cōmendē. Quinimo dū deo placet viuētis atq; valētis merita refero: quē morſores egregij ſi nō
litterulis meis creditis oculata fide videre poteſtis. Nec dubito: vt ex eo contingat quod vt plurimū famoſis
viris contigere cōſueuit. vt ait Claudianus: minuit præſentia phamā: imo audacter aſſero: quia huius ſupe Minuit
ret p̄ſentia famā. Tanta eni morum maieſtate: tanta ſuauis eloquētiæ facundia: tanta etiam vrbanitate: p̄ſentia
& compoſita ſenectute cōſpicuus eſt: vt de eo q̄d apud Senecam moralē philoſophū de Socrate legitur: dici famam.
poſſit: auditores ſcilicet eius plus ex moribus q̃ ex verbis traxiſſe doctrinæ: vt aliquādo de celeberrimo vi
ro iſto taceam: quæſo hos dicant: nunq̃d tales poetę a Platone pellant̄ ex vrbe. Et ſi pellunt̄ huiuſmodi re
ferent: quos introducturos ipſe ſit ciues: lenones: an veſpillones: atq; gnatonicos epulōes cęteroſq; ſeu for
te furciferos: aut ſimiles illis aſſument. O fœlix. O manſura diu Platonis reſpu. ſi poetas pellat: & hos ciues
habeat: & morum vitęq; hominū pręſides: Sed abſit vt arbitror doctiſſimū virū id intellexiſſe: quod ſeniiūt
interpretes hi. quinimo reor & poetas inſignes: & quoſcunq; alios ſimiles eidē: nō tantū ciuitatū: ſeu ſuæ rei
publicæ ciues eſſe. ſed principes atq; magiſtros. Sed inquient ſtomachantes hi: ſi hos non: quos pelli iubet
Plato poetas? Eſſet reſpōdēdū talibus. vos ipſi perquiratis cēſores inepti Sed quoniā ignorātię quorūcūq;
cōpatiendū eſt. & ſi male ſint meriti compatiendū tamē eſt. vti liquoribus oibus ſic facultatibus ſua fex: quę
eſto abominabilis: & abijcienda: non tamen defecatus liquor efficitur vilior & æquo modo facultas. Quid
enim philoſophia rerum omnium magiſtra veracius? hęc amurcæ loco: vt de cæteris taceam: cinicos ha
buit: & epicurios: qui infandis erroribus inuoluti fere eam dehoneſtare in nonnullis conati ſunt: adeo vt

hoſtes viderẽtur potius q̃ miniſtri. Sed quæſo propter hos Socratem: Xenocratẽ: Anaxagorã: Panetiũ: alioſq; hoc eodẽ inſignitos titulo abijciendos fore dicemus. Stolidũ & ignaui defectoris eſſet officiũ: qd chriſtiana vſq̃ religione ſãctius? & hæc donatiſtas: Macedones: Fotinos & alios habuit hæreſiarchas lõge feddiori fece execrabiles: nec ꝓpter hos iuſte Baſiliũ cæſarienſem: Ioannẽ chriſoſtomũ: Ambroſium mediolanenſẽ: Leonẽ papã: & alios ſacros ac venerabiles viros dicimus eſſe ꝓphanos. Sic & poeſis: vt de reliq̃s tacẽã habuit ſuã fecem: & fuere qdã qui comici poetæ dicti ſunt: quos ĩter & ſi nõnulli honeſti fuerint hoĩes: vt Plautus & Terẽtius: vt plurimũ turpiſſimis fictionibus ſuis ſplẽdidam poeſis gloriã ĩficere viſi ſunt: & his ſũgi põt aliquãdo pelignẽſis Oui. hi quidẽ ſeu mentis ĩnata laſciuia ſeu lucri cupidine & deſiderio vulgaris applauſus ſcęleſtis cõpoſitis fabulis eas min⁹ introductis recitabãt ĩ ſęnis: ex qbus laſciuientiũ pectora ꝓuocabant̃ in ſcelera: & conſtantiũ agitabat̃ virtus: & oĩs fere moꝝ diſciplina reddebat̃ eneruis: & qđ pernicioſiſſimũ erat q̃tũcũq;: & ĩ ceteris religio gentilium deteſtanda ſit populos in tã turpia ſacra deduxerãt: vt erubeſcenda a ſuis etiã videret̃. Huiuſmodi etiã poetas vt in pręcedẽtibus ſæpe dictũ eſt nõ ſola abhorret chriſtiana religio: ſed ipſa etiã abiecit gentilitas. Hi quippe ſunt: quos vrbe pellendos reor Plato iuſſerit. Ego aũt nõ vrbe ſed orbe tales exterminãdos fore exſtimo. Sed hos ꝓpter eſt ne Heſiod⁹ Euripides: Stan⁹: Claudianus: aut ſimiles ciuitate pellẽdus? Ego nõ arbitror. Diſtinguãt igit̃ hi: & ſi nõ odio laborãt indigno male meritos carpant ſua linquẽtes in pace conſpicuos.

Muſas inficit non poſſe ob defectũ laſciuiẽtis cuiuſq; ĩgenij. Cap. XX.

DOſtrẽo rex inclyte hi nomẽ poeticũ blaſphemãtes infãda temeritate perciti: ſilẽtia ſacra ſemotos ãtri gorgonei aditus: honeſta penetralia venerandę poeſis: & puellaꝝ choros: cãtuſq; diuinos intrare auſi ſũt: atq; diſſonis turbare clamorib⁹: & Boetij ſãctiſſimi atq; clariſſimi viri verbis armati eis. ſ. q̃ circa principiũ libri ei⁹ de cõſolatiõe legũtur ꝓhia loquẽte atq; dicẽte. Quis has ſcenicas meretriculas ad hũc ægrũ permiſit accedere: q̃ dolores eius nõ modo vllis remediis fouerẽt: verũ dulcibus ĩſuper alerẽt venenis. &c. oĩa nõ aliter q̃ victores cõplere clamoribus: & inocuas ludentiũ mẽtes ignominioſis opprobrijs cõmouere ſi poſſint. Et cũ non ſentiãt qd illa verba velint: Boetij ſolũ ĩſpiciẽtes corticẽ pudiciſſimas muſas nõ aliter q̃ ſi eſſent carneæ mulieres: eo ꝙ fœminini generis ſint eoꝝ noĩa. Inhoneſtas: obſcœnas: veneficas atq; meretrices eſſe ꝓclamãt: & eo ꝙ diminutiuo vtat̃ Boeti⁹ illas extremæ ſortis: & extremo etiã in lupanari a fece vulgi ꝓſtratas exiſtimãt: nec hoc ſatis: eſt q̃nimo hinc volũt poetas ẽ: eſſe hoĩes ĩhoneſtos ĩ argumẽtũ deducẽtes ſuũ. Si muſæ Boetij aſſertione meretriculæ ſũt ĩhoneſtę mulieres ſũt: & ſic hi qb⁹ familiares ſũt: vt ĩhoneſti ſint hoĩes neceſſe eſt: cũ amicitia ſeu familiaritas niſi ex cõueniẽtia moꝝ iungi aut ſtare nõ poſſint: eas autẽ eẽ familiariſſimas poetis cõſtat Liq̃do etiam carminibus eoꝝ teſtantibus: & ſicvt iam dictũ eſt: ĩhoneſti ſunt homines. Aduertis ne prudentiſſime rex in quẽ exitũ tẽdat illecebris horũ aſtutia: ſed qualiſcunq; ſit veritate lucida cõfundenda eſt: quot igit̃ & quę ſint muſæ: & quibus ĩſignitæ noĩbus: & qd per eas ſenſerint illuſtres viri: ſi bene memini ſupra libro. xi: operis huius monſtraui. Se ꝺ adhuc hoꝝ ĩpietate nõ quieſcente paululũ laborandũ eſt Satis ergo arbitror ex p̃mõſtratis aſſumi poſſe: duplicem eſſe poetarum ſpeciem: quaꝝ altera venerabilis & laudabilis ẽ: & pijs hominibus ſemper grata. Altera vero obſcœna atq; deteſtabilis: & ea ẽ poetarũ: quos dixi nõ vrbe tantũ: ſed orbe pellendos: æquo modo dici poteſt de muſis: quarum & genus vnum ſit ſpecies duę dici poſſũt. Nã dato eiſdem viribus: eiſdẽq; legibus actualiter vnaquęq; vtatur cum variis exactitatis videatur exprimi ſec⁹ hic ſcilicet dulcis. amarus ille: nõ ĩcongrue honeſtam vnam arbitrari poſſumus: & reliquam inhoneſtam. harũ igitur altera totis commendanda pręconijs laurea incolit nemora: caſtalium fontem: & quęcunq; religiõe venerabilia loca cognoſcimus phœbi ſocia floribus & ſertis ornata & dulcedine cãtus atque vocum ſonoritate ſpectabilis. Altera aũt ea ẽ q̃ ab inhoneſtis comicis tracta ſcœnas atq; theatra & q̃driuia tenet & fcęleſtibus fictionibus ob mercedẽ ſe inerti vulgo placidã exhibet: nullo cõmendabili ornatu conſpicua. hæc non cõſolatõe virtutũ: non ſalubribus antidotis: nõ ſacris etiam remedijs ægritudines languentium mitigat aut ſanat: ſed querelis gemitibuſq; in mortẽ vſq; amplificat: ea delectatione q̃ paſſionibus ĩplicitæ delectantur. ex qbus ſatis poſſunt & ignorabant videre poetis ĩfeſti: Boetiũ. ſ. dum muſas meretriculas ſcenicas vocitabat. de theatrali muſaꝝ ſpecie ĩtellexiſſe. ꝙ apertiſſime obiectores hi vidiſſe potuiſſẽt ſi qđ poſt pauca a philiſophia dictũ legit̃ ĩtellexiſſẽt: dicit ei. Sed meis eũ muſis curãdũ ſanandũq; relinq̃re. & vt euidẽtius appareret quoniã de ſecunda muſaꝝ ſpecie loqueret̃ perſæpe ĩ ſequẽtibus philoſophia ad curã & cõſolationẽ Boetij in eodem libro oblectamẽta carminũ & fictiões poeticas ĩtroducit Ergo poſtq̃ illas philoſophia ſuo imiſcet artificio: eas honeſtas eẽ exiſtimãdum eſt. & ſi honeſtę ſint & hi qbus familiares ſũt vt horum videtur velle deductio: honeſti ſit homies neceſſe ẽ. & ſic honeſtę ſũt muſę: & poetæ honeſti ſũt hoĩes quos & quas inuicem turpi nota in vacuum labefactari conati ſunt.

Muſę ſũt duplices

Alloquitur auctor regem. Cap. XXI.

QVibus potui rõnibus clementiſſime rex horum celantiũ maledicta retudi: & ni honeſtati peperciſſem meæ ĩtemerariam eoꝝ pręſumptionẽ: & vitam moreſq; ſuos lõge acrioribus verbis & aculeis acutioribus ĩuexiſſem. Reor tamẽ eos p̃ter dicta multa dicturos: qbus oĩbus reſpõdere voluiſſe in lõgũ nimis ꝓtẽderet̃ oĩo: & multitudo verboꝝ nimia perſæpe cõſueuit ne dũ aĩos magnis occupatos vt regii ſunt. ſed ẽt vacuos & ocioſos offendere. Et iccirco ne cælſitudini tuę tedioſus ſim: & ne videar hos extra terræ terminos fugare velle: cũ ignorãtiæ eoꝝ potius cõpatiẽdũ ſit: q̃ ĩ meritũ exterminiũ ꝓcedendũ his finẽ p̃ſtare mẽs ẽ. & qđ ipi nõ facerẽt: ego ante huius libri finẽ tua cũ grã feciſſe volo: poſuiſſe. ſ. meritã omnẽ: & eoꝝ ignouiſſe neq̃tię: & eos amicis alloq verbis: ſi forſan in cõſiliũ melius poſſim ĩpellere.

Poetici nominis hoſtes orat auctor: vt ſe in melius vertãt conſilium. Cap. XXII.

VOs igitur o prudentes viri iã ſi ſapitis iras ponite: & turgida ſedate pectora. Satis eñi imo nimiũ inter nos odijs decertatũ eſt. vos primi i iſ ſõtes iuluſtis arma: vt eos extermiaretis orbe. Ego ex aduerſo pectus oppoſui ei ꝓ viribus p̄ſtãte deo & meritis cãæ iuuãtib⁹ ne benemeriti ab iſeſtis pellerent hoſtibus. Eſto ſi aduerſum vos: ipſi inæquũ deſcẽderent campũ: q̄tũ p̄uale aut veſtris meis ꝙ viribus ſera pœnitẽtia noſcere tis. Belligeratũ tamẽ ẽ & eo vẽtũ: vt cũ aliquali offenſoꝝ gloria: q̄q̄ ſudore plurimo paululũ ſit omnino vincendi repreſſa libido: & vt ęquis legibus iri poſſit in pacẽ. Vadamus ergo eã ꝙ capeſſemus vltro: & qetem laboribus demus. librata eni ſũt belli p̄mia. Nã vos doctrinã ego refero aliquantulũ conſolationis in prędã: & ſic ſatis loci paci relictũ eſt. Credo ſi velitis quoniã cœpiſſe vos pœnitet & iõ eius fruamur bonis. qđ vt me animo dicere noſcatis: q primus laceſſitus ſum. primus ſeruare amicitiæ leges incipiam: & vt vos etiam faciatis: quę amicus caritatiue pauca dicturus ſum: æquo aio atq; tranquillo percipite. Ecce honorabiles viri qbus potui demõſtrationibus elucidaui: qđ ſit poeſis: quã vos ipſi nullam faciebatis: qui poete ſint: quod poetaꝝ officium: q mores: etiã fabulones ſcæleſtos hoies: ſuaſores carminũ: & mille malis iſectos clamabatis. Quid inde muſę ſint deſignaui: quas meretriculas dicebatis: & forte arbitrabamini lupanares. quos ſi tanti ſunt: ſi adeo venerabiles: non ſolũ nõ damnare debetis. ſed eos colere: laudibus extollere: amare: & eoꝝ vt meliores efficiamini ſtudere volumia. a quo ne vos retrahat: aut ætas annoſior aut famoſiores audiſſe facultates: conemini ex vobis ipis id poſſe quod de ſe nõ erubuit annoſus princeps & virtutum omnium ſingulare decus Robertus rex Hieruſalem & Siciliæ rex inclytus: q clarus olim phus & medicinæ p̄ceptor egregius atq; inter cæteros eius temporis iſignis thelog⁹ cum in ſexageſimũ ſextum vſq; ętatis ſuę annũ peruipendiſſet Vergiliũ: illũq; cũ reliqs more veſtro fabuloſum diceret hoiem: & nullius fore p̄cij ornatu ſubtracto ciminũ: q̄cito Frã. petrarchã arcanos poematũ referentẽ ſenſ⁹ audiuit: obſtupefactus ſeipſũ redarguit: & vt eo dicẽte meis auribus audiui: aſſeruit ſe nunq̄ ante arbitratũ adeo egregios atq; ſublimes ſenſus: & ſub tã ridiculo cortice vti poetarũ ſũt fictiones latere potuiſſe: vt aduertebat poſt demõſtratione ſolertis viri abſcõditos eẽ: ſuũq; miri cõpũctiõe dãnabat igeniũ: & iſortuniũ ꝙ tã ſero poeticũ artificiũ cognouiſſet: nec erubuit: aut ſenio & ſpe breuis in futurũ vitæ detineri potuit qn ſe poſitis ſtudijs ſplẽdẽtiũ facultatũ: vt plenũ e Vergilio ſẽſũ ſumeret cœpit operã dare. Sane feſtina mors nouũ iterrupit ſtudiũ: ꝙ ſi perſeuerare potuiſſet: qs dubitet qui i maximũ poetaꝝ decus & italoꝝ cõmodũ ſtudio tali vacãtiũ euaſiſſet? Quid ergo qđ regi ſapiẽtiſſimo ſanctũ viſũ eſt: vos ne arripere idignũ ducetis? vix credã. non eni vos tygres: aut imanes beluas reor: quoꝝ igeniũ vti illaꝝ ſeuitia in melius flecti nõ poſſit At tñ ſi p̄ter hãc piã credulitatẽ meã in pectoribus veſtris ipetuoſus adhuc i imeritos perſeuerat hoſtilis ardor i veſtrũ ſaltẽ decus quotiẽs vos linguę pruritus in verba irritat. q̄ſo per ſacrũ phiæ pect⁹. cui⁹ forſan aliquando mãmillas ſuxiſtis: ne in totũ poeticũ nomẽ adeo vos dedatis p̄cipites: qnimo ſi ſatis ſani eſtis diſtictiõe ſẽper vbi opportuna ſit vtamini: ipſa quidẽ in cõcordiã diſcordãtia reducit: & abſterſis ignorãtiæ nebulis intellectũ clarificat: & recta quo vult ducit igeniũ. Et hæc facitote ne ihoneſtis venerabiles iplicetis poetas: ex qb⁹ multos fuiſſe gẽtiliũ oſtẽſũ eſt. Sit ſatis vobis i illecebres comicos irruere: i hos iras euomere: i hos bona cæterorũ pace oẽ veſtrũ verſeť icendiũ. Præterea & hebraicis parcite. Nõ eni abſq; diuinę maieſtatis idigne laceſſiri poſſũt: & p̄monſtratũ eſt Hieronymo atteſtante quoſdã ex eis ſub poetico ſtilo ſãcto dictãte ſpiritu ſua ceciniſſe vaticinia: ęquo iſuper mõ & xp̄iani ab iiurijs imunes ſeruandi ſũt: plures ei ex noſtris poetæ fuere & adhuc ſũt: qui ſub tegminib⁹ fictionũ ſuaꝝ xp̄ianæ religiõis deuotos ſacroſq; ſenſus cõmendauerę. & vt aliqđ ex multis oſtẽſum ſit. noſter Dãtes dato ſermone materno: ſed artificio ſcriberet i libro: quẽ comœdiã nũcupauit: defunctoꝝ triplicẽ ſtatũ iuxta ſacrę thelogię doctrinã deſignauit egregie. Et illuſtris atq; nouiſſimus poeta Frãciſcus petrarcha in ſuis buccolicis ſub velamine paſtoralis eloquii veri dei: & iclyte trinitatis laudes iraſq; eius icalcantes ignauia Petri nauiculã mira deſcriptione notauit. Stant volumina itelligere volẽtibus ſẽſus apparẽt. Hos vltra vigẽt prudẽtii atq; ſedulii carmina ſacrã ſub tegmẽto expromẽtia veritatẽ. At arator nõ ſolum xp̄ianus hõ: ſed romanæ eccleſiæ ſacerdos & cardo: heroico carmine apoſtoloꝝ geſta more cãtando poetico deſignauit. Iuuẽcus iſuper hiſpanus hõ ſed ęque xp̄ianus ſub velamẽto hois: bouis: leonis: & aqlæ: xp̄i filij dei viui redẽptoris noſtri act⁹ oẽs etiã fingende cõpoſuit. Et ne plures in mediũ deducã: ſi vt noſtris ſaltẽ parcatis: nulla vos humanitas trahit: nolite ſeueriores eẽ matre noſtra eccleſia: quæ laudabili cõſideratiõe ꝓfectã s nõ dedignať cum multis: & potiſſime cũ Origene ſe hr̃e benigne Fuere eni huic hoi tã grãdes in cõponẽdo vires: vt nunq̄ circa id exhauſtũ videať fuiſſe igeniũ: nec in ſcribẽdo fatigata manus: ex quo in milia volumina variarũ materiaꝝ exceſſiſſe credať Ex qbus oib⁹ more ſolertis virginis: quæ iter ſpineta flores illeſis colligit digitis: & ſpinarũ aculeos ſinit ſeparatim vileſcere: omiſſis minus bene creditis laudãda ſũpſit: & iter ſuos theſauros ſeruari voluit. Videte igiť & examinate: & æqua lãce poetaꝝ dicta librate: & quæ minus ſancte ſcripta ſunt: ſinite. quæ aũt bene dicta ſũt nõ dãnate: q̄ſi exiſtimetis e ueſtigio clamore poetas i ſublato: Auguſtinos aut Hieronymos ab ignaro populo arbitrari. hi ei qbus æqua fuit cũ ſanctitate prudẽtia nunq̄ in poeticã: ſeu poeticæ artificiũ fecere. Verũ in errores gẽtilitatis recitatos ab eis: quos ſẽper ẽt circũſtãtibus catholicæ veritatis hoſtibus atq; recalcitrãtibus voce itrepida dãnauere: ſẽper aduertẽtes eoꝝ ſcripta tanta verborũ arte compoſita: & tanto lepore ſuauia: tanto ſniarũ ſale cõdita: tãto ornatu etiã delinita: vt ab eis expeti fore neceſſe videať qcquid quis velit latino elogo appoſuiſſe decoris: Et ne longiori ſermone vos traham: vt ait Cicero pro Archia: hæc ſtudia adoleſcentiam agunt: ſenectutem oblectant: ſecũdas res ornant: aduerſis profugium ac ſolatium præbẽt: delectãt domi non impediunt foris pernoctant nobiſcum: peregrinantur: ruſticantur: quaſi ipſi neq; attingere: neq; ſenſu

Anacephaleoſis

Robert⁹ rex ſero poeſim cepit ſtudere.

Quid petrar: ſub ſua Bucolicoꝝ fictione voluerit.

Prudentius

Seduli⁹.

Arator.

Iuuenc⁹.

noſtro guſtare poſſemus:tũ ea mirari deberemus etiã cũ in alijs videremus.& cætera Cum igitur non ſpernenda:neq̧ abijciẽda ſed colẽda ſit poeſis:& inde poetæ ſi ſapitis ſatis dictũ ẽ. Si aũt obſtinati perſeueretis i rabiem eſto vobis cõpatiar cũ aſpernandi ſitis:nihil ad ſufficientiam ſcribi poſſet

Genealogiæ deorꝫ gentiliũ liber.xiiij.deſinit:Sequitur.xv & vltimus liber in quo auctor purgat ſeipſũ obiectis in ſe.

Procemium.

FVndaui sereniſſime Rex:q̃bus potui armamẽtis hinc inde naui culã:ne æſtu ꝓcelloſi maris aut vẽtorũ aduerſo ĩpetu pellereť in litus:& illiſa ruptis compagibus ſolueret. Et ne crepitãtibus deſuper nubib⁹ in imbrẽ ſolutis ĩfeſtũ aut coruſcũ fulminibus ignẽ dilueret. aut verteret in cinerẽ:tegmẽta ſuperaddidi:q̃ opportuna ratus ſum:necnõ & ploreſis atq̧ rudẽtibus illã alligaui ſcopulis:ne ab vndis ſe retrahẽtibus vna cũ illis traheret in pelagus. Aduerſus vero dei iram nil mortaliũ obſtacula iuuãt:& ob id ſuis i manibus linquẽdam cẽſui.ipſe:abſq̧ cuius ſuffragio nil ꝓfecto ſtare poteſt:illã ſeruet miſericordia ſua. Nũc autẽ ſupereſt:vt iniecta in fatigatũ nautã tela excutiã:ac ſi poſſum qualitercũq̧ amoueam. Q uis eni dubitet q̃n petať a multis? Sane vt forte min⁹ æquo aio viſus ſũ:quandoq̧ tuliſſe quę in poeſim:& poetas imiſſa fuere ſic ſũma cum patientia quæ in nautam euolauerunt:quocunq̧ iuſſu miſſa perferam:nec huius patientiæ rõ longe abeſt. Indigne quippe meo iudicio pulchra poeſis:& elegantes hac in facultate viri laceſſiti fuere. neſcio vtrum ſuperborꝫ an ignorantium potius maledictis dixerim. Nauta autem non ſit. nam ſi pro viribus conatus ſit arte nautica per maris vertiginoſos anfractus:& confragoſa ſcopulis freta cymbam in tutũ deducere:ne iuſte redargui poſſit. Scio tamẽ quia multarũ rerũ ignarus ſit:& ideo ex multis eo minus ãduertẽte cõmiſſis forſan merito redargui poteſt. Agã igitur qd᷑ potero iuuãte deo ne oino temerarie videať egiſſe quod fecerit:ipſe me eripiat de faucibus malignantiũ. qui ex camino ignis ardẽtis eripuit illęſos iſraelitas pueros ſperantes i ſe:& in finem laboris extremi me deducat in ſui ſanctiſſimi nois gloriam & honorem.

Hõeſte de ſe loq̃tur author:

Minus opportuna precioſa fore nõnunq̃. Cap. I.

CIrcũſpiciẽt ſcio coloſſeũ hunc:vndiq̧ iam dicti:ſeu alij itentis oculis carptores egregij:eoq̧ cõſpecto ariolor dicturi ſint pia forſan intẽtione. Durũ eni hoi eſt hominũ mẽtes cognoſcere:tã grãde opus minime opportunũ eẽ:& ideo in ꝓcio nõ futurũ. hi q̃dẽ his paucis verbis fere opus oẽ cõcutiẽt:cũ a q̃dã nõ ſatis exꝑſſa veritate videať obiectio:nõ ſolũ colorari:ſed etiã approbari. Q uis eni nõ dicat ĩtuitu primo:nõ dicã nõ opportunas:ſed etiã ſuperfluas fore poetarꝫ fabulas:ex q̃bus hoc op⁹ oẽ cõſiſtit? Verũ aliter ego ſentiẽdũ reor. fateor ei fabulis hoc op⁹ cõſiſtere ſic:ſi cõceſſero illud min⁹ opportunũ. multa etiã nõ opportuna:& hęc iter opus hoc ꝓcioſiſſima fore mõſtrabo. & ide hoc opus quoniã vtile tã reipu. q̃ priuatæ ſit:oſtẽdã iter opportuna etiã numerãdũ:In ꝓcio igiť & maximo eſſe multa minime opportuna:& artificio hominũ adinuẽta:& naturæ opere facta mõſtranť. Exquirim⁹ ei lapicidas:cæmẽtarios:dolatores:& architectos:iſignes volẽtes domos cõſtituere:q̃s rudis villicus ex luto & paluſtribus calamis opportunas erigeret:Tẽpla:capitolia:palatia regũ populorꝫ atq̧ pricipũ maximis ſũptib⁹ cõſtructa:picturã ſuperflua decoramus:aureis cælatiſq̧ vaſis vtimur:cũ opportunitati poſſint deſeruire ſamia. Sic coronis purpureis veſtibus & armillis aureis delectamur:cũ laniciũ ſimplex cuiuſcũq̧ pecoris ſufficiat opportunitati:& ſic artes & ornamẽta:quæ minime opportuna ſunt in preciũ deuenere. Sed quia hæc ãbitione hominũ quis poſſet ꝓcioſa dicere:videamus nũquid naturã rerꝫ diſcretiſſimã etiã circa ſuperflua ambitioſã velimus dicere. Et q̃ſo ad q̃d capitis capillitiũ opportunũ ſit? nemo dicet:illud tamẽ multi firmãt adeo ꝓcioſum fore vt ſi abſq̧ eo Venus icedat ſuis etiã comitata gratijs Marti placere nõ poſſit:eũq̧ tãti eſtimatũ a Cæſare dictatore:vt ad contegendũ caluitiũ perpetuã laureã a ſenatoribus ĩpetrarit. Ad q̃d hoium barba:q̃ ſi q̃s ætate prouectus careat:non abſq̧ rubore hoĩbus imiſcetur alijs. Ad q̃d cornua ceruo. Ad quid pictę volucribus pennæ cõceſſæ ſũt ob ornamentũ non ob aliud reſponderi põt:& ſic ne per plura diſcurrã:qd᷑ alias nõ erat in ꝓcio ornamẽti cã efficiť precioſum. & ſic ornamẽti cã quid efficiť precioſum:hoc ꝓfecto opus erit in precio Q uid eni pulchrius in collocutionibus hoium q̃ nonnunq̃ imiſcuiſſe fabellas ſententijs? q̃d decentius q̃ fructuoſos fabellarum ſenſus eidẽ applicuiſſe colloquijs? & hoc op⁹ vnũquodq̧ pręſtabit abunde. hęc inſuper ponderoſis & accuratis orationibus:plurimum afferre decoris ſatis apparet cũ paſſim mixta ſcriptis Cice. Hierony. & aliorꝫ prudentiũ virorũ illa legam⁹. Poterat ergo ſufficere oſtẽdiſſe hoc opus ꝓcioſum ornamẽti cã. ſed huic ſuperadditur vtilitas quę ex hoc cõſequitur tã publica q̃ priuata:ex q̃ ꝓcium maius efficiť Exiſtimabant ei nonnulli poetas peritos hoĩes ſimplices tãtũ cõpoſuiſſe fabellas:& per cõſequens non ſolũ nõ vtiles ſed illos arbitrabanť dãnoſos & diſcurrẽtes legendo nullũ ex fabulis emolumẽtũ ſumebãt. hoc aũt opus dum fictionibus velamentũ amouet:& eruditos fuiſſe viros poetas oſtẽdit:& legẽtibus facit fabulas cũ delectatõe fructuoſas. & ſi qui falſa opione periſſe videbanť poetæ reip. iſignes & q̃ſi rediuiui redduntť & priuatim quæ icognita abijciebať vtilitas per hoc patefacta colligiť:& altiores ſẽſus & igenia legentiũ excitãtur:Præterea ſpero ſic volente deo:vti hactenus fuere conſurgent q ad poeticam mentes erigent:q̃b⁹ nõ modicũ:dum veterũ monimẽta perlegerint:cõmodi per hoc opus ꝑſtabitur:ex quo fiet ſaltẽ fabulis precioſum. Sed q̃d multa dicã? Si ceſſent quæ dicta ſunt oia:dũmodo princeps optime:cuius iuſſu:laborẽ ſumpſi tuo per hoc opus deſiderio ſatiſfactũ ſit:illud ꝓcioſiſſimũ duco Eſto laudabile ſit placuiſſe pluribus ſi ſic ſitue celſitudini minime gratũ ſit etiã ſi placiturꝫ atq̧ acceptabile cæteris veniat:parui apud me momẽti fiet. Tuũ igitur eſt iſtud precioſum facere aut ſi libet abijcere.

Librum ſuum docet non pœnitendũ eſſe.

Perſeuerare ſępe diutius quę minus duratura videntur. Cap. II.

B Adē forte pietate loquēt & alij dicētq; poſtq̄ rimoſum opus viderint nec bene cōpactū nec diu manſurū A ruinā præmonſtrātibus fatiſcentibus rimis. Ego his præmonitoribus h̄bēs ago gratias. excutiunt. n. ab oculis meis ſomnū meq; ſolertem faciunt: vt opportunitati p̄ſtē ſubſidiū. Verū quoniā ante cœptum opus ſit euaſurum illud ratus ſum ſi ſatis memores rex inclyte. Iſtud idē circa principium teſtatur his quibus potui rōnibus oſtendēs cur ſtrambū mutilū cicatricibus plurimū exiſtimarem illud futurū & vt ſatis apparet: & iſti aiunt: mea me non fefellit p̄meditatio. Et ideo circa defectū hunc iure excuſandus venio. Sane qbus adminiculis potui illud in robur deduxi nec poſtq̄ deductū eſt iexcogitatas aut nouas contraxit rimas. veteres aūt & p̄uidiſſe q̄ ariolanē iſti arbitror adeo repēte nō faciēt Nam ſi more mortaliū per cōiecturas de futuris p̄uidere velimus in longum perſeuerabit hoc opus. Vidimus. n. ſæpe in ſaxo firmatas arces in ruinā ire citius q̄ i paluſtri luto piſcatoria ſituata domus. Hi aūt q ſibi nō ſatis firma ædificia norāt vigilātes iſpiciūt ſępe: & ſi cſi exigat opportunitas reſtaurāt fundamēta: reſarciūt parietes tecta tignis: & ſolaria varijs adiumētis ſuffarciūt. & ſic q̄ ilico caſura videbanē: nōnūq̄ recta deducūē i ſęculū Sec⁹ q fortia ſe poſſidere exiſtimāt: nā dū ſecura qete tenenē & ecce lapis vn⁹ grādi pōdere p̄ſſus attritus crepitat: & oē ſecū attrahit ædificiū i ruinā. Sūt & alij cāus palatia ābit iudia: & od: a excidiū p̄ rāt. parua dom⁹ paucis & poſſeſſori cognita q̄diu deo gratū ē perſeuerat Q uis arbitrari potuiſſe ilionē recentē ad priam i ciuitatē: tot refertā viribus diuis iplēdidā regni totius aſię arcē toti minātē gręciæ lapſurā. citi⁹ pauperis aglai ſofidij gurguſtiolo? Sic & robuſtos vidimus iuuenes viuaci atq; p̄clara valitudie decoros perua iteruenīete febricula ſeu accidēte alio i repētinā fere p̄cipitari mortē: vbi nonūq̄ iualidi ſenes i lōgiorē ēt q̄ velit euaſere vitam Sed qd refert per exēpla diſcurrere: quoꝝ abūdātiſſima vita mortalis ē: dicāt iſti qđ volūt & ego qđ cupio arbitror. hoc tū ſcio certiſſimū. Niſi dn̄s cuſtodierit ciuitatē fruſtra vigilat q cuſtodit eā. Ipſius ē ſeruare atq; cōterere ipſius ſol⁹ ē q̄rū mūdana oia i lōgū duratura ſit: ſeu q̄ cito caſura ſcire. prudētū i eo ſpes ois ē. Ipſe videat. Ego qdē quia rimoſum opus meū cognoui: eidē humilitatē imperaui: ſciens quia de⁹ humilib⁹ dat gratiam. Sed quid ego de lōgitudine æui huius verbo facio: cū mihi permaximū ſit: ſi adeo rimoſum: adeo mutilū: adeo cauernoſum: vt illud cōpoſuiſſe potui: ad tuas vſq; manus mi rex peruenire queat: vt nō dicam vigilantiā: ſed obedientiam meam cognoſcas. Satis mihi hoc opus erit: ſi tandem vlterius perſeueret diuinę bonitati & fortunæ regiæ iputandū exiſtimo.

Op⁹ qđ minime remur nonnūq̄ diuti⁹ durat.

Aglaus pauper

Nequiſſe membra huius aptius collocari. Cap. III.

Vperueniēt quidā: Ariolor: & inſpectis: quæ alij iſpexere: dicent optabilius fore prudenti hāc cōcedere molē q̄ cōſiſtere diu: cū caſus defectus ei⁹ ſublaturus ſit: quos perſeueratio demōſtrabit: & hūc potiſſime qđ larū pect⁹ ex craneo: ex pectore tibiæ formatę ſint: & pedes i verticē reuoluti. O ſententia Socratis fœlices medici: quoꝝ terra teguntē errores. Cū ſcriptorū ſæpiſſime et ā benedicta: quoniā i p̄patulo ſint caninis lacerantur dentibus: at ſaltem infeſtentur latratibus quod ſūmo exquiſitū atq; compoſitū labore eſt: & illuſtriū virorū auctoritate vbi poſſibile fuit formatū: prætereuntiū verbis fere deiectū eſt Sed quid? patienda ſunt omnia vt cōculcetē humilitate p̄teruia. His tamē ſic aientib⁹ qd reſponſurus ſim nihil habeo preter q̄ nouerim de principio genealogiæ hui⁹ multos multimode opinatos qđ nec circa primi huius voluminis lib̄ ruinitū omiſſum eſt: atq; oſtenſum quoniā vetuſtiſſimum ſumpſerim: vt de cæteris aliqualis haberetur mentio: & huic vetuſtiſſimo capiti prout cōperiſſe potui ſucceſſiue pectus & reliqua mēbra appliqui. Si aliæ veriores ſint: aut potiorē oſtendētes ordinē q̄ nō nego fore poſſibile. & ſi multū vigilauerim plura & alia reuoluendo volumina nō vidiſſe fateor: nec noui quo ordine mēbra tam igētis corporis poſſent aptius collocari: & p̄ducāt ipſi in medium qđ nouerūt: vt eis viſis ſi iure q̄ ſcripſi dānanda ſunt: ſuis fides adhibeatē integra nā dixiſſe me tantū ex craneo cōfeciſſe pectus: & nil aliud oſtēdiſſe: eſt potius inique detrahere q̄ laudabiliter redarguere aut vtiliter emendare.

Scire ſe oſtendit obtrectatoribus obnoxiū

Nō appoſitū eſt quod minime cōpertū eſt. Cap. IIII

Amodes ꝓmontoriū ciliciı maris eſt iter Cidnū ſpira nūq; fluuios ſeſe protendens in cyprum.

Ampeluſia oceani occidui extremū ꝓmontoriū ē in mauritania vltra herculis colūnas:vbi quōdā luſa & cocta fuere oppida poſtea tingi:a quo tingitana mauritania dicta qđ oppidū ab antheo fuiſſe cōditū afferunt:hoc tamē ꝓmontoriū afri aliter noiant eſto idē quod apud græcos ampeluſia ſonet.i eo q dem priſci dixere ſpecum fuiſſe herculi ſacrū:& ide tingi oppidum vt dictum ē anthei opus:cuius in rei teſtimoniū oſtendebant incolæ parmam elephāti no tergori exectam:adeo ingentis magnitudinis vt nulli hominū æuo Nerōis pricipis vſui eē potuiſſet:eā q; incolę ab ātheo geſtatā aſſerebāt:& ob hoc præcipuo honore celebrem conſeruabant.

Ancoranꝰ mons eſt citerioris mauritaniæ cupreſſibus laudatiſſimis ad qđ cūq; opus abundans.

Anemurium promontorium eſt a pamphiliaſtin guens aliciam.

Angaris mons eſt iudææ.& vt percipi poteſt haud lōge a ſamaria.

Agnꝰ mōs ē excelſꝰ apud gallos ligures ſtimates.

Anaſiui mōtes dicuntur eſſe boeotię:quos penes aiunt moratı muſas.

Antelibanus mons eſt arabię libano ad oritem appoſitus in quo a que quū libano colligi ſcıura dicunt extenditur quidem circa regiones vrbis damaſci:& in ſortem cecidit tribus Manaſſe.

Anthinum promontorium quod penes corinthia ci ſinus ē:nō amplius.M.paſ.latitudinis habens.

Aonas helicōis montē dicūt eē boetiæ:muſis ſacꝝ nec deeſt qui dicat aonem thraciæ montē:& ab eo aonidas dici muſas.

Aothe mons eſt inſulæ ſamos:ſeſe in altum erigēs per.x.M.paſſ. Vide Strabo/nē i iij.

Appenninus mons igens a nōnullis is quē paulo ante nominauimus alpes creditus eſt. Et pēnnū volūt denominatū ab Hannibale pœno:a quo primo peruium factū putant. Sed opinio longe vulgatior ē eum eſſe apēninum qui omneī longū tendēs Italiā ī partes ſeparat duas & a dextris inferū ſpectans mare:a ſiniſtris autem ſuperum:in ſiculū vſq; fretum progreditur. Hic autem ſecundum quoſdam a ꝓmōtorio monichi eſſe finem ligurum maris incipit. Vnde & alpes & in aquilonē tere tendēs vna cū alpibus a dextris linquit bagitenos & cum ad mantuanos gallos deuenit:in orientem flectit eis a ſiniſtris derelictis:& Sēganis a dextris vbi albitimulo & albagaunū & Genuam & velliates gallos cū ex parte alia habeat ciſpadanos & auguſtā taurinorum. Alij vero putāt inter veneris portū & Macræ fluminis hoſtium quod penes vt arbitrant aliqui Liguſtinus inchoat ſinus:eum initium ſumere:& in boream pauxillum tēdere:ac iam dicto mōti ſeparanti ciſpadanos gallos a Liguribus in finibus veliatum ligurum iūgi & inde i euro auſtrūvērgēs tythenum mare:Lunam ciuitatem:Lucam:Piſas & nobiliſſimam tuſciæ ciuitatem Florētiam ad meridiem finit. Ad aquilonem autem padum fluuium:Parmam:Mantuam Vergilij:Rhegium Lepidum:Mutinam:& ſtudiorum matrem Bononiam. Hinc a dextris ad vlteriora procedens: Aretium: Corthonam:Tranſimenum lacum:Peruſium: Fulgineum Spoletum:Meueniam:Tudertū:Vlſinas: Faleras:Narnas:& olim rerum dominam Romā vrbem conſpicit. Aleua autem Cornelij forum qđ & Imolam dicimus Fauentiam:& Rauennam:& Sabinoium Coloniam:Forum Liuij & Pompilij in de curuam Celenā:Ariminum:Penſaium fortunæ phanum:& Senogalliam. Tandem ſeſe i modum cubiti flectens ſeu ſui potius partē iaciēs id: adriaticum promontorium facit:cuius in extremitate Auchonam veteres condidere gręci:inde Firmum Picenum:& eſculū:& poſt hos Marſos pelignoſque populos:donec alium flexum faciēs altiſſimis verticibus Garganus dictus in adriaticum deuehatur fretum:ſub quo ſypontum vetus Diomedis oppidum. Demum prætereuehens a dextris vrbem Tyburim: Catılli:Peneſtras:Ferentium: Febractę riam:& Aquinum linquit: & maximum ſui in ty

Syriā Coelen vocat.i. depſſā

Stabo i Tertio.

Bonōia. ſtudioꝝ mater.

Imola.

rhenum protẽdens brachium Volſcos fere omnes
includẽs in Cyrceũ deſinit montẽ: quẽ vetus fama ẽ
extitiſſe iamdudum Circis veneficæ regiam. Hinc
theanũ Sidicinum: & quas dixiſſe debueram: Terra
cinam atq; Caietam: Sueſſam: Minturnas: Capuã
atq; Neapolim: & Sãnio atq; Lucania Cãpaniã di/
uidens ſcabroſis culminibus in finẽ cãpani ſinus ex
currit Mineruæ promontoriũ fere vſq; ꝓtendens i
Capreã icludẽs cũ campania Veſuuiũ: Pompeios t
Noceriam: Stabiã: Surrentũ. Poſt hæc habens i vi
ſceribus Beneuẽtũ. Hic Salernũ: Lucanos Brutioſ/
q; omnes: mutato nomine Calabros nominant in
colæ: ſpectans nõ deſinit donec Rhegiũ extremum
Italiæ oppidum ſeſe vehendo contingat: relictis a
leua Dauni regno Bardulis: Bario: Brunduſio atq;
Tarẽto & ſuorũ ſaltuum icolis Salẽtinis: Petilia idu
mei. Cretone: Caulone: Locriſq; atq; Saleo: & Leu
copetrã linquens: vbi ſupra diximus in fretum ſec⁹
Rhegiũ finem fecit diuiſus: vt creditum eſt: & ſaxo/
rum ingentiũ fracturæ teſtantur terræmotu a Pelo/
ro primo in Italiam verſo ſiculoꝝ promontorio &
variis multiſq; vorticibus inſignis in ſe multa conti/
net oppida: & paſcuis ſyluiſq; abundans ex ſe hinc
inde flumina emittit maxima & famoſa.

Apollinis promontorium in aphrica eſt inter candi
dum & mercurij ꝓmõtoria in ſardiniam ſe ꝓpellẽs

Aprodiſias promontorium eſt minoris aſiæ.

Aracinthus mõs eſt Mineruæ ſacer & celebris car/
minibus poetarum. Verum veteres in qua ſit regio
ne non concordant nam alij dicũt eum atticę regio
nis montem. quidam eum eſſe thebanum: nõnulli
ambracium: & alij archadum.

Vbi Ararath mons Armeniæ maioris eſt: i quo veteres
Noe Ar omnes concordare videntur archam Noe ceſſãte
ca conſe diluuio conſediſſe: & eius reliquas cõſueuere pere/
derit. grinis indigenę demonſtrare: dixeruntq; armeni lo
co exitum ſeu egreſſum: eo q; ibi Noe archã egreſ/
ſus ſit.

Araxum Pelopõnenſium promontoriũ i cephalo/
niam verſum.

Arentinus mõs eſt haud lõge ab vrbe Roma: i quo
præneſte ciuitas ſita eſt.

Arcabrum ſeu arthabrũ promõtorium Hiſpaniæ vl
terioris eſt: vaſto ſe cornu protendẽs in mare: & hi
ſpaniam verſus occiduũ finiens: terras maria cęlũ
q; diſterminare videtur. hoc aliqui Oliſponẽſe dixe
runt ab oppido ei oppoſito Et quidã vocauere ma
gnum: eo q; maris occupet plurimum.

Strabo Arcobares mons Indiæ ẽ: quẽ alij cacobates dicũt:
ex Cau/ iſignis quidem: eo q; ex ſe Gangẽ profuſiſſimũ ori/
caſo entaltum flumen effundat.

Gangẽ Arge⁹ capadociæ mons ẽ: arduus plurimũ: & omni
fluere aſ tempore pruinis rigens: eumq; dei habitaculum ve
ſerit. teres accolę credidere. Subiacet ei Mazata ciuitas
Capadocum metropolis.

Ariobargenes mõs eſt aſiæ iter maſſagetas cõſtitu
tus & parthos.

Arius mons eſt in inſula chio: in quo naſcuntur opti
Vinum ma vina a monte aruiſia nuncupata. eſto ſint qui di
chium. cant eũ promontoriũ & aruiſium vocitatũ.

Arpendus mons eſt pamphiliæ: cuius in radicibus
eurimenidum defluit fluuius.

Artagus mons ẽ capadocũ: ſub quo Maziacũ ciui/
tas quæ poſtea cæſaria nominata eſt. credo idẽ cũ
argeo de quo pauloante dictum eſt.

Artemiſius mons eſt archadiæ.

Artemius in argolico ſinu mons eſt.

As mons eſt macedonum.

Aſcreus mõs i boeotia eſt: a quo & vicus denoiat
vnde poeta inſignis Heſiodus oriundus.

Aſterion mons eſt in ſinu argolico.

Aſtrixim mons eſt aphricæ ab aquilone habens lit
torales aphricæ populos: a meridie vero harenas
iacentes ad oceanũ vſq; i quibus vagant̃ gaulales
æthyopes. alij vero eum mauritaniæ montẽ volũt.
eſto non multum intereſt. nam & aphrica & mauri/
tania iunctæ ſunt.

Aſuaus mons eſt chaoniæ cuius in radicibus aous
fluuius.

Ater mons ẽ aphricæ e regiõe ſubatra: hic quidẽ lõ/
go ſpacio ab oriẽte in occiduũ protenditur: & a no/
ſtris ater vocatur: eo q; aduſto ſimilis ſ. t nec diſtat
multum a Matelge oppido gramantum.

Athlas vetuſtiſſima fama celeberrimus mons eſt.
Hũc aliqui in extremis mauritaniæ finibus conſiſte
re volũt. aliqui ab æthyopibus: clara ditis & flumie
bambaro ad montem thenotem dicunt: & promõ
toriũ heſperũ decem dierum atq; noctium nauiga/
tione per oceanũ eum locãt. Mons quidẽ ſupra nu
bes excelſus vertice: aſpectu ſqualidus ea parte q̃
ſpectat oceanũ a ſe denominatum. qua vero aphri
cã ꝓſpicit nemoroſus atq; opacus & fontibus atq;
fluminibus irrigu⁹: & omnium generum fructuum
abũdãtiſſimus. Eius ſupremũ culmẽ ſemper aſſe/
rũt eſſe niuoſum. Inferiores aũt partes a ſerpẽtib⁹
elephantibus & brutis aliis occupatas aiũt. Pręte
rea referunt tanta taciturnitate ſilere per dĩe: vt nõ
abſq; horrore quodã & occultę diuinitatis ſuſpitõe
adeatur. Nocte vero ad iſtar cæli crebris lucere lu/
minibus: & reſonare cãtibus atq; tinnitibus cymba
loꝝ tibiaꝝ & fiſtularũ egipanorũ atq; ſatyrorum.
Sũt inſuper q referant imas eius radices denſis al
tiſq; ſyluis repletas incognito ex genere arboꝝ ꝓ/
ceritate ſpectabiliũ: frondeſq; cupreſſo ſimiles ha/
bẽtiũ i rore valẽtes perpetuo eaſq; p̃ter odores ſua
uitatẽ obduci lanugie quadam ex q̃ ſi arte exculta/
ſit: poſſint nõ aliter q̃ ex bombice veſtes fieri. Hũc
inſuper nõnulli thelamonẽ noiari volunt: ſicut nilũ
flumen melonem aſſuerunt nuncupari.

Athos macedoniæ mons eſt: ſeu vt qdã perhibent
thracię: mari ægeo ſupereminens: & altitudinis mi
randæ. Aſſerunt quidẽ eũ vmbram ſuã in Lẽnũ vſq;
inſulam efferre: quam aiunt alij. lxx. M. paſſuũ. Alii
vero. lxxxvi. ab Atho diſtãte. Hui⁹ præterea vertex
vt ꝓ cõperto demonſtrant: ventos nubeſq; ſuperat
cũ relictos cineres annui ſacri aliqbus caracterib⁹ i
ſignitos anno trãſacto redeũtes in nullo mutatos i
ueniãt Dicunt etiam huius in culmie fuiſſe oppidũ
noie acrothon ibidẽq; ętatẽ hoium dimidio q̃ alibi
longiorẽ. Extat etiam hic mons ſuperbiæ Xerxis
perſaꝝ regis perpetuũ monumẽtũ. nã aduerſ⁹ athe
niẽſes & lacedęmonas veniẽs: cũ iter feſſũ & abdõ
ponte facto ex aſia in europã pedibus ingẽtem tra
ieciſſet exercitum Athon ſuperare claſſe diſpoſuit:

eo ꝙ defeſſo hominum opera a continenti diſſũxit nauigabili facto itinere longitudinis .lxxx. M. paſſ. cũ latitudinis eſſet M.d. & ſic athon non ſolum mõtem ſed mare vndiq; circundatum traductis nauigijs inſulam dereliquit.

Atritas achaiæ promõtorium eſt: haud lõge ab aſineo ſinu.

Auene promontorium mauritaniç occidentale. nã iter iſtud & capen gaditanũ coartatur fretum.

Auentinus ex ſeptem vrbis Romç montibus vnꝰ ẽ quem aliqui volunt ab auibus e tyberi aſcendentibus nominatum. alij volũt ab auentino aboriginũ rege ibidem occiſo atq; ſepulto nuncupatum. Sunt & inſuper qui dicant eum a ſabinis ibidẽ a Romulo ſuſceptis a quodam prouinciæ ſuæ monte nomen impoſitum. aliqui ab aduentu hominum eo ꝙ ibi cõmune latinorum dianæ templum conſtitutum ſit dictum. Nõnulli alio ab aduentu appellatum. nam dicunt eum mõtem paludibus a cæteris fuiſſe diſcluſum: & eo ꝙ ex vrbe ratibus ibidẽ veheretur: auentinum vocatum.

Aulon mons eſt vinetis abundans.

Azan phrygiæ mons ẽ in quo iupiter & cybeles coli conſuerant. alij putant apud archades eſſe: & ibidẽ eo ritu quo apud phrygios colebantur: coli iouẽ matremq; deorum.

Azaræ mauritaniæ mõtes ſũt diſterminãtes a mauritania aphricam.

BAal mõs Ermõ circa libanũ i finibus alophilorum eſt. aliqui eũ dicunt baalermon quem ego ſic vocari arbitror.

Balbus mons eſt aphricæ: iſignis latebra Maſſiniſſæ regis a ſyphace ſuperati eſt. n. fontibus abundans & paſcuis: agroq; carthaginenſi propinquus.

Baliſta mons eſt galliæ ciſalpinæ ſitꝰ apud ligures.

Bargillus mons phœnicũ ſyriæ conterminus eſt.

Barbaſtenes mons ẽ laconũ: non ãplius .x. M. paſ. a lacedæmone diſtans.

Bebius campaniæ mons eſt ignẽ ad iſtar ętnæ ſyculæ vaporans.

Beſegor & fegor mõtes moabitarum ſunt: quorũ i ſummitate balaã ariolus a balach rege deductus eſt vt malediceret iſraelitis.

Berecinthius mons eſt phrygiæ i quo dudum cybele mater deum ritu gentilicio perſanctiſſime colebatur: a quo etiam berecinthia dicta eſt.

Beris ſuper miniandam in armenia mõs eſt: in cuiꝰ vertice arbitrati ſunt veteres multos tempore diluuii ſaluatos. nec deſũt qui dicãt ibidem archam applicuiſſe Noe: & diu poſt oſtenſam ab icolis ſeu eiꝰ reliquias extitiſſe.

Binon promontorium vltra cyrenem eſt iter duas ſyrtes protenſum maiores claudens.

Blagnia mons ẽ hyberniæ: cuius i radicibꝰ tres nobiles ſcaturiunt fluuij: berua: eorus: & ſyurus omnẽ fere irrigantes inſulam.

Boreas mons eſt epyri. dyrrachio primus.

Borion promõtorium numidiæ ſic a græcis dictum ꝙ a borea vento infeſtetur ei quidem hypotegiꝰ ſuperimpoſitus in hyponis nomen permutatum.

Brutinum hiſpaniæ promontorium eſt.

Brutium promontorium Italiæ in ionum mare tendens haud longe a caulona & conſentia.

Bracæ montes ſunt diſterminãtes mauros ſuperiores & ęthyopes peroſos a radicibus nigrenſium fluuium effodentes. [Vide ply i quarto]

Brileſſus atticæ regionis mons eſt.

Buli mons eſt ſyriæ haud longe agari. [Ioſue ſepulchrũ]

CAas mons ẽ ſyriæ i tribu effraim: iſignis tumulo ieſu filij naue. nam diu apud vicantanam ſepulchrum eius ab icolis forenſibus oſtenſum eſt.

Caditus ſeu caliſtis cretenſium mons eſt adeo in vertice cadẽs vt a nauigantibus nubes potius arbitrentur q̃ vertex.

Cęma mons eſt apium dirimentium togatã galliã a comata ex quo varus fluuius emittitur. [Cẽmenũ forte Strabo vocat.]

Caphareus mons eſt euboeæ altiſſimus: promõtorium faciens: quod in helleſpontum protenditur: apud qđ plurimi græcoꝝ a troia redeuntium fraude Nauplii cupientis vlciſci mortem palamedis filii ſui iniuſte perempti: periclitati ſunt.

Caldone promontorium indiæ propinquum flumini ſalſo: haud longe a loco vbi quondam Eufratis hoſtium.

Calicandium aſiæ minoris promontorium eſt terminus nauigationis a Romanis poſitus Antiocho magno ab eis ſuperatũ.

Calidromus achaiæ eſt promontorium haud lõge a ſinu maliaco.

Caligon ꝓmõtoriũ eſt i oceanũ orientalem tẽdẽs. [Strabo mõtem vocat.]

Calpe hiſpaniæ mõs eſt: totus fere i mare ꝓminẽs abilæ qui in mauritania ẽ oppoſitus: quẽ vt de abila dictum eſt: alteram herculis columnam vetuſtas credidit aſſerens eum cum abila ſeparatum: & ide oceanũ mole mõtis ante retentum in medias exũdaſſe terras: anguſtoq; freto europã ab aphrica ſeparaſſe. Sũt pręterea qui velint apud Siciliæ pharũ calpem alium eſſe.

Calon ſeu chion promontorium cretenſe i occiduũ vergens.

Cambalidus indiæ mõs ẽ & caucaſi ramus ſub quo Meſſalene & ide nobiliſſimus i bactrios trãſiꝰ.

Camenta cypri promõtorium eſt ſolem ſpectãs occiduum.

Canaſtreum macedoniæ promontorium ẽ: cui Sena proxima.

Canatus citerioris Hiſpaniç mons excelſus ẽ: cuiꝰ vt aiunt in vertice lacus profunditatis imperſcrutabilis colore niger: de quo miranda referunt incolç. dicũt enim ſi quis lapidem aut aliquid durum in eũ iecerit: confeſtim tempeſtatem oriri: eiuſq; in abdito ſpecu palatiũ eſſe dęmonibus & alia plura meo iudicio fabuloſa.

Candania mons eſt epyri a dyrrachio diſtãs .lxxx. viii. mil. paſſ.

Capitolinus mons eſt Romæ: eo ſic dictus ꝙ cũ in eo fundamẽta foderent̃ ędis iouis. humanũ caput inuentũ dicit̃. Antea quidẽ tarpeius dictus a virgie veſtali Tarpeia: q̃ ibi a ſabinis necata atq; ſepulta: & adhuc eius ſaxũ tarpeium appellatur. Hũc eũdẽ montẽ tradiderunt vetuſtiſſimi ſaturnium appellatum: & ab eo late ſaturniã terram: & in hoc ãtiquũ [Capitolinꝰ olim Tarpeiꝰ]

etiam fuiſſe oppidum cui ſaturnia nomen cuius in
longum poſtea tria manſere veſtigia. Nam ſaturni
fanum in eius fuit faucibus & ſaturnia porta: quam
Euphra poſtea vocauere Pandanã: & poſt ædẽ ſaturni i ędi
tis oſtiũ. ficiorũ legibus parietibus ſũt poſtici muri ſcripti.
Capontes vel catopen ſecundũ alios mons eſt ſcy
this proximus cuius ſub radicibus haud longe a zi
mara ſeu zizima dicunt euphratem oriri.
Caralitanum promontorium puto ſardiniæ ſit ver/
ſus aphricam tendens.
Noe Ar/ Cardenni montes ſunt armenię maioris: in quibus
ca. arcam Noe reſediſſe ceſſante diluuio a nonnullis
traditum eſt.
Cardidũ promõtoriũ aphricæ ẽ ſardiniæ aduerſum
Vbi ſunt Carina mons cretæ iſulę eſt ex quo mirabile recitatᷣ
nulle aiunt enim: cum mollis ſit: nec amplius. ix. M. paſſ.
muſce. ambitus intra hoc ſpatium nullas reperiri muſcas:
nec mel ibidem factum nuſq̃ attingãt.
Cariobarzanes mõs ẽ inter maſſagetas parthoſq̃
Carigini ſamariæ lętiſſimus mons eſt ciuitati ſicio/
niorum ſupereminens.
Carmenię promõtorium puto perſici maris cui iun
guntur populi armogei: & ibi portus macedonum
Heliæ eſt & aræ Alexandri.
manſio. Carmelus phœnicum mons ẽ. Heliæ prophetę ſpe
ctabilis manſione: & oleis arbuſtiſq̃ & vinetis con
ſpicuus: per dietas circiter duas diſtinctus: huius in
radicibus palus eſt cẽdebora ex qua progreditᷣ bel
lus fluuius harenas trahẽs ad vitrum conficiendũ
cryſtalli emulum cæteris præualentes.
Carmelus mons alter a ſuperiori i gallia ẽ de quo
naba.
Cartandrus mons eſt iter perſas mœdoſq̃ poſit⁹.
Caſſinus mõs eſt campaniæ vbi dudum Apollo co
lebatur ab incolis cuius fanum deſtructum a Bene
dicto ſanctitate inſigni viro ſub beati Martini titulo
ad honorem veri dei celebris eccleſia conſtructa ẽ:
& eo loco in quo fuit ara Apollinis erectum eſt alta
re: ac ſub Ioãnis baptiſtæ nomine cõſecratum.
Caſyr⁹ mõs perſidi propiquus: cui appoſitæ vrbes
ſeleucia. & ſeſinare:
Caſius ſyriæ: mons ẽ: haud longe ab antiochia: ſub
quo olim ſilentia libera Pieria appellata. Hic mõs
altiſſimus eſt. nã ãbitu ad cacumẽ. xviii. M. & paſſ.
dicitᷣ. altitudo autem per directum. iiii. M. paſſ. de
eo antiquitas mirabile quoddam refert. Aſſerit eni
quarta noctis vigilia in orientẽ per tenebras Solis
globum ſurgentem videri: & ſic paruo corporis fle
xu ſurgẽtem ſolem inde profundiſſimam noctem
Sepul/ intuetur aſpiciens.
chrũ põ/ Caſius mons alter a ſuperiori. hic enim in arabia ẽ
pei pelusio egypti conterminus: haud longe a loco qui
dicitur Aſtracinæ nobilis ſepulchro Pomp. magni.
Caſpius mons ſub boreali plaga conſtitut⁹ ẽ & ab
eo caſpium mare cui conterminus eſt denominatũ
Caſtalius mons in delphis: muſis ſacer.
Catabathmon mõs parthonio propiquus ẽ: cui &
Alexandri caſtra vicina ſunt.
Catacriſea mõtes ſunt in eo deſerto per quod trãſi
tum fecere filij iſrael ab ęgypto in terras promiſſio
nis venientes. hos quidẽ auro fertiles aiunt: eoſq̃
penes perhibetur Moſem librum Deuterónomij
deſcripſiſſe.
Catillus mons eſt prope tyburim ciuitatem Romę
vicinam a Catillo fratre tyburi conditoris tyburis/
denominatus.
Caucaſus orientalis mõs & famoſiſſimus eſt. Is q/
dem ſecundum quoſdam inter oleos qui ſunt ad ci
mericum mare: & albanos vltra caſpium ſub ſeptẽ
triõe iacẽtes eleuatur: primo & perpetuo iugo vſq̃
in orientem extremum protendi videtur: ſecũdum
varias illi nationes adiacẽtes varia ſumens nomi/
na: eumq̃ Taurum mõtem ſeu tauro monti iunctũ:
credidere plurimi: eo ꝙ percoatras armenię mons
iter taurum & caucaſum poſitus illos iungere videa
tur. Sed fluuius eufrates ex percoatra deſcendens
& in meridiem defluens: & ad ſiniſtram taurum de
relinquens eſſe diſiunctos oſtendit. & ſic a dextris i
ter oleos ad albanos vbi portas habet incipit cau
caſus: ſic dictus eo ꝙ ſẽper eius vertices niue cãde/
ant. nã incolaꝝ ligua candor dicitur caucaſ⁹. A por
tis autem caſpiis ad armenias vſq̃ pilas ſeu ad ty/
gritis fontem inter armeniam & hyberiam: qui ver
tices caucaſi ſunt acroceraumi appellantur: de qui/
bus ſupra. A fõte autem tygris vſq̃ carras iter par
thos Maſſagetaſq̃ Ariobarzanes nominatᷣ: A car
ris vſq̃ ad Cadippin oppidũ iter bactrianos & hir/
canos moniarmali dicitur amomi ibidem naſcẽtis
iſignis: a quo collis ſubſequens dicitur parthau. Ab
oppido vero Cadippi ad ſaphrin vicum inter duas
ſarcaraucas & parthionas mõs eſt obſcobares ex
æquo gautes & lacer exũdat. A fõte gangis vſq̃ ad
fontem fluminis orthogorræ qui a ſeptentriõe eſt
vbi montani paropaniſade taurus eſt. A fontib⁹ or
thogorræ vſq̃ od orthogorræ ciuitatem inter hirca
nos & ſcythas & gangaridas caucaſus ẽ. Vltim⁹ au
tem inter eos & paſiadras mõs lanibus vel imau⁹
vbi criſotoras fluuius & ſamara promontorium ab
oriẽtali excipiuntur oceano: & ſic imauus extrem⁹
eſt caucaſus. Alij taurum totum hunc volunt: eum/
q̃ ab oriente noſtrum vſq̃ mare deducũt: caucauſo
huius tam longi montis nil præter particulam oriẽ
ti propinquam donantes.
Caulon calabrię ſeu brutiorum mons eſt in finibus
Italiæ freto ſiciliæ propinquus: baccho fertilis & cui
eiuſdem nominis oppidum fuit.
Calidonium vltimum eſt tauri promõtorium: in no
ſtrum effuſum mare:
Celius mons eſt a cele Iubeano nobiliſſimo duce
tuſco dictus: eo ꝙ Romulus aduerſus Latinũ regẽ
cum auxiliaribus venerat inclytus quidem multis
titulis. Sed nec minus inſignis eſt ꝙ in eo poeta En
nius habitauerit.
Celticum promontorium hiſpaniæ in oceanum ꝓ/
currens.
Cenum promontorium in ſeptentrione directum.
Cenus extremum Italiæ promontorium verſ⁹ pelo
rum ſiciliæ tendens: non amplius. xii. ſtadiorum in
teruallo diſtantia.
Ceraſon Chriſeon promontorium propontidis in
quo Bizantium oppidum cui poſtea nomẽ conſtan
tinopolis.
Cerauni mõtes in epyro oriunᷣ & exinde continuo
iugo ripheis iũgũᷣ: a parte altera i euxinũ & Meoti

da atqꝫ tanaim cadunt. Altera vero in caſpiū.

Cercius mons eſt haud longe a theſſalia a me pe quippe eunti theſſaliā inuenit. to

Ceſpius vrbis mōs eſt regiōe exquilia apud ædē iunonis lucinæ.

Chaldarus mons eſt hyberniæ.

Chymera:vt videāt logici quia aliqd ſit:mons eſt ciliciæ apud phaſelitas catinā a licia diſterminās. huius quidē ſummitates perpetuis flagrāt flāmis quæ quidē augētur aqua ſuperinfuſa.terra vero in iecta extinguūtur. Alit ꝑterea mons iſte circa fūmū leones:paulo autem infra capreas:ſuntqꝫ radices eius ſerpentū pleniſſime. Bellorophon aūt glauci filius hūc purgauit noxiis & habitabilē fecit:a qui bus fabulæ locus adinuentus eſt.

Cibalni mōtes ſunt thraciæ in quibus caiſter fluui us oritur.

Cillenius mons eſt archadiæ : celebris natiuitate Mercurii.

Cymborū promontoriū ſub ſeptētrione & in oce anum aquilonarē protenditur.

Cibelus phrigiæ mons in quo cybeles deū mater colebatur olim denoiata cybeles ab eodē.

Cibotus mons olim fuit:et in eo oppidū noīe ca/ ritate q terræmotu abſorptus eſt vna cū oppido.

Ciminus etruriæ mōs eſt i quo et eiuſdē noīs lac⁹

Cinthius mōs eſt iſulę Deli:famoſus apollinis na tiuitate:cuius tā grandē magnitudinē dicūt vt vm bra ſua ægei maris ambitū tegat.

Cireneū promontoriū in aſia minori:haud longe a monte Mina.

Circes ſeu circeus mons Italiæ & caietæ ꝓpinqu⁹ ſic a circe venefica:quā ibidē habuiſſe regiā volut denoiatus. Eius in ſūmitate & oppidū eiuſdē no/ minis fuiſſe pregrande dicunt. prætetea aſſerunt hunc olim a continenti fuiſſe diſiunctū:non quidē freto ſed paludibus:et oſeum alias Otheū āte no minatū ao horrore trāſeuntiū: credentiūqꝫ ibi ho mines i beluas trāſmutari. Tandē ex albanis mō tibus limus effluēs cōpletis paludibus eum fecit terræ cōtinuū. Cirthamons eſt phocidis ſeu ver/ tex alter parnaſi montis in quo olim celebre toto orbi oraculū fuit apollinis. Citherū boetiæ mōs eſt poetarū carmibus celeberrim⁹ nec longe athe nis extollitur. Aliqui partē Parnaſi putāt a cithero ne quodam denominatū in hoc eni præcipue cole batur Bacchus ſecundū aūt alios: venus: eamqꝫ dicunt ab eo cithercam fuiſſe vocatam.

Cithorus mons eſt paphlagoniæ abundās buxo ī ſpaciū.lxiii.M.paſ.porrectus:loco veneto clarus: a quo paphlagonios in Italiā cum antenore trāſ/ uectos venetos appellatos.

Citria promōtoriū eſt cariæ:ēſto ſint qui dicāt illū Deli montem.

Clareus mons orientalis eſt in regione quæ dicit apouertene.

Clarius eſt mons colophoniæ in quo colitur apol lo:& ab eo clarius nomiatus.

Clibanus mons apud calabros eſt haud longe a lacinio promontorio.

Climax æthyopiæ mōs eſt ſecus rubrū mare : vbi honeſti homines & rubri maris tenentes imperiū

fœminæ prolixis barbis inſignes venatiōibus va cantes:tygreſqꝫ habentes pro canibus & pardos etiam nutrientes.

Cordei mœdorū ſunt montes.

Cophantus bactrianorū mons eſt:nocte flāmas emittens e vertice.

Colaicum indiæ promōtoriū in taprobanē inſulā ſeſe ferentem.

Corambus promontoriū paphlagonū in ponto haud longe ab amne parthenio. Ait:Chy mere ignem.

Corax oetholiæ mōs eſt altiſſimus inter caliopo lim & naupactum.

Corax mōs eſt non longe Tyburim a corace fra/ tre tyburti cōditoris Tyburis dictus.

Coreb mons regionis Madian eſt iuxta ſinū ara/ biæ iminens:qui quidē venerandiſſimus eſt ob cre bram iamdudū veri dei apparitionē. Forte le gendum Oreb.

Coritus ciliciæ mōs eſt inſigni ſpecu memorabilis qui in ſummo mōtis vertice corito oppido ſupere minente amplo ſatis hiatu patet & in ꝓfundū de/ miſſus quāto magis demittitur:tanto amplior ef/ ficitur et vndiqꝫ pubētibus lucis adeo pulcher atqꝫ admirabilis ſe intuētibus aperitur vt mētes ad ſui ratione cōſternat:qui cū & aſſuefactos non ſaciet per deſcenſum vnicū & anguſtū atqꝫ aſperū.m.d. paſ.inter amœnas vmbras & oppaca ſyluarum ri uis hincinde quoddā aggreſte ſonātibus. Aſt vbi in finē deſcenſum eſt: ſpecus apparet alter. Verū cymbalorū ſonus terret adeūtes ingreſſu primo et aliquādiu ſpectabilis incedēti fit obſcurior:& in gentis amnis ſe extollentis fons aſpicit : qui vbi paruo curſu maximū demonſtrauit impetū: cōdit ſe. Intra vero ſpaciū horribile & incognitū auguſtū tamen ſacrūqꝫ adeo vt a diis habitari veteres cre didere incolæ. Alius præterea ſpecus vlterius eſt quem Tiphoneū vocant auguſto ore: et vt exper ti tradidere quidā preſſus & aſſidua nocte ſuffuſ⁹: eūqꝫ dicūt aliquando tiphonis fuiſſe cubile & in ſe dimiſſa cōfeſtim exanimat. Memorādus eſt & fa/ bula & natura. Mons aūt extrorſum Croci pluri/ mū ferax eſt adeo vt ſint q credant ob hoc illi no/ men coritus poſitum.

Coris theſſaliæ mons eſt:ſerpētes producēs qui/ bus Sypas nomē eſt nō ꝓpriū habētes colorē ſed loci ſilenni in quo morant iumentes:morſu quidē nō aſpero ſitim ingerunt:et inſanabilis eſt.

Coritus mons creditur ætruriæ a corito vetuſtiſſi/ mo rege Electræ viro & Dardani patre vna cū op pido in eodē exiſtente denoiatus.

Corſicus mons eſt vltra hiberiā & hircaniā ex quo naſcūtur ex vicinis fontibus cyrus et cambiſes in gentia flumina.

Coronæ achaiæ promontoriū.

Craeon mons eſt inſulæ leſbos.

Crimoca ꝓmōtoriū euxini maris arduo ſupercilio

Criſe ꝓmōtoriū eſt oceani orientalis apud ſeres.

Crocodillus ciliciæ mōs eſt a parte amāni flumis.

Crocus mons eſt in creta inſula.

Crotonius mōs achaiæ:piſæ ciuitati ſupereminet.

d Adai montes ſunt indiæ olim cliopedia re/ gine propinqui.

Dardanus mons eſt apuliæ.

Delphicus mons inter hiſtriã & mentoriã eſſe fer
Strabo tur cuius inculmine exiſtentes aiunt ex lõginquo
Dictẽn uauigia venientia cernere.
nũcupat Dicteus cretæ inſulæ mons eſt: a dictea nympha
quæ in eodẽ colebat̃ dictus :q quidẽ adeo eſt inver
ticibus albus:vt a nauigãtibus q̄vertices poti⁹ ex
iſtimãtur. In hoc aiunt iouẽ quẽ deum ſtolidi arbi/
trabãtur abſcõditũ a matre & a curetis nutritum.
Dimaſcus mons eſt in miconia inſula.
Dindimus mons eſt phrigiæ in quo galli ſacerdo
tes cybelles et ſacra matris deum celebrare & ſe
abſcindere cõſueuerant.
Dinarete ꝓmontorium inſulæ cypri.
Diomedes ꝓmontorium in dalmatia.
Diptamon cretæ inſulæ mons eſt abundãs dipta/
mo herba:a quo et ipſa nomen ſortita eſt.
Dodona chaoniæ mons:in quo & ſylua eiuſdẽ no
minis & in ea olim fuere quercus e quibus colum
bæ cõſueuerant reſponſa dare quærẽtibus.
Doloroſus mons in anglia eſt.
Drepantium ꝓmontorium eſt ſiciliæ.
Dyrrachium epyri mons eſt:vbi caſtrum eſt quod
petra dicitur.
Duniſcos ꝓmontorium eſt attice regionis.

e Bitei mõtes ſunt apud bathimos ad o
ceanum meridionalem.
Ebron mons eſt paleſtinorũ haud lon
ge a Gaza ſyriæ ciuitate:cuius in verti/
ce olim ſenſon noctu Gaze ab hoſtibus incluſus
portas vecteſqꝫ detulit.
Edon mons thraciæ eſt.
Effran iudeæ mõs eſt in quo olim ſicem fugitiuo/
rum ciuitas fuit.
Egialeus atticæ regionis mons eſt.
Elatus Cephalaniæ nobilis mons eſt.
Eleome mons eſt macedoniæ.
Elicon boetiæ mons eſt: muſis dicatus celebriſqꝫ
poetarum carminibus:ex quo inter alia flumina
parmeſus egreditur.
Emimodimus mons eſt hyberiæ ponticæ.
Emochi montes ſunt indiæ.
Emodus mons pars caucaſi creditur:quẽ cũ ſupe
De hoc rioribus:quos emochos:vocant idẽ credo.
Strabo Emus mons aliqui dicũt theſſaliæ ſit : et in eo lo/
in ſeptio cũ deſcribũt.qui tẽpe dicitur. Alii vero thraciæ attri
buũt:huius celſitudinis adeo grãdis phama fuit:
vt crederetur ex huius vertice adriaticum & Euxi
num mare poſſe diſcerni quod experturus Philip
pus Demetrii filius macedoniæ rex : illũ cõſcẽdit:
nec abſqꝫ labore plurimo. Nã circa medium adeo
ramorum arborum innexione denſum inuenit : vt
præter impeditum iter nonnunq̃ cælum vix cerne/
re poſſet. Et cum poſt diẽ tertiã ab incœpto a radi
cibus itinere deueniſſet in culmen: cõtecta nebu/
lis omnia cõperit & vulgatæ opiniõis omia falſa
et ſic ſpe fruſtratus duabus aris ioui ſoliqꝫ in verti
ce cõſecratis deſcẽdit. Hic vna cũ Rodope & orbe
lone ſacris liberi patris & mœnadum cetibus Or
pheo vate primũ initiante celebris fuit: qui vaſto
iugo procumbens in pontum oppidum habuit in
culmine ariſteum. Volunt alii ꝙ ennius ea in par/
te quam aratores celebrant ſcythæ oſtendant tu/
mulum Polidori:vbi gramen alias geraman vrbs
quam vocant barbari Catiton:& ex ea ferunt pig/
meos fugatos a gruibus.
Eos mons eſt ad arabicum mare.
Epopon dudum mons pithecuſarum inſule capa
no in ſinu:ex quo cum repente flãma emicuiſſet i
in ꝓceſſu campeſtri ſolo æquatus eſt
Eracleum ꝓmontorium eſt colchorum.
Ercinius germaniæ mons inſignis eſt.
Eridanus mons eſt dyrrachii.
Erimanthus mons finibus cõſtitutus eſt archadię
in quo Hercules aprum cuncta vaſtantem viuum
cepit:eumqꝫ Euriſteo detulit regi.
Erix ſiciliæ mons eſt:drepano ꝓpinquus: cuius in
ſummitate fuit olim ericinæ veneris templũ ab eri
ce eiuſdẽ filio:& a quo denominatus eſt mons:cõ
ſtitutum. In hoc autem ab ænea Anchiſes ſecun/
dum quoſdam tumulatus eſt.
Erminius mõs eſt luſitaniæ in hiſpania.
Ermon mons amorreorũ eſt vltra iordanem:quẽ
phœnices vocant ſanor:& amorrei ſanir: cuius in
vertice inſigne fuiſſe templũ ſumme celebritatis
apud gẽtiles dicitur. Diſtat duobus mil. paſſuum
a tabor & eius eſt adeo vertex frigidus : vt ex eo
ad delitias nobiliũ æſtiuo tẽpore ferãt niues tyrũ.
Eſperuceras ꝓmontoriũ extremũ aphricæ eſt ad
uerſus dorchadas inſulas olim gorgonũ domos
æthyopum heſperorum confine.
Eſperus mons æthyopum eſt ſub aphrico ſitus.
Eſtie ꝓmontorium boſphori eſt.
Etheodontia mons eſt græciæ termopolis ſuper/
eminens.
Aetna mons in medio ſiciliæ orbi toto celeberrim⁹
fama:et cũ ſublimis plurimũ ſit: ſolituſqꝫ culmine
celſo globos ignis emittere/hodie deficiẽte iã ſub
terraneo ſulphure ſolum fumos emittit. Cuius in
ſummitate duos eſſe crateres :e quibus olim eru/
ctabat flamma dicunt indigenæ. Circa quos aſſe/
runt eũ eſſe cinereũ & niueũ vt plurimũ tectum cũ
circa radices amœniſſimus montiũ ſit:limpidiſſi/
mis fontibus et frutetis abundans. Et quoniam
perſepe terremotibus agitatur regio:fabulã fin/
xere veteres:eum ſcilicet a ioue Tiphei capiti ſu/
perpoſitum:quaſi ſuſpirans Gigas flãmas emit/
tat euomere oẽm:et tremere dũ fruſtra excutitur
In hoc oppidum ingens ſui nominis olim fuit.
Eucalegon mons eſt haud longe a ſigeo troiano
rum ꝓmontorio.
Euganeus mons eſt venetiæ : quem vt quidã pu/
tant incolæ dicunt hodie paduanum patauio
proximus.
Eup roſepon promontorium ſyriæ eſt non longe
a ſydone.
Eurotas mons eſt laconiæ regionis.

f Alarium ꝓmontorium eſt Corciræ in/
ſulæ ex quo in mare protẽditur ſcopu/
lus:quem a ſimilitudine vlyſſis nauem
fuiſſe dixere vetuſti.
Falernus cãpaniæ mons eſt optimi vini ferax.
Faneus promontoriũ Chii inſulæ: & ſecundũ ali/
os ſiciliæ vitibus cõſitus:& a faneo rege olim de/
nominatus.

Faradi mons eſt ſeu vertex ydę montis troiani.
Faſga mons eſt ſupra iordanem in terra Moab cō tra luerico:ſub quo ienua ciuitas in campo Moab.
Ferrata promontorium hiſpanię:ſub quo hyberus fluuius ingreditur mare.
Feſulæ mōs eſt biceps florentiæ inclytæ tuſcię ciui tati ſupereminens oliuetis plen⁹:ex quo ſi lapides q plumbei ſunt excidantur:breui tēporis ſpatio no uis incrementis reſtaurari compertiſſimum eſt. Fu it & i culmine huius eiuſdem nominis vetuſtiſſima ciuitas ruinis ſemeſis teſtantibus.
Ficonta promontorium eſt aphricæ importuoſum haud lōge ab his oris quas dudum teſtantur aliqui tenuiſſe lotophagos.
Fiondis theſſalię mons mempheus vocitatus oli.
Fiſcelſus Italiæ mons eſt non lōge a tyberi fluuio.
Fogor moabitarum mōs eſt:ad quē Balach rex de duxit Balaam ariolum:vt malediceret iſraelitis.
Foloe mons eſt theſſalię:in eo quondam centauri nati ſūt. Alij archadiæ montē dicūt:nōnulli thraciæ
Forgius æthyopiæ mons excellentiſſimus.
Fraſus oetoliæ mons eſt:haud lōge a promōtorio anthimo:vbi oſtium corinthiaci ſinus.

G Abaa mons eſt iudeæ in tribu Beniami haud longe ab Hieruſalem.
Gabalo mons eſt in terra promiſſiōis:i quo iuſſu Moyſis altare conſtitutum eſt.
Gad mons eſt in deſerto ſynai:quem penes caſtra metati ſunt filii iſrael.
Gange mons eſt minoris aſię:i quo ceridala & rho diopolis ſitæ ſunt.
Gagus mons ē minoris aſiæ:haud lōge a pathara credo idem cum ſuperiori.
Galaad mons eſt ad tergum phœnicis & arabiæ li bano copulatus:& i eodem ciuitas eodem noie di cta:quā cœpit galaad filius machir de manu Amor reorum:& tam monti q̄ ciuitati nomen ſuum impo ſuit:& ab eo olim galadites regio nucupata eſt.
Galeo mons atticæ regionis.
Gallicanus campaniæ mons eſt:& iminet agro fa lerno:& eidem caſſilinus.
Gallidromus mons eſt:ſeu aliud ex cacuminibus i minentibus termopilis.
Galmada mons ſupra idumeam & ſamariam.
Gargarus phrygiæ mōs ſeu ſummus idę mōtis ver tex:vbi templū olim fuit Iouis.
Garganus apuliæ mons eſt ſiniſtrorſum ab apœni no in adriaticū veniens mare:cui⁹ in radicib⁹ Sipon tum ciuitas olim a Diomede montis victore condi ta. Secus hūc Metapontum dicunt:vbi palladis he lenitis templum fuiſſe aiūt:in quo diu ſeruata ſunt Epei inſtrumēta quibus durium equum apud ilio nē fabricauerāt & apud eundem aſſerūt locū fuiſſe Daunię nomiatum:i quo Palladis achaicæ templū vbi bipēnes æreæ:& arma Diomedis ſociorum de poſita diu oſtenſa ſunt. Dicūt pręterea ibidem fuiſ ſe canes gręcis venientib⁹ læta garrulitate blandiē tes. Sed quod longe maius & verius atq; venerabi lius eſt:hoc in mōte anno ab icarnato verbo. cccc. lxxxi. Zenone principe iperante Romanis diuino munere Michaelis archangeli ſpecus incolis oſten ſus eſt: i hodiernum vſq; celebris:& ſumma a chri ſticolis deuotione viſitatus. Diui mi chaelis ſpecus.
Gari mons eſt ſyriæ:& ſecūdum alios dictus gari⁹ in ſamaria:in quo Tuſci populi ab aſſyriis in ſama riam miſſi relicto Hieruſalem diis ſuis altaria con ſtruxerunt.
Gaulaleus mauritaniæ mons eſt:ab eo circumha bitantes æthyopes gaulales dicti ſunt.
Gaulan⁹ campanię mons eſt puteolis baiiſq; vicin⁹
Gaurus campaniæ mons eſt:propinquus maſſico monti atq; ſurrento.
Gazarim mons ſeu garizeus i iudæa eſt:ſupereminens ſicyoniorum ciuitati.
Gebal mōs eſt iudæę oppoſit⁹ gazari:qui & hebal nuncupatus eſt.
Gebbenna gallię mons eſt iter auernos & eluios medius:& in eo ciuitas poſita:cui geuna nomē eſt.
Gelboe ſyriæ mons eſt. ſexto a ſcitopoli lapide. in hoc quidē Saul primus iudeorū Rex a Paleſtinis victus occiſis filiis ab amalechita iuuene percuti p̄ cibus obtinuit:maledictione Dauid ſucceſſoris ei⁹ nec ros nec pluuia poſtea cecidit.
Geraſenorum mons eſt trans iordanem:i quo Ale xander iudæorum rex mortuus eſt.
Gereſtus euboeę promōtoriū:aphricam ſpectans.
Gerionis mōtes in Italia prope lematem agrū ſūt.
Gibel mōs eſt iudęę:ſub quo ior & dan fontes ex li bano prodeuntes iordanē fluuium iuncti faciunt.
Ginidos minoris aſiæ promontorium eſt:i quo du dum ęthyopia libera.
Gion mons eſt iudææ:apud quē ſalomon fuit inun ctus in regem iudęorum & dyademate iſignitus.
Girim mons eſt apud garamātas:in quo naſci gem mas vetuſtas teſtata eſt.
Gorditanum ſardinię promontorium:in conſpectu habens aſulcenſim & ęnoſim inſulas.
Grin mons eſt citerioris hiſpaniæ mari contiguus.
Gratius mōs phrygię eſt xantho flumini proxim⁹.

I Atus mons eſt ex armenia inter mœdos adiabenoſq; veniens ſupra param & cœ nem.
Iambus mons eſt caucaſo monti iunctus diuidens indiam a ſcythia ſuperiori & inferiori.
Ianiculus vnus ex montibus vrbis. i hetruria qui dem poſitus:& ſublicio ponti iūctus:a iano vt credi tur olim romanorum deo nuncupatus.
Hybla mons atticę regionis ſeu ſiciliæ eſt:thimo a bundans & melle.
Icarus mons atticę regionis eſt.
Ida mons eſt phrygię:haud lōge ab ilione & helle ſpontiaco ſupereminens mari:memorabilis iudi cio paridis:ex eo quidem mirabile quoddam ret tulere veteres:ſcilicet ſolem ſurgētem longe aliter q̄ in aliis terris conſpici. Nam in tāto ab hoc ex ſum mo mōtis apice cui gargara nomē a media fere no cte paſſim ignes micare videntur plurimi:diu tan dem nocte in diem eunte:qui ſparſi fuerunt in vnū conuenire:donec in vnam emicent flammam. quæ poſtquam diu grandi incendio ſimilis clara viſa eſt ſe in rotundam formam cogi cernitur:& ingens

factus globus terris apparet ãnexus:dcide paula
tim decreſcere & lucidior effici:donec iam fugatis
tenebris ſeſe extollat l altum ſol factus. Et ex hoc
præterea mõte ſcamander:qui & xanthus:& ſimo
is fluuii longe fama maiores q̃ vndis copioſi.& alii,
ſcatutiunt plures.

Idalius mons in cypro veneri ſacer eſt.

Ideus mons cretæ inſignis plurimũ apud veteres:
eo ꝙ i eodem Iouem abſconditũ a matre Rea clã
nutritum credant antiqui:eiuſq; ſepulchrum in eo
a priſcis diuviſitatum eſt.

Idrus calabriæ mons eſt·vñ oppido nomẽ idruntũ

Ieris promontoriũ eſt elidis haud longe a piſa.

Imabus orientale promontoriũ ẽ ab emodis mõti
bus in mare oceanũ ſe tollẽs:Sonat qdẽ imab⁹ ia
rica lingua niuens:extremus quidem Caucaſus ẽ.

Hymetus mõs iter cæteros atticæ regiõis obtinet
pulchritudinis pricipatum. Nã florib⁹ nitet:thimo
abundans:& optimo melle & in eo vt dicũt naſcit
herba Cariſia:quã mulieres vt ardẽtius appetãtur
a viris brachiis alligare conſueuerunt.

Cariſia herba amorem ciet.

Inarime mons olim fuit inſulæ prochytæ:vt ſcribit
Sed ego credo ei⁹ q̃ hodie iſcla vocaẽ aduerſa Me
ſeno:& ſub eo finxere poetę:eo ꝙ altiſſimus fuerit
& ignes more ætnæ euaporauit:Iouẽ caput ſuppo
ſuiſſe tiphęi. Hic qdẽ mõs a perpetuo igne introrſũ
fere conſumptus:a terræ motu excuſſus:& in mare
deiectus eſt:fecitq; ex ſe longe abiſcla inſulam aliã
quã indigene prochytam vocauerunt:eo ꝙ ex pro
pinquo ceciderit mons:ex quo edita ſit.

Iouis mons in hiſpania eſt occidẽti oppoſitus:cui⁹
eminentia quia inter exigua cautium ſpatia conſur
git Hannibalis ſcala appellata eſt.

Hipanis mons ſcythię eſt.

Hiperborei montes ſunt ſcythię in aſiatico oceani
littore ſub ipſo cardine ſiderũ hyperborei dicti:eo
ꝙ vltra eos flat boreas.

Strabo ſiu.dicit. Hypani

Ipoplatus mons eſt lyciæ ſeu ciliciæ:haud longe a
thebis liciis.qbus olim dominabatur hietiõ pater
Andromachæ vxoris hectoris.

Impius mons ſecundum quoſdam in bithynia ẽ:&
ſub eo picopolis fuit ciuitas. alii illum dicunt ilioni
propinquum:& poſt eum inſidiis latuiſſe gręcos:&
hinc ſumptum:ꝙ ex equo qui ippos græce dicitur:
prodierint. Sane bithynia troadi cõtermina eſt:&
is forte mons medius inter eas.

Ipixorus mons eſt macedoniæ.

Iraneancos mons eſt germaniæ:ex quo dicunt da
nubium naſci.

Vel Hyrmina ut Strabo.

Irmine promontorium achaiæ.

Irpimus mons eſt ſabinorum:in quo optimi naſcũ
tur equi

Iſamus mons eſt poenũ a midia ſeparãs:i quo na
ſcunẽ aialia menopẽ noiata boui ſimilia:qbus præ
grãdes comæ a collo pẽdẽt & vſq; i oclos a ceruice

Iſchmiæ promontorium eſt theſſaliæ:ſuper deme/
triadem ciuitatem.

Iſmarus thracię mons eſt pro parte aſperrimus &
in reſiduo vineis oliuetiſq; abũdantiſſimus In hoc
nonnunq̃ Orpheus cythara canere conſueuit.

Iſparus promõtorium in ora æthyopici oceani eſt:
ſe protendens in mare:quod azanium appellatur.

Itabirus mons eſt indeæ:apud quem Alexander
Ariſtoboli regis filius & iudæorum Rex a gabinio
Romanorum duce ſuperatus eſt.

Iſthmos mons i quo ſita Corinthus eſt ciuitas. Hic
ex achaia in reliquam gręciam tandem ſpatio ſepa
rat ionium mare ab ægeo.

L Aciniũ promontorium eſt Italiæ inter
adriaticum & ionium mare in eurum tẽ
dens iſigne quondã iunõis laciniæ tẽplo
haud longe a petilia ciuitate.

Lampeus archadiæ mons eſt.

Lamius mõs eſt Cariæ nobilis ob Endymionis fa
bulam:quem aiunt a luna dilectũ in eodem obdor
miuiſſe.

Laternus & hic cariæ mons eſt:in quo quidã tradũt
hoſpites a ſcorpionibus non lædi:cũ ab eis indige
næ occidantur.

Latinus mõs ẽ circa Romam:in quo tradunt fuiſſe
lupercal ludicrum ab euandro archade iſtitutum:i
quo nudi iuuenes per ludũ atq; laſciuiã decurrebãt

Lecton mons troadis eſt:ſeu idę potius pars

Lentus archadiæ mons eſt.

Leptis mons eſt mitilenæ.

Lepterea promõtoriũ ẽ indorũ ad oceanũ meridia
nũ haud longe a maleo inſula.

Letheum promontorium eſt corinthiorum.

Leto mons eſt gallię ciſalpinæ apud ligures.

Leucalonũ promontorium eſt pamphilię.

Leucata mons eſt altiſſimus in promõtorio epyri.
quod leucopetra dicitur iuxta ambrachiam ciuita/
tem:quam poſtea Octauia. Cæſar ſuperatis ibidẽ
Antonio & cleopatra nicopolim appellauit & tem
plũ Actiaco Apollini conſtituit. Hunc alii promon/
toriũ leucate vocant:& nonnulli leucatem dicũt eẽ
arabię Alii vero laucatas promontoriũ propinquũ
bythyniæ volunt. poſſibile vt vbiq; ſint:quum certiſ
ſimum ſit leucatam montẽ eſſe epyri.

Libanus mons phœnicum altiſſimus:a thure dict⁹
quod ibi colligitur. in ſacris litteris mons celeberri
mus. Alii dicũt eum arabię montem:quum ſit me/
dius inter arabas & phœnices ex hoc quidem alba
na & farfar & iordanis flumina & alia oriuntur:mu
ro quondam iunctus fuit antilibano monti de quo
ſupra.

Licabeſos mons eſt atticę regionis:oliuetis cõſpi/
cuus.

Libetras mons eſt oetolię:muſis ſacer:a quo & ip
ſe libetrides appellantur.

Licęus mõs eſt archadię pinetis clarus:& tẽplo pa
nis. in quo eum natum aſſerunt.

Licius mons eſt gręcie.medius inter meropũ mon
tem & macedoniã & theſſaliã & epyrum.

Licoronis mons archadię eſt.

Lilibeus promontoriũ ſicilię in occaſũ reſpiciens a
ciuitate ibidẽ poſita nominatum.

Libanus mõs eſt ſyrię. ex quo orontes fluuius orit

Litricus mons ſeu montes deſerti mauritanię.

Lura mons galliæ inter ſequanos & aluceros.

Luretilis mons eſt ſabinorum.

Lucrinus mons eſt in extremis Italiæ:cui & locris
ciuitas impoſita:peloro oppoſitus:& a quo lucrina
palus.

Macroceni montes ſunt ab iſtro flumine non longinqui.

Magnaua mōs eſt in gallogręcia: apud quē a mālio vulſone pugnatū ē cum theloſtobagijs & tectoſagis & obtenta victoria.

Malleꝰ ſeu malles mōs ē ī india apud oreſtas monedes & ſmaros: cuius montis vmbra ætate in auſtrū hyeme ad ſeptentrionem vergit: nec amplius xv. noctibus ex eo videtur ſeptentrio.

Malea ſeu maleum promōtoriū laconiæ eſt: quod l. mil. paſ. īfra mare ꝓtenditur: adeo vndas impellēs: vt nautas perſequi videaẗ. Ex quo narratur ꝙ quō conſcendiſſet in eo maleus tyrrhenorum rex. qui tubā æream primus iuenerat: & pyratica mare infeſtabat: ī eo templū apollini conſecrauit: eumq; maleotrē nūcupauit: & mōti nomen æq̄ a ſe ipoſuit alij dicunt achaiæ eſſe montem: & ꝙ ibidē veneraẗ. apollo & ꝙ ex eo amphiarao vati auxilia miſſa ſit.

Mallus mōs ē: cui proximi ſunt mādæi & mali: quorum mons mallus qui tractus eſt gangis.

Mambre mōs eſt iuxta ebron: vbi credimꝰ ab opifice rerum deo parentem primum fuiſſe plaſmatū.

Marathon mons atticæ regiōis inſignis Theſei victoria ex tauro ſuperato: & icari regis a ruſticis occiſi morte: & milciadis gloria.

Maros mons eſt epyri.

Marpeſo mons eſt paros inſulæ marmorum candore conſpicuus.

Maſiticus mons aricando flumini proximus eſt & andriæ ciuitati.

Maſſicus mons eſt cāpaniæ promontoriū olim minervæ ſacrū: Capreæ inſulę oppoſitū faciēs hic ſurrentū in radicibꝰ habēs: & ide amalphiā & ſalernū.

Maſtuſia promontorium eſt in cherſonenſo oppoſitum ſigeo troiano.

Matinus apuliæ mons eſt.

Maul mons eſt britannię: cui in radicibus lacus eſt aquis ſuis adeo animalia feſſa reſtaurans: vt nullo videantur attrita labore.

Maxillum mons eſt ętoliæ.

Maxtoria mons eſt hiſpaniæ iuxta oppidū aurone

Medullus hiſpaniæ mons eſt.

Melam ſeu melāpus mons eſt ī tertio europę ſinu.

Mempheus mons circa theſſaliam.

Menalꝰ archadiæ mōs eſt excelſus: ſic dictꝰ ab ouibus: quarum plenus ē. Nam mela græce latie ouis

Menetus mons eſt in alpibus.

Mercurij promōtorium africæ eſt: in ſiciliam vaſto tracto ſeferens.

Meritus eſt mons in tertio europę ſinu.

Meropus mons eſt gręcię: propinquus theſſalię: inſignis Quintij Fuluij victoria: & Philippi regis macedonum fuga: grandis quippe mons & anfractibꝰ varijs pręruptus eſt.

Meros mōs eſt indię: Ioui ſacer: cuius in ſpecu incolę liberum patrem fuiſſe nutritum arbitrantur. Et ex hoc forſan habuit fabula argumētum: ꝙ ex vtero tractus fulminatę matris patris fœmori ſit appoſitus. Hic autem mons hędera plurima & vitibus atque frutetis conſpicuus eſt: & irriguus fontium: eiuſque ſub radicibus Niſa ciuitas eſt.

Meſſia mōs ē i aſia miori mari ſupereminēs: clarꝰ nauali victoria atheniēſiū ī perſas duce Thēiſtocle:

Metagoniū ꝓmōtoriū eſt africā diuidēs a numidia

Micaleſos ꝓmōtoriū ciuitatis Oncheſtę i gręcia ē.

Militon mons eſt phitorum.

Mimanta mons eſt grandis contra Chion.

Minas minons aſię mōs eſt: haud lōge a colophone ciuitate. Hic quidem a mari in campos excurrit. cl. mil. paſſum: & eius caput ſipilus. Nubes aūt verticibus ſuis appoſitę. vt aiunt incolę futurarum tempeſtatum qualitates oſtendunt.

Mindalenſis mons eſt inſulę Sam i: memoratu dignus ob crucem mortēque Policratis ſamij tyranni olim fœliciſſimi.

Mineruæ promontorium cāpanie eſt: ex maſſico monte procurrens in capream inſulam.

Mionenſum ꝓmontoriū ē inter Teiū & Samū: cuiꝰ collis in modum metę auctus eſt: a cōtinenti vero aditum habet ſemita manufacta.

Miſenus mons eſt campanus cumis proximꝰ: a miſeno ęneę ſocio ibidē ab eodē ſepulto denoiatus.

Modim mons eſt. non amplius. vi. mil. paſ. diſtās a Hieruſalem: ea via quę tēdit Ramata. Ex hoc Mathathias fuit Machabęorum pater.

Molus mons eſt meonię: qui prius Tmolꝰ dicebaẗ ex quo Pactolus effluit fluuius: aureas trahens harenas: Cuius in radicibus cadieni: loreni philadelphinique appoſiti. Strabo Tmolū vocat nō Molū li. xiij.

Monachus archadię mons eſt.

Monychus promontoriū eſt ī ſinu liguſtini maris: haud longe a nicea diſtans: Ienuenſium pyratarū potiſſimum & inſigne receptaculum.

Monoetes mons es ilyrię.

Morin ſeu morian mons eſt iudęę: cuius in culmie iuſſu dei Abraam filium ſuum Iſach eidem deo voluit immolare: vbi Dauid poſtea templum conſtruxit inſigne.

Mormalus mons eſt inter bactrianos & hircanos: in quo amomum naſcitur.

Moſſilicos ꝓmontorium eſt ęthyopię: in quo cinamomum deuehitur. ad hoc vſq; Seſtoriū dicunt duxiſſe exercitū: cū ſint q dicant nil vlterius eē pręter oppidum vnum ęthyopum in littore bragaza.

Mulolaca africę promontorium eſt: propinquū flumini aſuſabę

Nabauth mōs ē: qui hębraice dicitur Nabo: ſupra Iordanē cōtra hierico: ī quo quidē aiūt mortuū Moſen hebręorū ducem. Hic tamē alibi abarim nominatur. Moſes vbi mortuus.

Nauſtathmos ꝓmōtoriū littoris cyrenaici.

Nazarę montes ſunt meridionales numidię

Nebrodes Sicilię mons eſt: cui damarum copia nomen dedit.

Nemeus cleonenſium mons eſt.

Neptalim mons eſt galilęę: ſuper quo olim fuit ſacerdotalis ciuitas.

Neptunus mons eſt Sicilię: cui ſpecula ſupereſt itu ſcum & adriaticum mare proſpectans.

Neris mons eſt apud argos.

Niger mons eſt garamantum.

Nimaui mons eſt orientalis: vbi deficit caucaſus.

Nympheum promōtorium eſt dalmatię: quod ac

colunt amarites & bullones.
Vide ſo/ li: de Oli/ ſipone.
Nion mons eſt apud rithreum portum.
Niphates armeniæ mons eſt.
Nirithus mons eſt ithacæ: a quo Vlyſſes narit⁹ de/ nominatus eſt.
Niſa mons eſt indiæ: in quo liberum patrem aiunt fuiſſe nutritum. Hunc eundem ſupra meros dixi/ mus vocitatum.
Strabo Nyſſam vocat hũc mon tem.
Niſa mõs eſt phocidis: ſeu vertex alter parnaſi mõ tis: in quo dudum colebatur Bacchus.
Niſus mons megarenſiũ a niſo q purpureũ habuit crinẽ & megarenſiũ rege ibidẽ ſepulto dictus.
Nulo ſeu nilo mons eſt: in quo ferunt homies habi tare auerſis plantis: octonos digitos in ſingulis pe dibus habentes.
Numordis mons eſt mitylenenſium.
Numaſticus mitylenenſium mons eſt.

OAxes mons eſt Scythiæ.
Ocila mõs eſt armenię: cuius in ſummita/ te deficiẽte diluuio arcã Noe fuiſſe delatã ferunt: & diu ibidem lignorum reliquias perduraſſe: in multis quidem montibus hactenus dictum eſt hanc conſediſſe. Quod ſane intelligen/ dum eſt aut eum montem plura habuiſſe nominat aut plura cacumina diuerſimode nominata: quorũ aliud memini pro alio ponere ſeu pars pro toto: vt ſcribentium mos eſt.
Odori montes in regione taſſiæ ſunt.
Oeniphilæ dyrrachij mons eſt.
Oeta mons inter theſſaliam & thraciam: inſignis morte Herculis. In eo quippe rogus eius conditus & ipſe conſumptus eſt.
Offenſionis mons Hieruſalem: fere continuus eſt in accubitu montis olıueti. ſic dictus: eo ꝙ in eo Sa lomon adorauerit idolum Moloch.
Ogiginus mons apud thebas eſt: ab Ogigio rege ſic dictus.
Oleneus mons archadiæ: qui & meneus dictus eſt.
Vide. viij Strabõis de ludis olympi/ cis.
Olympus mons ẽ altiſſimus macedonię. Hũc olim crediderunt aliqui vnũ & idẽ fuiſſe cum oſſa mõte theſſaliæ: & tandem terremotu diſiunctos peperiſ/ ſe Peneum fluuium: & paludibus quibus labora/ bat theſſalia exitum præſtitiſſe. Is quidẽ adeo ver/ ticem in cælum extollit: vt nubes argumẽto cogno ſcatur excedere. Nam cinere ſacrorum characteri/ bus litterarum ſignato conſueuerãt ſacrificãtes di/ ſcedere & in ſequenti redeuntes anno vti liquerãt: ſignatũ inueniebant. Ex quo apparet nec ibi vẽtos eff.are nec aues volare: nec pluuias caderẽ aut aliã nullam alterationem cauſari: quinimmo quia ſubti liſſimus ſit aer: ſunt qui dicant ſolitos cum ſpongijs aqua plenis & olfactui oppoſitis aſcendere: vt aerẽ attraherẽt craſſiorẽ. Videtur quidem olympus qui ololampus: ideſt cælum: qđ & olympus etiam no/ minatur. In hoc inſuper dictum Iouẽ aduerſum tita tanas pugnatur: aquilę primo augurium habuiſſe.
Olympus alter a ſuperiori mõs ẽ in gallogręcis cla rus victoria Mãlij volſõis ex ſtoloſtobigijs habita.
Olympus mõs eſt a ſuperioribus alius i minori aſia Smyrnæ propinquus: qui & miſius dictus eſt: cuius in radicibus Hannibalem dicunt bruſam cõdidiſſe ciuitatem: dum apud regem bithyniæ moraretur.
Olympus mõs eſt æque alius a ſuperioribus. nã in æthiopia ſecus mare rubrum eſt: quem aiunt orien te ſole vſque in horam diei quintam flãmas emitte re. Eſt enim haud longe ab eliopoli ciuitate.
Oliſipo mons eſt hiſpaniæ: cui & oppidũ euſdẽ no/ minis eſt appoſitum hoc memoratu dignum Nam equas in eo ex fauonio vento concipere & velociſſi mos equos parere teſtantur incolæ.
Oliuarum mõs eſt in iudæa Hieruſalem iunctus: in ter cæteros orbis veneratõe dignior. Nã in eo chri ſtus veri dei filius diſcipulos docuit: orauit: & ad pa trem rediens vltima in terris reliquit veſtigia. Quo in loco non abſq; diuinitatis miraculo quũ ob reue rentiam & memoriã ſuæ aſcenſiõis eccleſia rotõdo ſcæmate conderetur: nulla arte nullo fabrorum in/ genio obtineri potuit: vt ſummum culmen eccleſię tegeretur: vt appareret a terra in cælum vſque deũ voluiſſe nulla interpoſita re: ſui glorificati corporis integrum conſeruari meatum.
Onolon mons eſt theſſaliæ.
Opon ꝓmõtoriũ cretę inſulæ ſe in occidẽtẽ vergẽs.
Opitus macedoniæ mons eſt.
Oppius mons latij fuit faculta li lacui propinquus.
Or mõs eſt arabiæ ex quo diuina gratia Moſes vir/ ga aquam excuſſit. clarus quidem morte & ſepultu ra Aaron fratris Moſi.
Orbelon mõs ẽ tracię mediterrãe⁹ ſacris liberi prĩs & cœtu menadũ Orpheo primũ initiante celebris.
Orcobates mõs indię eſt: inter duas ſarcaraucas & parthionas: ſeu ſecundum alios inter dalias & ca/ raucas: & parthionas poſitus. Ex hoc autem gan/ gẽs & laſſer flumina oriuntur.
Oreb mons Madiam: & vt quidam dicunt pars eſt montis Syna & in eodem rupes oſtenditur: quæ pe tra dicitur: ex qua virgæ ictu diuino tamen munere Moſes aquas eduxit populo ſitienti.
Oromenus mõs apud indos natiui ſalis ẽ: in quo la pidicinarum ritu ſal effoditur inde renaſcens ma⁹ regum vectigal q̄ ex auro vel margaritis.
Oſſa mõs eſt cũ portu i ſinu perſico: vt arbitrãt aliq
Oſſa theſſaliæ mõs eſt olim vt quidam exiſtimant idem cum olympo: ſed terremotu diſiuncti viam fe cere Peneo flumini & paludibus: quibus theſſalia i ficiebatur. Apud hunc aiunt quondam centauros morari ſolitos.
Othris theſſaliæ mons eſt oppoſitus oſſæ: in quo lapitharum fuit origo.

P Achiti montes ſunt in maiori aſia: e qui/ bus funditur abſartus fluuius.
Pachinum promontorium eſt ſiciliæ: pe/ ponneſſum ſpectans: dictum ab aeris craſſitudine. Nam pachis craſſus eſt.
Paledur mons eſt angliæ: ſuper quo rudumbria op pidum ſeſconiæ conditum eſt.
Palatinus vrbis Romę mõs: de cuius nominis cau ſa multiplex iter veteres diſſenſio eſt: nam ſunt qui dicant: pulſis inde aboriginibus ab euandro archa de: & ab eodem ibidem oppido cõdito a pallante archadiæ vrbe pallẽtium dictum: & deinde pallati/ num. Quidam vero dicunt a pallante auo Euãdri: & alij a pallante filio dictum. Pręterea aſſerũt & alij a pallantia Euãdri filia ibidem ab Hercule vitiata

& poſtmodum dum moreretur in monte ſepulta: & alij a pallantia Latini regis cōiuge. Nōnulli a pallanta Hyperborei filia ab Hercule ibidem oppſſa. Pauci vero aſſerunt a quibuſdam qui pallātini dicti ex agro reatino ibi ante Euandrum euenere: & ali qui a balatu ouium ibi paſcentium balanteū: & exide per andiſticon palāteū quibus diuerſitatib⁹ claritatem montis additam certiſſimum eſt.

Palinurum calabriæ promontorium haud lōge ab Helia quæ poſtea velia dicta eſt: in quo palinuri gubernatoris nauis æneæ tumulus ē: & ab eo loc⁹ nomen ſortitus eſt.

Pertan mons eſt inter baſtrianos & hircanos ꝓximus mormalo monti: vbi amomum naſcitur.

Pallene mōs eſt cui tanta ſoli planities in culmine ē vt quinque vrbium ſedes ſit atque ager. Nam cum totus in altum ſatis anguſte conſcendat: vbi incipit ibi poſſideaē vbi amplius patet ibi mendetiōe: quarum altera ab eretris altera ab achiuis iliōe capto condita eſt. De nominibus autem aliarum inueniſſe nil memini.

Pancoatra ſeu parcoatra mons eſt armeniæ medi⁹ inter taurum: & caucaſum: ex quo tygris & euphrates in auſtrum varijs funduntur ex fontibus.

Pātolium mōs eſt œtholiæ: ea de cauſa ſic dict⁹ q ibidem omnis œtholia conueniebat ad peragēda cōmunia: & inde pan quod eſt totum & œtolia.

Pandio mons a pandione filio Erichthonij & athenarum rege dictus.

Pangeus thraciç mons eſt theſſaliç iunctus: in quo ſēcūdum quoſdam Iulius Cæſar a Pompeianis ſere ad deditionem coactus eſt: huius in radices moeſtus defluit amnis.

Parnaſus q̄q̄ alij diſcrepēt: phocidis mōs biceps ē, cuius vertices alter apollini: alter Bacho ſacer ē: huius in radicibus Derphis liberum fuit oppidum: & per illud Cephiſus effluit amnis. In hoc enim caſtalius eſt fons muſis ſacer: & vt volunt aliqui in huius verticibus tempore diluuij Deucalionis: ipſe Deucalion vna cum Pyrrha coniuge ſeruatus eſt cum alijs pluribus.

Pantridi montes cappadociæ ſeu armeniæ ſunt.

Parapaniſus indiæ mons eſt aduerſus bactras: alij dicunt ſub ipſo parnaſo bactra conditam.

Parnes græciæ mons eſt vinibus abundans

Paredræ montes ſunt circa armeniæ principium.

Parthenius mons archadiæ a virginibus denomiatus: eo q in eodem venari conſueuerunt.

Parthenium tauroꝝ apud ſcythas promontoriū ē.

Pedarium cariæ ſeu ioniæ promontorium eſt.

Pelion theſſaliæ mōs oriētalis: tam habitatōe Chironis centauri q̄ Pelei & thetidis memorandus eſt hic altiſſimus perhibetur. Nam vt quidam aſſerūt mil. ccl. paſſuū ratione perpēdiculi excelſus eſt: i ei⁹ ſummitate pineta ſunt: q̄rcus vero cætera occupat.

Pelorum Siciliæ promontoriū reſpiciens aquilonē a peloro gubernatore nauis Hannibalis ibidem ſepulto denominatum eſt: hoc vt volūt plurimi: iam apœnino iunctum fuit & terræmotu poſtea ſeparatum & exiguo freto q̄q̄ exęſtuoſo interpoſito actū: vt Sicilia inſula ſit: quę olim erat iuncta italię.

Pœninus mons eſt vnus ex his: quib⁹ multis alpes eminent: a ſacrato in eo pœninus denominatus.

Peon mons eſt vltra ęthyopas: perpetuis flagrās ignibus.

Perimulę indię promontorium: & in eo celebre indorum emporium eſt.

Perparus mons argolici ſinus eſt.

Petra appuana mōs eſt olim gallorum frimena: ſi ab initio apœnini in agrum lucenſium protenſum huic liguſticum ruſcum que mare & veterem lunā ciuitatem inde piſtorienſium & florentinorum cāpos aſpiciens: & procurrentia in euroauſtrum apœnini iuga: rigens fere niue perpetua: & a quo quondam apuani denominati ſunt galli.

Petre Dyrrachij mōs eſt: apud quem caſtra Pompeij magni fuere ciuili ęſtuante bello.

Petrinus cāpanię mōs eſt apud Sueſſam ciuitatē.

Pieria macedonię mons eſt: cui maximū auri pondus ab antiquis imperatoribus fuiſſe ſuppoſitū fa- Ply:i. iiij.
ma fuit: ex quo quattuor locis ab imo apert⁹ eſt: & ex imo ferunt per planum aurum concreſcere.

Pilattes Dyrrhachij mons eſt.

Pilineus mons pituſię inſulę eſt.

Pindus mōs eſt theſſalię Apollini muſiſq; ſacer: & acarnaniā ab oetolia diuidēs: acheloū flumē emittit: celebris quidem lapitharum origine eſt: & in eo perebi habitant populi.

Pion mons eſt in nymphea inſula.

Pinonius mons eſt minoris aſię: ſupereminēs ptele & cayſtro flumini.

Pireneus mons eſt ingēs: diuidēs Hiſpaniā a gallis ſic dictus: eo q fulminibus feriatur ſępe. Nam pyr gręce latine dicitur ignis: ī eo quippe naſcuntur boues agreſtes maiores aīalib⁹ cęteris exceptis ele- Solinus
phantibus: & vri gręce vocantur. Vros in
Pireum promontorium Athenienſium in ęginam Germa-
progrediens: apud quod Athenienſium portus ſeu nia pōit
naualia fuere dudum. Vri vbi.

Placanodes Achaię promontoriū: haud lōge a piſa & alpheo flumine.

Poſſideum promontoriū Ionię eſt: haud longe ab oraculo Apollinis bramacię dictum poſtea didymi & vrbe mileto.

Prindaſus mons Aſię. ex quo ticius fluui⁹ q pergamum abluit funditur.

Purgara mons eſt: & in eo oppidum eius nominis prope Troiam.

Q

Vedoni montes ſunt thracię.

Quilleus mons eſt archadię.

Quirinus vel quirinalis mons eſt Romę: dictus a phano quirini quod in eodem fuit: ſeu a quiribus qui cum Tacio ſabinorum rege ibidem caſtra habuerunt: ſeu a Romulo qui quirinus vocatus eſt ab haſta quam gerebat: quę ſabinorum lingua dicitur quiris.

Quoſſei montes vltra armeniā & babyloniā ſunt.

Amnuſium ſcordenſium mons eſt.

R

Regis mons inter Italiam & pānoniā ē ſic dictus: eo q in Italiā veniens alboin⁹ rex longobardorum a Narſete vocatus illum conſcendit & Italiam proſpectauit: montique nomen dedit. In hoc biſontes feras dicunt naſci ingentis Biſontes
magnitudinis beluas. vbi.

Remna mons eſt: qui in regnorum libris domus dicitur idoli damaſceni

Retheum promontorium troianum eſt: aiacis thelamoni: ſepulchro conſpicuum.

Rheticus mons eſt in germania altiſſimus.

Rhiphei mõtes ſũt ſcythiæ i capite germanię a perpetuo flatu ventorum nũcupati: a quibus tanais fluuius egredit. vltra hos iacet ora q̃ ſpectat ad oceanum aquilonarem. pars mundi a natura rerum dãnata: & denſa demerſa caligine.

Rion promontorium circa hoſtiũ corynthiaci ſinus dirimens oetolos a peloponneſo.

Roas mons ſeu petra iudææ eſt.

Riphei mõtes archadię: qui abſq; aſpiratiõe ſcribũtur: vbi cum aſpiratione ſcythiæ.

Rhodope mõs thracie mediterane⁹ eſt: a migdonibus habitatus: ſacris liberi patris & cœtu mœnadum Orpheo initiante celebris.

Rhoſij montes in ſyria ſunt: verſus taurum mon: ẽ poſiti.

Rusteus ꝓmontorium oceani ſeptentrionalis eſt.

Sebaſtā Strabo Vrbē di. cit l.xvi. Sebaſten mons ſupra Idumeam & ſamariam.

Sacer mons trans anienem fluuium nõ amplius quattuor milliũ paſſuum ab vrbe diſtans eſt: in quo iœpius plebs romana a nobilitate diſſentiens conſedit: ne cante recuperatam liber: atem reintrauit.

Sacer mons altera a ſuperiori in Hiſpania ẽi finib⁹ gallitiæ: quẽ ferro violari nefas habebatur. Sane cũ terra fulgure cõſciſſa erat quod ibi res aſſidua ẽ: aurum detectum tanquam dei munus colligi permittebatur.

Sacer mõns a ſuperiorib⁹ alius circa ſinum perſicũ eſt: opacus ſiluarum & arborum odorem miræ ſuauitatis redentiũ in crina inſula aduerſa æthyopiæ.

Sacrum promontorium e media fronte Hiſpaniæ i oceanum protenditur.

Salanga mõs eſt hyberniæ altiſſim⁹: mari iminẽs quod britaniam & hyberniam iterfluit: vocitatus a Salanga Barcolani primi habitatoris hyberniæ filio. Eſto poſtea ob monaſteriũ in radicib⁹ a beato Dominico cõſtructũ hodie mons domini appellet

Salen ſeu ſalãtinum promontoriũ eſt italiæ aduerſus Ionium mare procurrens: ſinum fatiens tarentinum. In hoc idomene⁹ cretenſium rex poſt troianum excidium a ſuis pulſus veniẽs habitauit: & ibidem ciuitatem conſtruxit.

Samara promontoriũ in oceano orientali vbi deſicit caucaſ⁹ eſt: ad aquilonem habens hoſtia fluminis o·togoræ: ex quo oceanus ſericus appellatur.

Strabo videatur in. x. Samonium promontorium eſt cretæ inſulę: tendẽs aduerſus rhodum.

Samus thraciæ mons eſt: ex cui⁹ vertice omnis ida videbatur & troia.

Sanir amorreorum mons eſt: vocatus a phœnicib⁹ ſanior: a latinis Ermon: cuius in vertice fuit inſigne templum: quod a gentilibus cultui habebatur.

Serdemiſos mõs eſt pamphiliæ finis & lyciæ principium: vbi phaſelis ciuitas a Mopſo condita.

Sarnus mons eſt medius iᵗer pompeianum agrũ & ſalernitanũ: ex quo magnus cum murmure Sarnus erumpit fluuius: apud ſarnũ oppidum in montis radicibus conſtitutum.

Sarpedonum promõtoriũ finis fuit regni ſarpedonis regis lycię: quã a Pamphilia diſtinguit in littore

Saturnius mons vrbis Romę eſt qui & Capitolin⁹ & tarpeius dictus eſt.

Scalcide montes ſunt prope libanum.

Sarabrum promontoriũ paphlagoniæ: tauri iuga proſpectans.

Scillaceum promontoriũ italiæ: haud longe a ſcilla freti ſiculi.

Scipiades promontorium eſt epyri.

Seir mõs eſt Idumeę ſub damaſco: i quo eſau habitauit: a quo cũ eſſet hirſutus & hyſpidus dictus eſt.

Semeir ſeu ſemer mõs eſt in iudęa: & ſuper eum ſepulchrum Ioſeph: & ciuitas ſamaria olim regia iſraelitarum: quę poſtea ab Herode antipatris Sebaſten nuncupata eſt.

Semeron mõs iudęę eſt: quem leg'mus ab Amri rege iſrael emptum a quodam ſemera: & i eius vertice ciuitatẽ ędificaram: & vendentis nomine Semeron appellatã: hũc ego idẽ puto cũ ꝓxio ſuperiori.

Seneus promontorium eſt Hiſpanię: propinquum promontorio ſacro.

Septem fratres: ſeptem ſunt mauritanię mõtes interno mari ex ordie ſuppoſiti: & a numero ſeptem: & a ſimilitudine fratres appellantur. Hi quidẽ olim frequentes elepgantibus fuere. hodie pręter idiã nemo habet.

Seriphion promontorium eſt thracię: Hebro fluminí propinquum.

Serius mons eſt thracię.

Siagrium arabię promontorium eſt.

Sigeum promontoriũ eſt aſię: ea in parte vbi helleſpontus apertius dilatatur: oppoſitum vrbi caliſię quę in europa eſt: & in eo oppidũ ſigeum ęque dictum: & Hecubę monumentũ quod Cynoſema dicitur. Huius in ſinum xantus ſimoenti iunctus immittit. Dicitur aũt ſigeus ꝓpter Herculis taciturnitatẽ: quẽ cũ nollet hoſpitio Laomedõ ſuſcipere: tacens finxit abire: & demum redijt hoſtiliter cuncta diſſipans. Sige quippe ſilentium ſonat.

Signia mons ẽ minoris aſię circũfuſus flumie Marſię: cuius in radicibus Tiboron ciuitas ſita eſt.

Silla ſeu ſilleum mons eſt leucanię.

Silios mons eſt atticę regionis.

Sinay mons eſt in regiõe madyã ſuper arabiam: q̃ & Coreb & Ereb aliquando ſacris in litteris nominatur: Hic excelſus plurimum eſt: & altitudine cęteros ſuperare videt. In eo deũ habitare veteres crediderẽ: cum Moſi paſcẽti gregis ardens in rubo apparuerit: pręcipiens illi: vt calciamenta ſolueret. Venerabilis qppe plurimis ex cauſis eſt: In hoc lex Moſi ab ipſo deo data eſt: cuius virga diuino opere in ſerpentem conuerſa eſt: & mox in virgam: cuius man⁹ leproſa & demũ ſana eſt facta. Ex petra huius virgę ictu aqua excepta eſt: & ne eꝗcta vetuſtiora recitẽ. nouiſſime Catharinę virginis & ob chriſti nomen paſſę corpus poſt ſupplicium exanime a diuinis miniſtris in ſummitatem delatum atque pie tumulatum eſt.

Sion paruus in hieruſalem mõs eſt: cuius in vertice

quondam ciuitatis arcē conſtrui fecit Dauid: a quo ſacro carmine plurimum celebratus eſt.

Sipilus mons eſt maximus inter lydiā & phrygiam tatalus olim dictus. In hoc quidem dixere priſci locum eſſe: qui dicitur Achiloon: in quo nympharum cubilia. Clarus vero eſt tumulis filiorum Niobes: & mutatione ipſius i ſaxum: in eo lapidem cylindro ſimilem naſci dicunt: non permittentem filios inobedientes eſſe parentibus.

Sipilus mōs fuit in magneſia. & in eodē loco cypꝰ ciuitas fuit: q̄ vna cū mōte ab hiatu terrę abſorpta ē

Sira mons in tribu Dan eſt in quo Thannaſara ciuitas Ieſu filij Naue: in qua diu etiam poſt eiuſdem ieſu ſepulchrum viſum eſt.

Sithon mons thracię eſt: perpetuis dānatus niuibꝰ

Sithonis mons eſt a chio inſula diſtās. lxiij. mil. paſ.

Silanius mons eſt hyberniæ inſulæ altiſſimus: dictꝰ a ſilanio Rege in vertice eius ſepulto.

Smaragdon mons eſt ęthiopiæ: mari ſupereminēs rubro: qui ſurgente ſole flammas emittit vſque ad horam quintam.

Sophim mons eſt effraim.

Siophora mons eſt indiæ oriētalis: iuxta quem habitauerunt filij iectan filij heber: ad quem Salomō claſſem quandoq; tranſmiſit non minus triennio itineri immorantem.

Solis promontorium in mauritania eſt.

Solimi poſſidiæ montes ſunt.

Soloxiꝰ mōs terraconēſis hiſpanię ē: & ex oretanis iugis carpētaniſq; & a betica atq; luſitāia diſtiguitur

Solurius mons eſt hiſpaniæ a ſingularitate dictꝰ: cū ſolus altior omnium videatur: vel ꝙ ſolis radius in eo appareat antequam alibi oriatur.

Somorus mons eſt ſyriæ.

Soractis mons eſt hirpinorum: ſecundū alios faliſcorum: olim diti patri ſacer: ſed ſecūdū alios Apollini: in quo ſpelunca comperta latebram ſibi elegit Siluester pōtifex ſummus Conſtantino Cæſare auguſto imperante Romanis.

Spames mons eſt atticæ regionis.

Sperchium promontorium thraciæ eſt: nobile Orphei vatis origine.

Steſſiarus mons eſt moloſſorum.

Stimphalon mons eſt archadiæ: in quo Hercules ſtimphalidas occidit aues.

Stopedon promontorium eſt ciliciæ: haud longe a flumine callidado in conſpectu inſulæ cypri.

Strimon mons eſt thracię: ex quo hebrus & neſſon flumina emittuntur.

Subat mōs ē in galilea: iſignis Helię ꝓphetę raptu & helyſei memoria ob fontē ab eo ibidē benedictū

Sueuus mons es ab ortu ſolis germanię initium faciens: & cum permaximus ſit. ad cymbrorum vſq; promontorium tenditur. Ab hoc autem ſueui nuncupati ſunt.

Suiſmocum mons eſt galliæ ciſalpinę apud ligures

Sunium promontorium eſt atticæ regionis: finiens ad littus ellados: quod ſpectat ad orientem. apud hoc aiunt ab Apolline ſagittis occiſum pythionem onitoridem gubernatorem nauis Menelai: & a menelao ibidem ſepultum.

Surrentum promontorium maritaneæ: in occaſum excurrens: monteſque bracæ includens.

Tabim mōs ē iter antropophagos ſcythas eminēs: oceano ſeptētrionali iūctꝰ: iter quē & taurū ſeres habităt.

Tabor mōs ē i medio galilleę: mira rotūditate ſpectabilꝫ atq; ſublimis: quē penes Nazareth ciuitas: ex q̄ denomiatꝰ ſaluator hūani gn̄is xp̄s: venerabilꝫ q̄dē mōs iſte ē: cū ſolꝰ i terris i ſuā trāſfiguratū diuinitatem chriſtum viderit nondum paſſum.

Christi transfiguratio.

Taburius ſyriæ mons eſt: iſacar terminans ſortem

Taburnus mons eſt in ſamnio oliuetis conſpicuꝰ.

Tager mons ē in hiſpania: oliſipo propinquꝰ: i quo equæ ſunt ſtatuto anni tempore ex vento cōcipientes fauonio.

Eq̄ vēto cōcipientes.

Taygeta mons laconum inter lacedemoniā & mare poſitus: libero patri & Apollini ſacer olim.

Taman mōs eſt aſiæ maioris: inter quem & taurū montem habitauerunt filij Iaphet.

Tamus promontoriū eſt: quod taurus attollit: collis credo idem cum ſuperiori.

Tarpius epyri mons iuxta leucadam.

Tarpeius mons eſt Romæ: qui olim Saturnus: poſtea capitolinus dictus eſt.

Taunus mons eſt germanię altiſſimus.

Tauromitanus Sicilię mons eſt aſper: eo ꝙ acutiſſimos habeat lapides.

Taurus mons a multis idem cum caucaſo creditur Nam aſiam omnem ab eois incipiens: & in cilicium mare deſinens: in duas fere ęquales diuidit partes Sane quantumcunq; de caucaſo multa dicta ſint: & ſi reiterari fere videātur: de hoc veterum opiones ſcripſiſſe non pigebit. Is igiꝛ a primis orientis littoribus ſurgens Celidonio diſterminatur promontorio. Et vbi primo ab idico ſeſe extollit oceano i occiduum tendens per varios circumagitur flexus. Hinc phoenicum: inde ponticum. Illinc caſpium hircanumq; aduerſꝰ Meotidas paludes agitur. Ergo ſic inter hęc clauſtra coactus: poſtq̄ ſuperās flexuoſus euadit: ad cognita ripheorum mōtium iuga: infinitis fere nominibus & extraneis clarꝰ icedit. Nā primo Edigis: mox Paropaniſus: circius: compages: pariadis: coatras: orages: orātes: impetꝰ: taurus q; dictus eſt. Et vbi ſemetipſum exuperat caucaſus. Vbi ingentia emittit brachia: ſarpedō: toraces garas: iterūq; taurꝰ nominatur. Vbi vero declinat: ſeq; populis facilem exhibet: portarum ſibi tunc vendicat nomina: quę alibi armenicę: alibi caſpię: alibi cilicię nominantur: & quia nunc contractus & effugiēs aliquando maria plurimis immiſceatur gentibus: a dextris hircanus & caſpius: a leua vero pariedrus: mortius: aromanicus: toroſicus: cythicus appellatꝰ eſt. ab vniuerſa vero gręcia Ceraunius: & tandem dum in noſtra exit maria: taurus dictus eſt. Ex quo & ſi longe plura ſcribi poſſint: hęc ſuperioribus vbi de caucaſo iuncta dicta ſufficiant. Solers autem lector quod verius arbitrabitur: id ſequatur.

Totum hoc ex Ply. quinto excerptū Capitu. xxvij. Vide Strab. in xi.

Temiſtea promontorium eſt in conſpectu iſularū aphrodiſiaꝝ poſitum: initio perſidis propinquum.

Solin⁹. Tenarus laconiæ promõtorium eſt circa finẽ Mal/
lei montis: in quo quia hiat⁹ eſt: & ex eo agente ſpi
ritu quidã audiũtur rumores: & murmura progre/
di: inferorum veteres dixere deſcenſum.
Tenintrus macedoniæ mons ẽ: ꝓximus apollonię
Tenothema mons eſt æthyopũ: iunct⁹ oceano oc
cidentali: flãmis flagrans aſſiduis.
Thermopyle mõs eſt longiſſim⁹ a leucade in occi/
Strabo x. dente incipiens / & mægeũ mare haud longe a de
metriade ciuitate finiens: omnemq; gręciã per me
dium diuidẽs: marathonum: epyrum: perebiam:
magneſiam: atq; theſſaliã: & optiotas cũ ſinu mal/
liaco derelinquens. In auſtrũ autem oetoliæ partẽ
maiorem: arcaniam: locridẽ atq; phocidẽ: & boeo/
tiam cum iſula euboea & attica regione in modum
promontorij ſeſe in eum extolente & vna cum iſtis
a tergo pelopõnenſum. Inſignis quippe multorum
egregiorum fatinorum tam græcorum q̃ exterorũ
ducum: ſed potiſſime inclyta atq; memorabili mor
te Leonidæ cõmilitonumq; ſuorum: & tam grandi
q̃ turpi ſtrage perſarum.
Tetercus Italiæ mons fiſcello proximus.
Tetricus mons ſabinorum eſt aſperrimus.
Temeſõ mõs Thebis ꝓpinqu⁹: ex quo aiunt ſe prę
cipitem dediſſe vna cum Melicerta filio Inonem
Cadmi filiam & Athamantis coniugem. Volunt
apud hunc.
Herculem alterum ex leonibus occidiſſe.
Ticiunta mons eſt græciæ ſeu vnus ex cacuminib⁹
thermophilarum dicitur.
Tiphata campanię mons eſt: Capuæ ſupereminẽs
ciuitati.
Tiphernus mons eſt in ſamnio.
Tilarus mons eſt apud moloſſos: & ibi dodonei Io
uis templum circa huius montis radices centum vł
vltra fontes exundare creduntur.
Timmam promontorium eſt thraciæ: & in eo vr/
bes helmideſon & phylias: & phinopolis helleſpõ
to propinquum.
Solin⁹. Cap. xlix Tmolus mons eſt Ciliciæ vel mœoniæ: & nõnulli
liciæ dicunt croco & vitibus abundans & melle: ha
bens ex parte vna ſardos ex altera ipeplos: & ex
eo pactolus aurifer fluuius oritur. Hic molus in ſu/
perioribus nuncupatur.
Tiſcus mons græciæ excelſus: Demetriadi ciuitati
propinquus.
Tomarus ambrachię mons eſt.
Trapeze: quod troezam aliqui vocãt: promõtoriũ
europę eſt: a quo primo ſe concitat helleſpontus.
Trebanorum mons eſt: ex quo anio fluuius ortus
in tyberim effluit.
Triſone promontorium: in quo bizantium ante li/
gos dictum: Conſtantinopolis vltimo.
V Aticanus mons eſt: in quo iouem nutritũ
dicunt aliqui.
Vecilius mons italię prope algidum.
Veneris promontoriũ cilicię: cum eiuſdẽ
nominis oppido: Cypro propinquum.
Veſeuus ſeu veſulus mons eſt ligurię iuxta alpes:
inter ceteros alpium clariſſimus: cuius ex imis radi
cibus padus erumpit fluuius.

Veſunius campanię mons eſt: nulli mõtiũ coniun/
ctus: vndique vinetis atq; frutetis abundans. Hinc
ab euro auſtro pompeios in radicibus habuit: at q̃
farnum ab euro fere: ſed remotius beneuentum: &
a vulturno capuam: & a circio Neapolim calciden/
ſium parthenopem dictam in tumulo ſirenę ſeden
tem Ex hoc enim maximo cum incolarum pauore
Nerone Cęſare imperante repente tã grandis eru
pit circa verticẽ fumus: vt omnis breui tractu tem/
poris ab eo tegeretur regio nec euanuit ilico: q̃ni
mo per dies plures adeo cõdẽſus permãſit: vt ſub
latis omnino ſolaribus radijs noctẽ faceret plurĩũ
dierum continuam. Tandem cum ablacẽtia omia
& ipſum mare quod in conſpectu ſub radicibus eſt
ab occiduo compleſſet cineribus: ceſſaus flammã
ingẽtem e culmine montis euaporantẽ vidiſſe per/
miſit: quę multis ſęculis poſtea exuſtos euomẽs la
pides perdurauit. Hodie nec fum⁹ nec ignis emitti
tur. Stat tamẽ in montis vertice hiatus ige[illegible] pręte
riti teſtis incendij. Huius autem in radicib⁹ pugna
fuit cõmemorabilis inter Romanos atque latinos
in qua P. decius vnus conſul ſe pro victoria obtinẽ
da deuouit dijs manibus: & inde decubuit. Incolę
hodierni montem hunc vulgo ſummam vocitant.
Viminalis mõs ẽ Romę a Ioue viminio nũcupat⁹.
Virinius mons eſt hiſpaniæ.
Voſegus mons eſt in finibus ligonum: & ex eo mo
ſa progreditur. fluuius.
Vranius mons eſt: hunc in eppicantia chalcedonẽ
ſium aiunt eſſe ſiluis omnimodis abundantẽ: atq;
verſicoloribus floribus variatum: & ex eis viatori/
bus icoliſq; plurimum odoris fundentem: & quod
longe maius eſt: in eo olei fontem aſſerũt habẽtis
odorem corticis cedri: cui volentem propinquari
nudum eſſe neceſſe eſt: & ſic etiam ſi hauriatur ex
illo oleum augeri Pręterea penes hunc fontẽ lapi/
dem ingentis magnitudinis ortum dicunt: & eum
ęſtate flãmã emittere. Hyeme ãt eis ex partib⁹ vn
de exalauerat ignis aq̃ ſcaturigies apparere: adeo
frigidę: vt glaciei ſimillima videatur: nec hoc clã cõ
tingere: aut per tempuſculũ perdurare: quinimmo
quandiu durat ęſtas & ignis: & econuerſo tota hye
me proſilit aqua.
Vultur mons eſt apulię.

Z Apaorten⁹ mõs partorũ ẽ: ĩ quo ſita ci/
uitas Darã ab arſace primo parthorũ
rege cõdita. Mõs quidẽ amœnus pluri
mum & natura loci adeo munitus: vt inexpugnabi
lis videatur.
Zephirium promontorium italię protendens in io
nium mare: in quo petilia ciuitas.
Ziph mons eſt ſqualid⁹ vel caligans: ſeu nebuloſ⁹:
puto in ſyria eſt.

¶ De Montibus finis.

¶ De Syluis tractatus.

S YLVA nem⁹: & lucus idẽ. Verũ ſylua pri
mũ vbicũque lõge lateq̃ apd' latinos ar
borũ & potiſſime ſilueſtriũ & plurimũ in
fructuoſorum multitudo freq̃ns excreuit:

dicta eſt quaſi ſolitaria:eo ꝙ raro ab hominibus
frequentetur quæ ſi alicui nomini more gentili/
um ve.uſto forſitan dicata fuiſſet:ilico a numie ne
moris ſortiebatur nomẽ: quod tamen ſuperſtitio
nibus illis ceſſantibus ſyluis minoribus in hodier
num vſqꝫ tribuitur. Lucus autem & ſylua & nemus
eſſe poreſt:dummodo per ætatem & negligentiã
frequẽtia arborum & ramorum condẽſetur: adeo
vt diei lux auferaṫ ſolo:ex quo per ãtiphraſim ſyl/
ua vel nemꝰ quod obſcuꝝ eſt:lucꝰ poſtea appella
tur. Cæteꝝ quia ſyluę vti barba hominum & mu/
lierum crines mõtium ſunt ornamenta : ferarum
domicilia:ac paſtorum armentorumqꝫ perſæpe re
fugia:necnon & multis mortalium oportunitati/
bus preſtẽt commoda:poſtq̄ de montibus dictum
eſt:de eis & nemoribꝰ luciſqꝫ :& potiſſime de his :
quæ apud auctores priſcos famoſæ ſunt : ſingula/
ris mẽtio faciẽda ẽ:i quibꝰ vti ante fecimus :etiã ſe
quemur ordinẽ alphabeti:& ab Albunea:quæ pri
mũ ſe offert dei noie inuocato ſumemus exordiũ.

ALbunea hetruſcoꝝ fuit famoſiſ/
ſima ſylua:i qua & ſi tetri odoris
fõs eſſet:non obſtitit quin ad eã
oĩs italiæ multitudo vetuſto er/
rore decepta ꝓ reſpõſis cõcur/
reret. Erat ꝓfecto ſeu i fõte ſeu
arboris in trunco ſpiritus aliquis imuudus :q dece
ptis orantibus reſponſa daret ambigua.

Antigitia nemus marſis inclytum.

Arduẽna ſylua galliæ ẽ magnitudine ſua celebris
valde Hæc & ei per medios fines treueroꝝ a ripis
rheni flumis :& remoꝝ iitiũ ad neruſos vſqꝫ perti/
net. & mil. paſ. amplius. d. occupans.

Arcinũ nemꝰ ab arcia oppido cui ꝓpiquũ ẽ nomẽ
obtinuit:& apd' priſcos oli iſigne fuit. In hoc qdẽ
poſt reuocatũ opere æſculapii ab iferis Hyppoli/
tũ a Diana:quã perfecte colebat ipẽ trãſlatꝰ ẽ. In
hoc iſuper egeriæ fõs :apd' quẽ Numa põpilꝰ hy/
dromãtiã exercẽs ſecũ Egeria nympha de agẽdis
cõſiliũ ſumere ſiplicibꝰ oſtẽdebat. Apd' hoc etiam
nemꝰ & Symõ magꝰ Petri & Pauli aduerſariꝰ clau
dus iam poſt caſum factus miſere expirauit.

Arſia hetruſcoꝝ ſylua fuit penes quã dũ Valeriꝰ pu
blicola cõſul Romanoꝝ aduerſꝰ veniẽtes & hetru
ſcos bellũ pro tarquiniis pulſis gerẽtes in aciẽ de
ſcẽſurus eſſet:repente e ſylua prodeuntẽ igẽtẽ vo
cem audiunt atque dicentem:vno plus hetruſci ca
dent. Quod poſt obtentã victoriam a Valerio: ve
rum fuiſſe cõpertũ ẽ:& ſyluanũ deũ Romanis fa/
uentem hoc dixiſſe creditum.

Angui ſeu anguiciæ lucaniæ nemus eſt.

BAcenis germaniæ ſylua eſt :infinitæ ma/
gnitudinis :Cheruſcos diuidens a ſueuis
& quaſi natiui muri loco alternis eorum
aduerſus ſe incurſionibus obſtaculũ eſt

Bebryacum nemus in bithynia eſt:i quo aiũt qnõ
dam bebryciorum Regem conſuetum vim hoſpi/
tibus inferre:quam cum i eodẽ Polluci a colchide
redeunti facere conaretur :a Polluce occiſus eſt

CImina ſylua hętruriæ ẽ olim permaxima
& horrẽda:adeo vt nec mercatoribꝰ eẽt
peruia nec habitata latronibꝰ:poſtea ta
mẽn apertiſſima facta ẽ. Nam quom nemo præ/
ter ducem eius eam eſſet intrare auſus : diſponẽti/
bus Romanis in hetruſcos agere bellũ. M. Fabio
& C. Mario rutiliano cõſulibꝰ:primꝰ qui illam trã
ſire auſus eſt Fabius in habitu paſtorali vno tan/
tum ſociatus ſeruo fuit.

Clariũ nemꝰ ẽ colphõiæ:apollini clario cõſecratũ.

Coiicũ nemꝰ thebis ꝓpinquũ eſt: ab ogigio rege
ſuo thebanis poſtea Ogigium nominatum.

DAunia ſylua apud apulos :vt arbitror eſt:a
Dauno rege eorum nuncupata.

Dodona celebris inter poetas plurimum
ſylua eſt. Hæc in dodoneo monte. Chaoniæ fre/ Ait ora/
quens eſt:& in ea templum fuiſſe diciṫ. Dodoneo culũ do/
ioui ſacrum. Fertur præterea in hac duas de cælo donęum
columbas deſcendere ſolitas :& veteribus inſide
re quercubus :& ex eis poſtulantibus dare reſpon
ſa Tãdẽ ex eis :vt aiũt altera trãſuolauit i delphos
bœotie ciuitatẽ & ibi Apollinis delphici claꝝ fecit
oraculũ. Altera ad ãmonis iouis tẽplum in africã
tranſmigrauit et ſic dodona mutata relicta eſt. Vidę ſtra

HErcynia mltis ſyluis nomẽ ẽ Sed maior bonis ſe
atqꝫ notior ea ẽ:quã apd' germanos etiã ptimum,
græci veteres cognouere:eamqꝫ dixere
oricіniam. Huius quidem latitudo nouem dierum
iter expedito homini patet. Oritur autem ab Elue
tiorum & Nemetum atqꝫ cuiiacorum finibꝰ:& re/
cta danubii fluminis regione ad fines Daciorum
& anaritium vſqꝫ contingit. Inde ſe ſiniſtroſum fle
ctens propter imenſam ſui magnitudinem multa
rum gentium fines attingit & quadraginta dierũ
in longitudinẽ eius progreſſus factus ſit. Nemo ta
men ex germanis eſt:qui ſe audiſſe aliquẽ ad eius
deueniſſe finẽ dicat :aut quo ſub cælo oriatur: ſeu
potius finiatur accepit. Multa quidem in ea ferarũ
ſunt genera:cũ quibus pro gloria robuſti iuuenes
ſyluæ propinqui exercentur.

PHoloe theſſaliæ ſylua ẽ:a pholo cẽtauro i
cola denominata. Simonis

GRineum nęmꝰ i finibus Ionii ẽ: & apol/ magi
lini conſecratũ:i quo ferunt priſci Mo/ mors.
pſum vatẽ fuiſſe apollinis qui & grineꝰ
etiam exinde cognominatus eſt. Addẽtes
in eodem aliquando calcantem cum Mopſo de di
uinandi peritia diſputaſſe.

IDda ſylua ẽ phrygiæ ab Ida mõte:i quo
excreuit denominata. apud hanc ad oſtẽ
tum ſomnii Hecubæ effugięndũ expoſi/
tus eſt Alexander:qui poſtea paris dictꝰ
eſt & huius in vallibus de pulchritudine ſeu digni
at e dearum ab eodem iudicium latum eſt.

Idalium nemus inſula cypri eſt veneri ſacratum.

Ideũ græciæ nemus eſt:in quo liberi patris filiꝰ cũ
furto ſubtraxiſſet paſtori iuuẽcum & ad reſtitutio
nem cogeretur :patris auxilium iuocauit :qui cõfe
ſtim iuuencum tranſformauit in ceruum:& ſic filiũ/
rubori ſurripuit:& ditauit rapina.

Inia ſylua eſt in rhetia:in qua rhenum & danubiũ
oriri quidam tradiderunt.

Hircania igẽs ſylua ẽ adeo vt ab ea hircania regio
noieṫ ſcythis cõtigua:alit quippe aĩalia ſilueſtria

plura:ſed tygres præcipue.

L Aurea ſylua olim in latio propiqua tyrrheno littori fuit inſignis tamẽ exciſa vbi erat vicꝰ ædificatus eſt: cui ab ea laurẽtũ nomen impoſitum eſt.

Libiſtris ſylua ẽ: vt qdã dicũt theſſaliæ alii vero illã apd' Biſtonas eẽ cõfirmãt: q̃ & ſi multorꝫ aialiũ altrix ſit: vrſos tamen p̃grãdes alit & validos.

MIcana ſylua eſt in gallia ciſalpina: ĩ qua galli legiones romanorũ trucidauere.

Micioſa vel licioſa olim ſylua fuit in cãpo ſabino: penes quam Tullius hoſtilius romanorum Rex aduerſus ſabinos hoſtes habuit pugnam & ſyluam victoria ſua fecit inſignem.

Marathonidis ſylua apud marathonem mõtem in regione attica eſt: in qua Icarus a ruſticis ebriis occiſꝰ ẽ: & ab Erigõe filia requiſitꝰ & canis ductu repertꝰ. In hac Theſeꝰ taurũ regiõi ĩfeſtũ occidit.

Molorcus nemus eſt & nemea ſylue vocatũ: ſed ſic eo dictũ: quia dum accederet Hercules aduerſꝰ leonẽ nemeũ a Molorco paſtore ſuſceptꝰ & hoſpitatꝰ ẽ: ob quod beneficium nemus poſtea molorcum nuncupatum eſt.

NAſamonſinemꝰ apd' naſamones eſt: ad qd' ſũt q velint Herculẽ acceſſiſſe: & ibidẽ oppreſſiſſe leonẽ.

Strabo in viii. Nemea ſylua ẽ inter agros & thebas: apud quã regnauit Lycurgꝰ Hec qdẽ clara ẽ ob leonẽ ab Her

Grã: um balneũ. cule i eadẽ ſuperatũ & ob agonẽ ãnuũ i honorem Archemori occiſi a ſerpente: dũ hypſypile nutrix langiam monſtraret argiuis celebratum.

P Arthenium nemus eſt Archadie: in quo quondam Iupiter tranſformatus in Dianam Caliſtonem virginẽ vitiauit. Dictũ enim parthenium a virginibꝰ: quæ in eo conſueuerant venatiõibus exerceri. Nam parthenos græce latine virgo ſonat.

Peliũ nemus apud pelion mõtẽ & ab eo denoiatum credo: Chironis centauri domicilio clarꝫ.

Plantus ſylua ẽ haud lõge a hieroſolymis: ĩ qua dudũ Dauid retinuit exercitum ſuum.

Roſinne ſilua eſt: argo propinqua.

Stymphalis ſilua ĩ ſtymphalio mõte: ĩ qua Hercules ſtymphalidas occidit aues.

TEgea ſilua ẽ archadiæ: ĩ qua Pan archadũ deꝰ honore plurimo celebrabatur. Tẽpe nemꝰ ẽ hẽmoniæ ĩter oſſã & olympũ: cuiꝰ per mediũ peneius amnis a pido mõte veniens diſcurrit.

Vñ ſpollo thymbreus. Thymbra ſilua ẽ troiæ propiqua: ſacra apollini: & in eo eius templũ tymbrei apollini nominatum: in quo Achilles ab hecuba deceptꝰ per iſidias noctu a Paride vulneratus & occiſus iermis eſt. Dicitur aũt ſilua hæc a tymbra herba qua abũdat plurimũ. Hanc autem herbã aiũt latine vocari cyanẽ.

Vrbis ſilua prope ticinũ galliæ ciſalpinæ.

Nonæ nemora ſũt: haud lõge ab hebro flumie: & promontorio Seriphione thraciæ: quæ qdẽ ſecuta dicunt canentẽ cythara Orpheum.

De Syluis Finis.

De Fontibus eiuſdem tractatus alius.

POſtq̃ de montibus & eorum ornatu: ſiluis atq; nemoribus expeditum eſt: anteq̃ pgrediamur ad flumina: de fõtibus his quos celebres ãtiquorꝫ fecere traditiones nõ erit abſurdum. Eſt igitur fons cuiuſque fluminis ſeu alterius congregationis aquarum initium: a fundendo dictus. Et ideo cum parentes filiis præponendi ſint. fontes loco parentum lacubus fluminibuſque præponemus & quaſi montium partus poſt eos explicitos adnectemus. Fons igitur aliqualis in primo e viſceribus terræ exitu aquarum congregatio ẽ in ſe nonnunq̃ aliquandiu ſubſiſtẽs. Eſto vt plurimum poſtea aut in riuum tenuem aut in amplum flumẽ procedat: quos cũ eorꝫ mirabilibus exponẽtes vt in prælibatis factũ eſt: ſic præſtante deo ordinem ſeruabimꝰ alphabeti. Et quoniã perſæpe amœniſſimi ſũt. & venereis delitiis ſuopere videãtur eſſe cõformes ab Acidalio fonte olim veneri conſecrato ſumemus initium.

ACidaliꝰ fõs ẽ ĩ Orchomẽo ciuitate boeotiæ: qui qdẽ veneri ſacer fuit: & ab eo Venus aliquãdo acidalia noiata ẽ. In hoc autem dixere poetæ gratias tres iouis filias: q̃ veneri obſequẽtes ſũt: lauari cõſuetas: volentes oſtẽdere ſub figmẽto qualis ſit fõtis huius pprietas: cũ nomẽ etiã faciat manifeſtũ. Acida q̃dẽ græce latine cura ſonat: qua plurimũ ĩfeſtãtur amãtes & in qua lauare. i. a ſordibꝰ excutere debemus gratias: vt non concedamus indignis: aut illas ſincero animo meritis largiamur.

Acidulus agri veneſrani in cãpania fons eſt: ægris oculis mederi conſuetus.

Acilꝰ fõs ẽ i ſicilia: ex quo talis fertur fabula. Acis iuuenis quidã ſiculꝰ Galatheam nympham amauit: & ab illa amabatur: quam cũ amaret Poliphemus cyclops: & ſperni ſe cerneret: vidiſſet q̃ acim Galatheæ miſceri iratꝰ eũ occidit: Qui Galatheæ nymphæ dilectæ ſuæ precibus i fontẽ ſui nominis a Neptunno conuerſus eſt.

Aganippe fõs eſt boeotiæ celebris plurimũ: eo ꝙ muſis dicatꝰ ſit a quo & ipſæ muſæ aganippæ nõnũquam nuncupatæ ſunt.

Albunea fõs ẽ in altiſſimis montibus tyburtinis: qui ſic ab aquæ qualitate denominatus eſt. hunc nonnulli Leucotheam vocauere.

Alis fõs eſt i potionibus adeo ſuauis: vt nulla potius aqua deſideretur.

Amimoneꝰ fõs ẽ apud argos: ab amimõe Danai regis argiuorꝫ filia deoniatꝰ: ex quo talis conſueuit narrari fabula. amimone cũ ſtudioſe i quadã ſilua iaculo venaretur: minus aduertens percuſſit ſatyrũ: quã cum vellet ſatyrus vitiare: illa Neptũni auxiliũ p̃cata ẽ. Ipſe aũt fugato ſatyro illã oppreſſit: & ex ea ſuſcepit Naupliũ poſtea Palamedis patrẽ: fõtẽq; loco ppiquũ & flumen ab ea denominauit. alii dicunt eam vitæ tedio affectam in fontem ſui nominis fuiſſe conuerſam.

Anxir fõs volſcorum fuit haud lõge a terracina: q̃ anxir antea dicta ẽ. Qui eo ꝙ ignatis lœtalẽ hau

flum præberet:ab incolis iniectis lapidibus & terra oppletus eſt.

Aon fons eſt ab aonia regione ĩ qua eſt denoiat⁹: muſis ſacer: a quo & ipſæ vocantur aonides.

Apollinis fons eſt in lycia turius appellatus.

Archemorus fons eſt ĩ nemea ſylua:iuxta quẽ celebraſ agon ĩ honore archemori Lycurgi regis filii:& ab eodẽ denoiatus:cũ ante diceref langia.

Archidemia ſiciliæ fõs ẽ ĩ agro effluẽs ſyracuſano

Areth fons eſt ſyriæ: apud quẽ gedeon aduerſus madianitas tendens caſtrametatus eſt.

Arethuſa fons eſt ſiciliæ:ſyracuſarũ ꝓxima muris ea in parte q̃ dicif archadina celebris plurimũ poetarũ carminibus. Ex quo cõſueuit talis fabula recitari. Arethuſã ꝑlidis fuiſſe nymphã: & ſe lauantẽ ĩ elidis flumine ab eodẽ fuiſſe dilectã:quẽ cũ ipſa fugeret:eiuſq; ſequẽtis circuitionibus teneret:aiunt deorũ iploraſſe auxiliũ:quo ĩ fontẽ ſui noĩs verſa eſt: cuius vndis cũ miſceri vellet ſe alpheus:deorũ miſeratione per ſubterraneos meatus euaſit ĩ Siciliã:quã etiã ſecutus per eoſdẽ meatus alpheus ibidẽ imixtus eſt.alii eã ſiculã dicũt fuiſſe nympham:& ab alpheo ex elide veniente ĩ ſiciliã fuiſſe dilectã. Sed ſeu ab Elide fons veniat:ſeu in ſicilia oriaſ hoc ꝓ cõperto habef:alpheũ ab elide in ſiciliã penetrare:fõtiq; p̃dicto miſceri. cu⁹ rei euidẽtiſſimũ aiunt eſſe argumentũ:fontẽ arethuſam de quinquẽnio in quiquẽniũ emittere purgamẽta necilla aliud apparere q̃ ſtercora hoſtiaꝝ ĩ alpheum apud Elidẽ ĩ ſacris olympiacis ſecũdo flumie ꝓiecta.& ſic in arethuſã delata Hũc inſuper fõtẽ dicunt nõnulli de quinquennio in quinquennium tranſlocari.

Arethuſa fons eſt.alter a ſuperiori in Ytacia: erũpens apud petrã quę corax denoiatur. Ex quo talis recitatur fabula. Fuit corax venator quidã:qui quacunq; de cauſa fecerit:ex petra illa in mare ſe præcipitẽ dedit:a ſe petre nomẽ relinquẽs. Cuius arethuſa mater p̃cipitium videns ægre ferens : in ꝓximũ ſe fontẽ deiecit miſeranda & fonti nomen dedit mortua.

Arethuſa & hic a ſuperioribus fons eſt alius : vt quibuſdã placet in agro thebano.

Arthacus fons eſt apud leſtrigonas.

Aſinanicus fons eſt circa thiana. Ertio ioui ſacer: eo ſic vocitatus:quia ſic icolæ vocẽt aquas. Is qdẽ plurimũ mirabilis eſt. Nã vt ferſ aquæ eius ex ſub terraneis meatibus frigidiſſimæ ĩ fontẽ veniũt in quo ilico feruẽt:& ex aſſãtibus icolis his: qui ꝓ rẽ aliqua recte iurauerunt ſuauis potui & dulcis eſt. Deierantibus vero aduerſa : & ex fonte ꝓſiliens tanq̃ in hoſtes oclos pedes manuſq; taliũ feriens hydropiſim atq; deflationis ægritudines infert: Nec eſt læſis abire poſſibile : donec periuriũ ſuũ confiteantur his : quorum in præiudicium deierarunt.

Baiarũ fontes memoratu quidẽ digniſſimi fũt. Nã paruo ſoli ſpatio plurimi ſalubreſq; oẽs ſcaturiũt. Baiæ aũt locus eſt ĩter puetolos & miſeni monimẽtũ:ſecus cãpanũ mare nõ longũ littoris tractũ occupans: tanta cœli benignitate: & agrorũ fertilitate : atq; nemorũ:& maris amœnitate cõſpicuus:& optabilis:aut olim in ſe poſſet romanos attrahere ꝓceres:& roma relicta hyeme atq; vere detinere toto qd' ſatis ædificia igẽtia & vetuſtate ſemeſa teſtãf Et q̄ nõ parũ eis ignominiæ iferrt: apparẽt adhuc cõchilioꝝ & piſciũ medio igurgite carceres. Eſt & ꝑterea tẽplorũ iſignis. Nã ibi videre eſt Apollinis oraculũ ingens opificũ artificio nõ deitate numis venerabile. Sibyllæ iſuper auerno ſupereminens lacui : vetuſtiſſimã atq; ingentẽ ædẽ: & q̄ nõnulli templũ fuiſſe veneris arbitrãtur præceteris neglectum. Quid multa:fontiũ abundãtiſſimus eſt : & omnes ꝓ diuerſitate diuerſis ægritudinibus p̃ſtãt remediũ ſalutare. Et quod mirabile eſt: vbicunq; in littore fodias :facile & fere circa ipſã ſoli ſuperficiem tepentes cõperies vndas morbiſq; aliarũ more medentes. Quibus vero cõferãt: præbet experientia documentũ. Sed inter alios a ceteris ſe motus eſt in littore p̃cipuus riuus : quẽ tritolim indignę vocãt Hic quidẽ exciſo manibus monte ſuperba teſtudine atq; amplo habitaculo cõſpicu⁹ æſtuatius oceani maris more bis in die feruidas eructat vndas:& totidẽ tepentes ab ſorbet:& opitulans infirmitatibus variis ceteros excedit incly ta fama.

Baiarũ amenitas.

Blanduſiæ fons eſt lympidiſſimus.

Biblis fons eſt Meſopotaniæ haud lõge a Carris ex quo fabula talis. Biblis Cauni fuit ſoror:eũq; infauſto amore dilexit:qui cũ ſororis amorẽ horreſceret & fugeret:infœlix illũ vſq; Carras fruſtra ſe quuta eſt:ibi aũt doloris ipatiẽs miſeratiõe deoꝝ in fontem ſui nominis conuerſa eſt.

Bituminis fons eſt:vt arbitrari poſſũ:apud ethiopas iuxta corambim.

Blandus fons eſt iuxta ſenã iuliã aquarũ abũdãs et quia oportunitatibus incolarũ copia ſua blãdiri videtur:blandi nomẽ cõſuetus eſt.

Capharnaum fõs eſt galileę:quẽ pleriq; credũt per ſubterraneos tramites a nilo flumie deriuari:eo q̄ piſcẽ ꝓcreet coratinũ nuſq̃ alibi præter hunc fontem q̃ in nilo repertum.

Callirhoe fõs eſt attice regionis:& medicę ſalubritatis fert gloriã:haud lõge ſcaturiẽs a hieroſolymaſ:ſic ab ipſo aquarum pręconio nominatus eſt.

Calipia fons eſt in epheſo ciuitate :penes eximiũ amazonum opus dianę epheſię templum.

Camœnarum fons romæ fuit.

Clamione fons eſt calidas aquas habẽs citra fer uorem:quas ſi vino miſcueris : triduo potionis calorem ſeruant. *Ply. lib. xxxi.*

Carmamenis meonię fons eſt.

Caſtalius fons eſt poetis familiaris plurimũ:cum muſis ſacer ſit. Hic in parnaſo mõte eſt : & dicitur caſtalius a virgine quadã caſtalia : q̃ cũ illi' Apollo vim velle iferre:in fontẽ ſe p̃cipitẽ dedit:& fonti eo nomen vitamq; reliquit.

Chebron fons eſt iudeę:apud quem expugnatus fuit Iſmael vir nõ ex genere dauid:qui poſt Solatam hieruſalẽ a Naburzada principe regis Babylonię multos iudęos occiderat.

Celpſia fons eſt atticæ regionis.

Chii fons eſt in iſula chio: a qua etiã denoiatur: ex
cuius aqua ſi quis potauerit hebes efficitur.

Cianæ Cicilie fons eſt i agro ſyracuſano: de quo
talẽ veteres fabulã recitabãt. Fuit cianæ ſicula ni/
pha: & ꝓſerpinæ ſocia: q̃ cũ cerneret illã aſportari
a plutone: iter raptoris voluit ĩpedire: nec potuit.
Tandẽ ſe ſpretã vidẽs dolore deflens nimio in fõ
tem ſui nominis mutata eſt. Eſto ſint qui dicant
eam ſtagnum eſſe: ſeu paludem.

Vide ply lib. xxxi cap. ii.

Ciceronis fons haud longe a puteolis eſt: calidas
euomẽs aquas: q̃ ægris oculis plurimũ cõferunt.
Et ideo Ciceronis vocaẽ: quia in vila eius quã aca
demiã vocauerat: ea i via: q̃ ab Annio lacu fert pu
teolos: ẽ. Nec tamẽ eo viuẽte fons erat: ſed breui
interpoſito poſt eius necẽ tẽpore: illã antiſtio vete
re poſſidẽte eius in parte prima prorũpit: quẽ etiã
laurenas tullius vn⁹ ex libertis olim Tullii carmi
nibus celebrẽ reddidit: vt appareret clarũ hoiem
dũ viueret ſciẽtia ſua mẽtalibus mortaliũ ocl'is ꝓ/
ſtitiſſe medelã: et eius poſt nomẽ eo defuncto prę
ſtare corporeis.

Cyzice fons apud cyziũ aſiæ ciuitatẽ ſic exiſtimo:
& a ciuitate denoiatus. Eſto cupidinis fons ab a/
liquibus nũcupetur: a quo putarũt veteres vene/
ris incendia aboleri.

Clanius in campania fons eſt apud acerras: quẽ
aiunt incolæ: dũ creuerit: circũ adiacentiũ agrorũ
præſagire peſtem.

Cleon fons eſt aſiæ minoris haud longe a cilene
marſiæ ciuitate.

De qro & Ouid. i metha.

Clitorius archadiæ fõs eſt: q pot⁹ odiũ iducit vini.
Clitũnus: vt quidã dicũt Meuaniæ fons eſt: alii vm
briæ lacũ: & circa cũ maximos boues gigni. Alii ve
ro Meuaniæ flumen aſſerunt.

Coralis fons carpati.

Crimeſcon ſeu crimos atticæ regionis fons eſt.

DAn fons eſt in libano monte: ex quo ꝓ/
gredię fluuius: qui nomen fontis tandiu
ſeruat donec alteri ex eodẽ mõte effluẽ-
ti: cui nomẽ Ior iũgatur. Iuncti autem ſi
mul Iordanem faciunt flumen.

Detris a ply. vo/ caẽ in. v. Hic eſt fons am monis i Libya.

Daulotos fons eſt ſabęorum.

Debris fons eſt apud maceglę oppidũ garamãtũ
miræ cõditionis. Eius quidẽ aquæ a meridie vſq; in
mediã noctẽ feruẽt. ſſime ſunt: a media vero nocte
in meridiem vſq; e contra frigidiſſ me.

Delius fons dianę ſacer eſt: & ab eo ipſa delia de
nominata eſt.

Dirce fons eſt boeotiæ thebis ꝓximus: ex qua ta
lis narraẽ fabula. Antiopa nictei regis filia nupſit
lynceo regi thebarũ: qui eo ꝙ cõperiſſet eã ex Io
ue cõcepiſſe: illã abdicauit: & Dircen ſuperiduxit:
quæ timẽs ne lynceus traheret in amorẽ antiopæ
illã carcerari iuſſit. Sane cũ antiopa Amphionẽ &
zetũ peperiſſet: carcere liberata adultos filios ir/
ritauit i lynceũ & dircẽ: q occiſo lynceo & thebaꝝ
occupato regno: Dircen i domitis tauris alligaue
re: qui dũ eã traxiſſent atq; occidiſſent: vbi poſtea
fons dirces erupit reliquere: quẽ quidẽ ex eadem
dirce miſeratiõe deorũ in fontẽ mutata factũ atq;
denominatum quidam volunt.

Dora fons eſt Sabęorum.

OEdipode fons eſt bœotię: credo ab œdi
po rege thebarum denominatus.
Egeria fons eſt i aricino nemore Aricię
ꝓpinquũ: quẽ nũma pompil⁹ romano/
rũ rex camœnis dicauit: & cũ ex opaco ꝓgredere
tur: ad fidẽ dictis augendã ibidem ſe clam conſul/
turum de agendis fingebat: cum hydromantiam
exerceret ſolus.

Egelon fõs eſt i phrigia haud lõge a fõte marſię.

Ena fons eſt: a quo & locus i quo eſt ena denoia
tus vbi quõdam igens idolũ fuit toti regioni vene
rabile. Hic aũt locus ꝓpinquus taimæ nicogran/
di intra heliam & diopolim.

Enuſcabeles fons eſt in arabia: quod nomen ca/
melorum fons ſonat.

Epigramea fons eſt bœotiæ: apud quẽ quidã arbi
tranẽ cadmũ characteres litterarũ excogitaſſe.

Fſculapii fons athenis eſt: & que in eo mergũtur:
in phalerio flumie in attino cãpo delata cõperiũẽ
Eſus fons fodi.

Exampeus paruus fons apud Caliopodas eſt: q
ſcythe ſũt. hic adeo amaras emittit aquas: vt hyp
parie permaximũ ſcytharũ fluuiũ q̃cito illi miſceẽ
omnẽ reddit amarũ: cum eouſq; dulcis atq; pota/
bilis fuerit.

f

Rigidi fontes in agro ſũt ardeatino: odo
re ſulphureo fœtidi.
Fultia fons eſt Siciliæ.

GArga fons eſt euboeę: in quo ſe balneã
tem Dianam vidit Actęon: a qua muta
tus in ceruum: ſecus hũc fontem a ſuis
canibus laceratus eſt.

Gargaphie fons eſt boetię Diane quondã ſeu he
catiſacer: quem eundẽ cum ſuperiori quidã putãt
nec obſtat locorum diuerſitas: cum facile vnus ꝓ
altero ſumi potuerit. Non enim euboea alio me/
dio q̃ Euripo a boetia ſeparatur.

Geon fons eſt in iudea: apud quẽ Salomon a Na
tam propheta & Sadoch ſacerdote in regem iu/
deorum vnctus eſt.

Geron meſciacodice fons: ex quo bibẽtes oues
ſi albe ſint efficiuntur nigræ.

IEzara fons eſt ſamariæ ꝓpinquus: in quo
ſamariæ corpus occiſi Acab regis ſui refe
rentes ſamariã: currũ eius ſanguine regio
reſperſum lauerunt.

Imea fons eſt atticæ regionis.

Ineſſa fons eſt apud rhodios: a quo & Siciliæ fõs
nuncupatur.

Iob fons i iudea eſt: qui vt aiũt colorẽ mutat qua/
ter in anno: puluerulentũ: ſanguineũ: viridẽ atq;
limpidum: ternis mẽſibus vnũquẽq; conſeruans.

Iouis fons in dodone eſt duplici de cauſa mirabi/
lis. Nã cũ frigidus ſit: ſi mergãtur ardentes faces:
illas more aliorũ extinguit: extinctas autem accẽ
dit. Pręterea ſemper in meridie deficit: cũ circa me
dium noctis exundet: quam ob cauſam anapauo
menon vocatur ab incolis

Ippocrene fons eſt bœotię hũc aliq̃ fingũt ob eq̃
Pegaſi percuſſionẽ factum & hinc denominatum
Quod quidam figmentũ facile detegitur: ſi ſecun
dum quoſdã inſpiciatur hyſtoria. Volunt quidam

cadmum equo inſidentem:dum ſedem ſibi ſociiſq;
perquireret primo apud hunc fontem conſtitiſſe:&
quia litterarum gręcarum repertor fuit quarū for/
ſan meditationem ibidem ſumpſit illum muſis ſa/
crum eſſe voluit.

Iuturna fons ē i Italia apud Numicū fluuiū.& quia ſaluberrimus ſit Iuturnę a iutando nomē ſortitus ē de hoc enim fonte Romā ad ſacra deferre ſemper conſueuit antiquitas.

L Angia fōs eſt i nemea ſylua quē penes agō ānuus celebrat̄ Archemoro lycur/gi filio:a quo poſtmodū archemor⁹ de nominatus eſt.

La i.ie fons eſt atticæ regionis.

Lerneus fons eſt quē aiūt Neptūnū poſtq̄ Amymonem filiā Danai a ſatyro liberatam cōpreſſit:locū tridente percuſſiſſe & fontē produxiſſe lerneum:& eū qui ex eo progredit̄ fluuiū amymonē a cōpreſſa virgine nominauit. Hunc tamē alioꝝ ſecuti opinionem ſupra amymonē ſcripſimus.

Lerneus fōs eſt archadiæ cuius aquas aiūt abort⁹ fieri non pati.

Leucogei fontes inter puteolos & neapolim ſūt:q̄ oculis medentur ægris.

Libetros magneſie fons eſt muſis ſacer:a quo muſæ dicunt̄ libetrides.

Linus archadię fons qui abortus fieri non patitur.

Linope fons eſt i quo aiūt ſe primo vidiſſe narciſū:& amore ſui captū eū penes occubuiſſe.

MAgia ſicilię fons eſt in agro ſyracuſano.

Marſia fons eſt in phrygia ad cylenaꝝ oppidum.

Melle fons eſt i heſtię eutiche ex cuius aqua ſi biberint nigræ oues albæ efficiuntur.

Menais fons eſt in ſicilia apud leōtides:per quē iurare timent.

Meſſis theſſaliæ fons eſt.

Molus fons eſt in inſula delo:quem aiunt eodē tē/pore cū nilo flumine creſcere atq; decreſcere.

Mitumion fons eſt in argolico ſinu.

NAſt fons eſt i tribu beniamin:quē alii naptovocant.

Neminica fōs ē i agro reatino.

Neptūnus fōs fuit apud terracinā ex quo q iaduertētes biberāt:occidebātur:quāobrē ab ātiqs obſtructus ē:hūc ſupra Anxurem nominauimus.

Nympheus fōs eſt:penes quē gentiles nymphaꝝ nomina celebrabāt.

Nyobea fons eſt in argolico ſinu.

O Eſtrum fons eſt ſiciliæ:apud quē muſæ coluntur.

Ortorum fons iuxta collē libani mōtis effluens flumē facit:quod inter tripolim & totroſā mari miſcetur.

PAne⁹ fōs ē ſub libano mōte:i quo ſi q̄ natātia proiciantur i lacum:cui phiala nomē:cuncta reperiuntur.

Pegaſe⁹ fōs eſt i mōte parnaſo muſis ſacer:& a pegaſo equo vngula fact⁹:& idē pegaſeus nuncupatus:cū & alia ſint illi nomina plura.

Pileus fōs eſt macedoniæ muſis ſacer:& a quo muſæ vocitatæ pileæ ſūt.

Pirene fōs corynthi. Ply. lib. xxxi.

Piconia fōs eſt ſaluberrim⁹ apud marſos. oritur q dem vltimis pelignorum mōtib⁹:& amplius e gurgitationibus effluens Marſos tranſiēs:& lacū fucinum mergitur iu ſpecu.& in tiburtino agro effunditur iterum:ex quo factis fornicibus primus perducere Romam Ancus Martius ex regibus vn⁹ auſpicatus eſt poſt quem Quintus Martius rex tunc prætor:& poſt eum vltimus reſtaurauit. M. Agrippa. De Langia Sta. i iiii. the.

Prothefis fōs eſt apud theſiphontem perſarum ciuitatem.

Pſamate fons eſt apud thebas.

REgiæ aq̄ fōs ē epyri haud longe a caſtello macroceraunis & cuna.

Rogel fōs ē i tribu beniamiquē penes adonias victimas imolatus ē

Rodiorꝫ fōs ē i cherſonēſo q de nouēnio i nouēniū egerit purgamēta

Rotrini fōtes i phrygia ſunt agro agalaſeno ꝓpinqui & apamiæ ciuitati.

Rubrus fons ē æthiopiæ:ex quo q biberit lymphatus efficitur.

SAcer fōs in epyro eſt frigidiſſimus:& ſpectatę diuerſitatis.nam ſi i eo ardētem demerſeris facē extiguit:extictas inflāmat hunc ſupra iouis fontem diximus.

Salmacis fōs eſt in caria ſecus Alicarnaſſum ciuitatem qui falſa multorum opiniōe creditur venereū morbum implicare bibentibus:& ob id figmētum illud poeticum exortum putāt:quod legitur de Hermere puero:a nympha ſalmace captum:& ex duobus eius precibus corpus vnum vtrumq; ſexū habens factum ſit. Sed longe alia cauſa locum pręſtitit fictioni:& a minus intelligentibus infamia fonti exorta eſt. eſt & enim fontis huius aqua perlucida & egregio ſapore delectabilis guſtu:& cum iudas quidam & arenanias ab argis veniētes troezen coloniā deduxiſſent:barbaros incolas carras.ſ.& lelegas eiecerunt:qui pulſi ſedibus montana adiacētia petierunt:& latrociniis cœperūt nouos iſeſtare iquilinos. Cæterū cū ex colonis vnus ſecus fōtem aquæ bonitate tractus tabernam meritoriam cōdidiſſet:eāq; rebus omnibus quęſtus cauſa ad alliciēdos in cibum homines compleſſet cōtinuādo per tempus factus eſt:vt ex barbaris ſeu neceſſitate cibi ſeu delectatiōe quoſdā traheret poſt quos & alii aduenere loci fama atrahente:& ſic conſuetudinē cum græcis ſumētes paulatim efferatos cœpere liquere mores:& humanitate quadam molliri:& tādem ex belluis mites effici hoies:& ſic nō effœminatos in venerē:vt quidā intelligūt:reddidit:ſed ex aſperitate nimia & ſylueſtri ad humanam manſuetudinem reuocauit & ex aduerſis hoſtibus conciues faciens in amicitiā pepertuā copulauit.

Sarſula fons eſt narbonenſis ꝓuinciæ nō dulcibus aquis defluens:ſed ſalſioribus q̄ ſit maris:vt nomē merito ſortiretur. diſtat autem modicum a lacu iu/

breſo:qui atacē recipit fluuium.
Sames fons eſt in tribu beniamin.
Siala fons eſt in radicibus montis ſyon nō iugibus
effluens aquis:ſed horis certis & diebꝰ aliquibꝰ bu
lit hunc quidā volūt ex piſcina probatica fluere.
Sinomotoe notiſſimus achaiæ fons eſt:haud lōge
ab oppido patras.
Solis fons i cyrenaica regione ē:i medio nemoris
Ply. i.v. qđ amomius dicitur:qui ꝑfecto habita conſidera/
tiōe ad mutationes eiuſdem mirabilis eſt. Sole eq
dem ſurgente aiunt aqua eius emanare tepidas ca
leſcente meridie frigidas:eo in veſperam iclinā te
tepefieri:nocte autem intēpeſta feruescere & i tepi
ditatē reuerti dum diei propinquior nox accedit.
Sorgia a ſurgendo dictus in narbonenſi prouincia
loco qui vulgo dicitur vallis clauſa:fōs nobiliſſimꝰ
eſt. nam e ſpecu quadam abditiſſima ſaxei montis
tanta aquarum erumpit abundātia vt abyſſi putes
aperiri fontes. mitius tamē āni tempeſtate quadā
exūdās:& cū clariſſima aqua ſit & amœna guſtui
ilico facta fluuius optimorum piſcium ferax eſt pro
ducens in fundo ſui herbam adeo bobus ſapidam
vt demerſis ad illam carpendam ſub vndis capiti/
Lacꝰgd. bus aſſidue paſcentes fere ad ſuffocationem vſq;
detineāt:inde inter aſperrimas cautes effluēs par
uo contenta curſu in rhodanū mergitur. Celebris
qdem & antiquoꝝ præconio:& aquaꝝ copia:& pi
ſciū atq; herbarum fertilitate eſt Sed longe celebri
or in poſterum factus noui hoſpitis carmie & inco
Frā: Pe/ latu. Apud hūc quidem noſtro æuo ſolitudinis aui/
trarche dus:eo q a frequātia hominū omnino ſemotus vi
domici/ deretur locus:vir inclytus Frāciſcus petrarcha poe
liū. ta clariſſimus concius atq; præceptor meꝰ ſeceſſit
noua babylone poſtpoſita:& paruo ſibi compara
to domicilio & agello:agricultoris ſui cōtentꝰ obſe
quio:abdicatis laſciuiis omnibꝰ cum honeſtate ac
ſanctitate mirabili ibidem iuuentutis omnem flo/
rem fere cōſumpſit Et ſi ſolitudinis amœnitate plu
rimum teneretur:non tamen deteſtabili:aut vano
ocio tempus triuit:quinimo ſacris & aſſiduis vacās
ſtudiis:inter ſcopulos montium:vmbraſq; nemoꝝ
teſte ſonoro fōte africā librū egregium heroico car
mine geſta primi Scipionis africani cātans arte mi
ra compoſuit. Sic & bucolicū carmen conſpicuum:
ſic metricas epiſtolas plures:ſic & proſaice inuecti
uas i medicos:& epiſtolas mixtas:& laudabiles ad
amicos. Ac inſuper ad Philippum caualicēſem epi
ſcopum de vita ſolitaria librum tam exquiſito atq;
ſublimi ſtilo:vt diuino potius q̄ humano editus vi/
deat i igenio:quāobrem quaſi obſoleto veteri aqua
rū miraculo poſt eius diſceſſum æſtatis feruore ſu/
perato tanq̄ ſacrarium quoddam. & quodā numi/
ne plenum eius hoſpitium viſitant incolæ/oſtendē
tes loco miraculi ignaris & peregrinis:nec dubitū
quin adhuc filii nepotes:& qui naſcētur ab illis am
pliori cum honore tam vatis adminiſtratione veſti
gia veneretur.
Spandeus fons eſt in inſula aſiæ.
TAmaritiæ cantabriæ fontes ſūt. nā cum
tres ſint inter ſe octonis dictantes pedi
bus in alueum vnum coeunt vaſto amne. hi quidā
ecto eis vicinus fons ſit ſine intermiſſione affluen/
tiſſimus. ſingulis tamen diebus duodecies ſiccan/
tur:& vigeſies aliquando:quod in augurium canta
bri ſumunt.
Tanios fons arabum eſt haud longe a monte eo.
Teſpiearū fons eſt conceptus mulieribꝰ reſpſētās.
Tima fons eſt apud colophoniam i apollinis clari
ſpelunca:ex potu cuius miranda reddūtur oracula
vita tamen bibentium breuiore.
Turius fons eſt in ꝑmontorio æthiopiæ:a nauigā/
tibus expetitus.
VElini fōtes italiæ vltra interranas ſūt.
Virminus apud laconas fons eſt.
Zame fōs ē i africa:ex cuius aq̄ ſiqs bibe
rit:canoram faciet vocem.
Hucuſq; fontium terminus.

De Lacubus eiuſdem tractatus alius.

ERat animꝰ mihi cū de fontibus di
ctū eēt vt de fluminibus ſcriberē.
Sed quia perſępe cernimꝰ fluuios
quoſdam e lacubꝰ exundare:aut
ſuſceptos ex eis emergere :mu/
tare propoſitum ſatius eſſe ratus ſum:& lacus pri
mo famoſos apponere:ne ſi poſtpoſuerim ab ho/
ſtiis in fontes videar flumina reuocaſſe. Eſt ergo
lacus aquarum prægrandis copia ex occultis ter/
ræ meatibus i vnū deueniēs atq; conſiſtēs locū. Ex
quo nonnulli aiūt lacum dici quaſi aquarum locū.
Hos quidem maximo mortalium commodo per
terrarum ambitum paſſim natura rerum diſpoſuit
& quicquid aliqui dixerint lōge a fōtibus alienos.
Augentur autem fontes & minuuntur facile pluuiis
aliiſq; ſuperuenientibus atq; ceſſātibus vndis:vbi
lacus abſq; incremento aut ſorbere ingentia flumi
na aut tanq̄ hoſpites ſuſcipere & emittere ilico cer
nimꝰ. habēt & exitus fontes in riuos vel fluuios la
cus non dicā omnes:ſed vt plurimum nullos habēt
Eſto ignoremus quonam recondat pluuias & tor
rentes. Ferunt & grandia nauigia lacus:fontibus
nec minimi innatant cortices. Præterea fontes nul
los aut paruulos alunt piſces:vbi ex lacubus fere
omnibꝰ maximos atq; ſapidos piſcātes aſſumimꝰ
Sūt & qui dicant q longe iconuenientius eſt:lacus
idē eſſe cum ſtagnis:cum vulgo galli facta diſtinctio
ne ſic vocitent. abſurdum qppe eſt cum ſtagnātes
aquas deficere:& nō nōnunq̄ aridum ſolum lique/
re cōtingat:& aliquādo extenuatis æſtiuo feruore
aqs reliquas lāguētes paucitate putreſcere & odo
re tetro adiacentia inficere loca quod lacubus cōti
giſſe fere nunq̄ cōpertum eſt. quid i multa procedā
cum liquido pateat fontes ſtagna lacuſq; iter ſe fo
re diuerſos:ad quos ſcribendos fauente ſemper q
arida fundauit illos:per alphabetum more ſolito
venientes acheros ſeu acheronta cum ſe primum
offerat ordini alioꝝ principē faciemus.
ACheros vel acheron volunt quidā lacū
eē:& ad inferos deferri:& ibi acherontē
fluuium facere.
Acronius in alpibꝰ lacus eſt quem deſcendēs a fōr/

te rhenus facit. *vulgo dicitur lago di Costanza.*

Aeticus apolloniæ lacus eſt.

Amphion lac⁹ eſt cui⁹ aq̄ habet vitiligines tollere.

Albanus lacus ē in albano monte haud lōge ab vr
be: ex quo vaticiniū fuit: nūq̄ romāos veiū capturos
ni primo ex albano lacu emitteretur aqua.

Alce lac⁹ eſt per procidamum: quē apud Indos pu
to: in quo cum nil mergatur fluitant omnia.

Alotrine lacus eſt i minori aſia in mōte alotrine ex
quo meander oritur fluuius.

Alumis lac⁹ eſt ſuper huſtropolim: haud lōge ab ho
ſtiis hiſtri fluuioli.

Aſconius lacus eſt in bithinia ꝓpiquus olimpo mō
ti & heuſæ ciuitati olim ab hānibale conditæ.

Ampſanctus lac⁹ eſt apud lucanos: ex quo tā lœta
lis euaporat odor vt volātes deſuper aues necent
eo ſuſcepto.

Anaus lacus eſt i aſia qui a circūnaſcēte abſinthio
inficitur.

Aneticus lacus ægyptiorum eſt: circa quem papir⁹
naſcitur ex quo primæ chartæ factæ ſunt.

Anius lacus puteolis vicin⁹ eſt: quem ego arbitror
hodie ſudatorii lacum vocari a balneo: quod i eius
eſt margine: cum lacus alter præter hūc in partib⁹
illis inominatus ſit. Si is eſt nullum alit animal præ
ter ranas. Et inſuper nullo artificio reperiri fundus
vt aiunt incola poteſt: cum altorum mōtium i thea
tri formam circundatus ſit. & cum nullos habeat
exitus: non amplius octo millia paſſuum ambitus
eſt. Eminet inter alios huic ad auſtium mons fili/
cibus plenus: ex quo iunio veniente menſe tot ſer/
pentum inuicem glomeratorum globi ſe præcipi/
tant vt mirabile viſu ſit: oēſq; in ſubditum ſe demer
gū: lacum. nec eſt qui vnq̄ exeuntem viderit aliquē:
aut innatantem vel aliter prodeuntem.

Arethuſſa armeniæ maioris lac⁹ eſt i: quem impe/
tuoſo curſu tygris intrans nō aliter q̄ ſi contineatur
a ripis nulla in parte miſcetur lacui. Quinimmo ſer
uato alueo i partem exit oppoſitam. Semper quic
quid ingerit ſecum trahēs: quod aquarum teſtatur
diſſimilitudo. Hunc lac⁹ verſa vice adeo libere ire
permittit: vt prout nihil illi de ſuo concedit fluuius.
Sic nec illi largitur lacus. Quod quidem patet in pi
ſcibus: quorū vnum tantum genus lacus alit: cum
plurima tygris ex quibus nunquam a piſcatoribus
aliquis in aquis lacus repertus ē. Sic nec ex ſpecie il
la quæ in lacu naſcitur: nunquam in aquis tranſcur/
rentis tygris vllus inuentus viſus aut captus eſt tā/
ta ſeruat diligentia quiſq; ſuos.

Aricinus lacus haud lōge a roma eſt ab aricia ꝓpin
quo oppido dictus: apud quē Diana Hippolytū ab
æſculapio ad ſuperos reuocatū mutato nomine la
tere voluit qui virbius nominatus ibidem dianæ ſa
cra tranſtulit.

Amaricus lacus eſt troiæ propinquus:

Aſanius lacus ē: cuius aquæ in ſūmitate ſūt dulces
atq; potabiles: ſi ad profūdiores proceſſeris: vitio
ſas comperies.

Aſphaltes lacus eſt ſyriæ ea in ꝓuincia quæ iādudū
pentapolis vocata eſt: qui quidem in multis mirabi
lis eſt. Nihil enim ante alia gignit: nec ex viuētium
genere quicq̄ ſuſcipit: qđ vt experiētia cerneret Ve
ſpaſianus princeps iuſſit in eum quoſdā nandi igna
ros morti damnatos ꝓiici. qui & ſi iactu merſi ſint
tanq̄ a vehementi ſpiritu ad ſuperiora viuentes im
pulſi ſūt. Sic nec aues aſſuetas mergi ſuſcipit. Quę
vita carent abſorbet omnia: vt ſi ponas ardentem
lucernam innatat viuente lumine eo mortuo confe
ſtim mergitur. aquæ eius amarę & faſtidioſæ guſtui
ingentes bituminis globos ferunt: quo agente nul
lis ventis agitari lacus pōt. Præterea nauigatiōis
impatiens eſt: cū nihil mortuum patiatur quin ſor/
beat: ea præter: quæ bitumie illuſtrentur. Eſt tamē
lauatiōibus ęgrotantium vtilis: medeturq; morbis
aliquib⁹: & eo ꝗ frigens & abſq; motu ſit: a nōnullis
mare mortuum appellatur. Quidam vero eū ma/
re ſalinarium dici volunt: includitur lōgitudine iter
Ierico & zoros arabiæ ſtadiis. dcc. lxxx. quom lati/
tudinis nō habeat ꝑter. cl. circa huius margines ſo
domorū ciuitates diuino igne cōſumptas patet: vt
adhuc earum quædam teſtantur veſtigia. & quod
mirabile eſt & memoratu digniſſimū: ſunt ibi cam
pi ꝓducētes fruteta eximiæ formoſitatis poma fa/
cientia adeo vt qui viderit: trahatur facile in deſide
rium comedendi. Verum ſi carpſerit fatiſcunt ilico
& in cinerem reſolūntur: fumanteſq; diuinum vidē/
tur teſtari iudicium. Hūc ſecus iādudum colligeba
tur balſamum: cuius frutices Cleopatra Antonii re
gina ægypti extirpatos vſq; ad vnum omnes i ægy
ptum tranſtulit: ibiq; plantari iuſſit qui permanent
etiam vſq; in hodiernum.

Ex ſolli/no Cap: xliiii.

Auernus cāpanię locus ē ſinu baiano: celebris plu
rimū carminibus poetarū. huius in margine ſeme
ſi vetuſtate parietes adhuc Sybillini oraculi teſtan
tur opus magnificum. Sūt pręterea circum ſcaturiē
tes aſſidue tepentes fontes & quia mari cōtigu⁹ ſit
eoq; æſtuātē miſceatur illi: & ob ſulphureas ſcaturi
gines circūaddiacētes ipotabiles habet aquas: pi
ſces autē paucos gignit & paruos atq; nigros: nec
humano vſui commodos. ſed multos & maximos
aliquādo ab agitato impulſoq; i eum mari ſuſcepit.
Et ſi forſan primo hauſtus aquę videatur difficilis:
aſſuefacti tamen in eo viuunt a nullis hominum pi
ſcationibus infeſtati. Dicunt veteres hūc auerni la
cum ſyluis adeo denſis fuiſſe circūdatum: vt modi/
cum illi ad exhalandum relinqueretur ſpacium. Eſt
enim modici ambitus & collibus continuis circun/
cinct⁹: & ob id volātes deſuper aues ab exhalatiōe
illa confeſtim necabantur. introrſū vero adeo vm/
bris dēſus: & ſulfureos odore oblitus erat: vt meri
to intrantibus videretur auernus quaſi αορνοσ. i. ſi
ne aue & iō quia ibi dēſa caligo erat fœtida: & quia
ſępe ob ſcœnū illud ſacrum humano ſanguine cōfe
ctum inferis agebatur ab ignaris inde eſſe iter ad i
feros creditum. Nec deſunt q arbitrētur ibidem ab
Vlyſſe primo occiſo Helpenore vi ſacrorum & car
minum ab inferis euocatos manes: & de futuris cō
ſultos. Sic & poſtea ab ænea mactato Miſeno: oſtē
diturq; ab incolis iter in ſpecū i domum Sibyllæ &
alia quędam huic opinioni facientia fidem. Tandē
aiūt Octauianum cæſarem factis vndiq; excidi atq;
eradicari ſiluis locum amœnum atq; ſalubrem red
didiſſe. Vidi ego ex hoc lacu Roberto inclyto: Hie
ruſalem & Siciliæ rege viuente tam gra ndem pi/

Strabo i ſexto.

Aſphaltiten Ply. vocat.

ſcium copiam electam in margines:vt monſtro ſimile videretur. Et quom omnes eſſent mortui:introrſum nigri erant:& ſulphure fetidi:adeo vt nullum ex illis guſtaret animal. Creditum ex eo eſt a prudentioribus incolarum eruptas diebus illis i lacum ſulphureas venas tantivigons:vt infectis aqs piſces occiderit.

De Curtio Lacu vide Liuium.

Anien lacus eſt velinorum:& per tiburtinoꝝ fines infunditur:in tyberim fluit:ab aniene filio Apollinis nuncupatus.

Benacus lacus galliæ Ciſalphinæ ē inter arctas montiū fauces ſituatus:adeo vt coacti ipetu inter eos venti eū more maris æſtuationes vndarum atq; tempeſtates facere cogant hunc aiunt aureas harenas euoluere:& ex eis nutriri piſces:quos vocant indigenæ carpiones nuſq̄ alibi repertos. Ex hoc Verg. Mintius fluuius excurrit in padum.

Beobis lacus eſt theſſaliæ.

Boriſtenes lac⁹ eſt apud boriſtenas ſcythas flumē eiuſdem nominis habentes.

Biguntinus ſeu brigātinus lacus ē i agro retico muſtellas murenis emulas generans.

Buſeſagore lacus ē apud ſcythas a meotidis paludibus petroſo dorſo diſcluſus.

Caldaici lacus inter ſeleuciam& theſiphōtem ſunt:in quos tygris fūditur qui. lxv. mil. paſſuum ampliati illum vaſto effundunt alueo:forsā caldaici dicti:quia aut i caldæa aut caldææ nomen dederint.

Calearcium lacus eſt africæ.

Caſpi⁹ lac⁹ ē eſto caſpiū dicat mare:ſicuti& a ſphaltidis lacum mare mortuum appellamus. Verū huic conuenientius ob immenſam eius magnitudinē dicimus Eſt igitur inter caſpios & hyrcanos tam lato longoq; tractu diffuſus:vt mare non incongrue nuncupetur Sed conſtat eum ex concurſu maximorum fluminum ab aquilone cadentium iter aquas perpetuas& maximas ampliatum:nullos exit⁹ patentes habentem:nec ſe vſq̄ alicui mari iungentē. Eſt præterea nationibus multis conterminus habens i circuitu portus:& littora:& nauigia vehit ingentia patiens inſuper tempeſtates & maris accidentia reliqua.

Caulas lacus eſt i iudæa haud lōge a fonte chebrō

Clitorius lacus ē Italię:cuius ex aqua ſiquis potauerit in vini odium incidit.

Clitūnus lacus eſt vmbriæ:apud quem aiunt maximos boues gigni. ſupra eum fontem diximus

Cocytus ſecūdum quoſdam lacus eſt apud iferos alii dicunt fluuium.

Copæ ſūt lacus in Syria Arabia:& numidia:apud quos a circunhabitantib⁹ bitūinis igentes colligūtur moles.

Cotanicus in Sicilia lacus eſt.

Corbſitaria lacus eſt ex quo non ſolum q biberint: ſed qui ex aquis lauerint moriuntur.

Cumini⁹ lacus eſt apud hetruſcos i monte:cui & ciminius nomen eſt:quem taliter natum fabuloſe dicebat antiquitas. nam quom aliquando ad hoſpopulos deueniſſet Hercules:& ad oſtēdendam virtutem ſuam forte prouocaretur ab eis. defixit in ſolo vectē ferreum quem cum nullus poſſet auferre: rogatus ſuſtulit:eum confeſtim aqua ſequuta eſt:q̄ lacum fecit.

Curtius olim lacus fuit:vbi nunc Roma eſt. Verum dū excreſceret ciuitas factis ſubterraneis cloacis exhauſtus eſt Nominis huius triplicem cauſam tetulerunt antiqui. Quidam dixerunt eo in loco terrę hiatum apparuiſſe:& ab auruſpicibus fuiſſe reſpōſum deum Manio poſtilionem poſtulare. i. ciuem fortiſſimum eodem mitti:quāobrem Curtiū quemdam ſtrēnuum virum tanq̄ ipſe poſtularetur armatum aiunt conſcendiſſe equum:ac ſeſe in hiatū præcipitem dediſſe eoq; facto coiſſe terram:& ſic eius corpus humatum fuiſſe:locoq; nomen datum viſū eſt:& ſic non lacus fuiſſe videtur aquarum:ſed ſic locus pro libito vocitatus. Alii dicūt ſabino bello:qđ inter Romulū & Tatiū ob raptum ſapinarum ſuſcitatum eſt:Metium Curtium virū fortiſſimū vnum ex ducibus ſabinorum dum pugnaret acriter vrgēte romanorum acie ſeſe in paludem ibidem exiſtētem cōiecisse:ex qua cum ſuaſione ſuorum emerſiſſet:eoſq; in capitolium collegiſſet:a ſe lacui nomen dediſſe. Nōnulli volunt eum locum fulguratū fuiſſe:& ex ſenatuſconſulto circūſeptum:eumq; curtiū appellatū:q a Curtio conſule factū ſit:qui ea tempeſtate Marco genitio collega erat.

Cutilenſis lacus eſt i qua inſula mobilis ē:& ide cutilenſis dictus.

Electrides lacus eſt ſyrię:i quo electrum naſci dicitur

Eptabolus lacus eſt apud mauritaniā.

Epilis lac⁹ ē galliæ ciſalpinæ:i quo ꝓgredit Lambrus fluuius in padū defluens.

Exquilinus lacus Romę fuit ſub monte:qui Oppi⁹ dicitur.

Facultalis lacus romæ fuit regiōe exquilina:apud quem Seruius Tullius romanorum rex ſepultus fuit.

Feronia terracinæ lacus fuit.

Fiala haud multū lōge a libano Lacus modicus ē: ex quo ſunt q credāt Iordanē oriri:& patruo diſcurſo tractu a terra ſorberi:& ad radicē libani iterum ebulire. quod aiunt deprehendiſſe primum phillippum Tetracham palleis in fialā poſitis:eiſq; apud paneam recollectis Paneam enim vocant fontem ſub libano ex quo Iordanis effluit. Dicitur autem lacus iſte fiala a rotonditate:qui quidem cum ſeper plenius ſit. nunq̄ vt exundaret compertum eſt.

Fleuo Lacus ē:quem Rhenus maximā aquarū copiam trahens de ſe ipſo poſt longum diſcurſum facit:& in eius medio inſulā eque fleuo nominatam amplectens demum exinde exiens iterum ſeſe colligit in ripas.

Fucinus lacus eſt apud marſos. ſeu vt quidā dicunt equiculanos forſan ambobus cōtermin⁹. nam hodie vulgo dicitur lac⁹ marſi. opimos autem piſces nutrit. Ab hoc autem lacu volūt quidam hauſtum ſeu abſorptū fuiſſe oppidū Archippe:qđ olim Marſias lydoꝝ dux:a quo marſi dicti ſunt. cōdiderat.

Furialis lacus ē Boeotiæ iſani generator amoris. Dicūt quidā qui ex eo biberint in tantum libidinis ardorem incendi:vt fere agi furiis videātur ob hoc

nomen ſortitus eſt furialis.
GAlileę lacꝰ ē quē hebræi more ſuo mare
noiant. Omnē enim aquarū recollectio
nem tarſu vocāt: qđ latine mare ſonat.
Is aūt dulces habet aq̄s tāq̄ q ex Iorda
ne fluuio efficitur. Et galileæ dicitur qa præterfluit
galileam. Et nonnunq̄ etiam tyberiadis mare: eo
ꝙ illi ſupereminent ciuitas tyberiadis. Pręterea &
ſtagnū Geneſareth appellatur aliquādo eo ꝙ cri
ſpantibꝰ vndis ex ſe aurā generaret. ſeu a geneſa/
tæ regionę quam pręterfluit admirabilem diuerſis
generibus arborū: & extenditur ſtadiis. clx. quom
latitudinis nō amplius habeat. xl. i hoc enim piſca
batur Symon bariona: quando acceſitus i diſcipu
lū fuit a Ieſu. Sic & Andreas frater eiꝰ: & Zebedei
filii. in hoc tempeſtatem paſſi ſunt dormiente Chri
ſto. & huius in littore quom iam ſurrexiſſet a mor/
tuis: illi panem & aſſatos parauere piſces.
Gebennenſis lacus eſt Gallię quem idem volūt cū
lacu lemanno ex quo rhodanus effluit:
HYlas bithiniæ lacus eſt abluens truſladē
vrbē. apud hūc ſeu in hoc reſediſſe credi
tur Hylas dilectiſſimꝰ Herculi puer nim
pharum rapina: & ab eo lacū atqꝫ fluuiū
ex eo manantes denominatos volunt: eiuſqꝫ i me
moriam annis ſingulis ſolenni tripudiatione popu
lus lacum circuit Hylam vocans.
L Arius lacus ē galliæ ciſalphinę ꝓpinquꝰ
ciuitati como: piſcium abundantiſſimus
ex quo addua progreditur fluuius.
Lemānus galliæ tranſalpinæ lacus eſt grandis ex
quo ſuſceptus egreditur rhodanus & a quo adiacē
tes populi nominantur lamanni Hūc ſupra geben
nenſem vocaui.
Licomedes lacus ē ęthyopię ꝓpinquus pſillis po/
pulis q ore ſerpētū exhauriūt venena vulneribus.
Loriſma lacus. ē in minori aſia in aſpectu ferre inſu
læ rhodiorum.
Lucrinus lacus ē cāpanię iter meſenū baiaꝝ caput
& euboicas cumas: lucrinꝰ: vt veteres dicūt a lucro
dictus. nam cū in eodē multitudo piſciū caperet: ex
qbus maximū mercatores conſequebāt lucrū: Lu
crinus dictus eſt. Verum cum plurimū æſtuans ma
re quod penes ē: obeſſet piſcātibꝰ: & ob id minui vi
deret vectigal: quod exinde perſoluebāt romanis
a ſenatu Iulio cæſari datum ē opus: vt lucrinū a ma
ris īpetu īmunē redderet: q labore maxio atqꝫ ſum
ptu oppoſitis molibus: & paruo relicto mari hoſtio
lucrinū ab ęſtu maris ſecurū reddidit. Quamobrē a
nōnullis poſtea aquæ iuliæ appellatæ ſunt. Alii ma
ris ocia vocauere. a quibuſdam mare mortuum ap
pellatur. Sane & ſi non omnino repletus arenis ſit
modicum tamen vacui reſeruauit: qđ magis aliqui
bꝰ nauibus quietā: aliquando ſtationē pręſtat: q̄ pi
ſcatoribus lucri cōmodum.
Lumie lacus ē apud babyloniā caldæorū plurimū
liquidi bituminis euomens: quo creditur quondā a
Semiramide aſſyrioꝝ regina: & teſtaceo latere ba
byloniam omnē muris inſtauratā.
Lunæ lacus eſt athamanię tenuia accēdens ligna:
ex cuius aqua ſi quis potauerit: aut i iſaniā labitur:
aut ſoluitur in ſoporem.

MAleficus lacus i Scotuſſis: quem etiam i
ſanū vocant. hic dte fit amarus ac ſalſꝰ:
tantūdemqꝫ dulcis atqꝫ potabilis. nocte
vero ſerpētes albos vicenū cubitorum
emittit in aridam. Ply. idē dicit. li. xxxi.
Mandalus lacus apud æthiopas eſt.
Mareotis lacus ē: qui olim crapotes dicebatur: pē
nes quem Alexander macedo Alexandriā inſignē
ægypti ciuitatem conſtituit.
Mendis lacus eſt in ęgypto ciuitati Memphis pro
pinquus: qui vt quidam dicunt. ccl. M. paſſuū. & vt
alii. cccc l. longitudinis habuit: & latitudinis: l. ma/
nufactus opera Mendi regis ęgyptiorum: a quo &
denominatus eſt.
ONoleꝰ alias Monoleꝰ lacꝰ ē ęthio
pię: had' lōge aptholomaida epi
thea cognomiata: ad venatꝰ ele
phātoꝝ a philadelpho condita.
Oeris alias Moeris lacꝰ ē i ęgypto
vigiti milia paſſuū ābitus: q cāpꝰ ſit aliquādo: poſt
modū lacus altior q̄ ad ferenda nauigia opus ſit.
Oaxus lacus eſt indiæ: cuiꝰ oras icolūt bactriani at
que exoſtriſtæ: ex quo qdē oaxes emittitur fluuius
PAndoſus lacus archanię: quæ vocari cōſue
uerat curretis.
Pelſeis pānoniæ lacus eſt.
Perguſa ſicilię lacus eſt olim nemoribus circunda/
tus: quem penes dicūt ſpaciabatur Proſerpina flo
res legens: dum Plutoni placuit: & ab eodem ra
pta eſt.
REgillus lacꝰ eſt i agro Tuſculano penes
hūc aiūt dum Paulus poſthumius dicta
tor aduerſus Mamiliū tuſculanorū du/
cem pugnaret: viſi ſunt caſtor & pollux
pro partibus romanorum acriter dimicantes. Sic
& ab eiſdem dicunt Valerio Publio Vatonio rea/
tinæ pręfecturæ viro noctu romā petente nūciatū
die pręcedente ab ęmilio paulo perſen regem ma
cedonum victum captūqꝫ.
Rubreſus lacus eſt Narbonenſis prouinciæ: cui ſu/
per innatat fluuius atax fuſus e pyreneo.
SAlentinus lacus ē Salentinorū iuxta an
duriam oppidum. hic ad margines vſqꝫ
plenus neqꝫ exhauſtꝰ minuitur: neqꝫ ſu/
per infuſis augetur aquis.
Salinarum lacus eſt africæ inter ruſicadam & mon
tes azare.
Sara iudeæ lacus ē nō āplius ābitus occupās q̄. xvi
M. paſ. urbibus pluris atqꝫ celeberrimis circūſeptꝰ
Scaphagiolus modicus lacus eſt in appēnino: qui i
ter agrum piſtorienſem atqꝫ mutinenſem ſublima
tur miraculo magis q̄ aquarū copia memorabilis.
Nam vt omnes teſtātur accolæ ſi quis ſpōte vel for
tuitu lapillum vel rem aliam: quæ aquas moueat i
eum proiiciāt: repente aer in nubes cogitur: & tan
ta ventorum tempeſtas oritur: vt nonnunq̄ vicinæ
validiſſimæ quercus fagiqꝫ veteres aut truncentur
aut radicitus euellātur. Quid animalia dicā: ſi qua
ſint: ſi arbores euertantur? & ſic infeſtationibꝰ per
diem totam aliquando perſeuerat.
Seriphus lacus eſt in quo ranæ nō coaxant: quom
id faciant ſi alibi deportentur: qui denominatus eſt

a ſeripho inſula in qua eſt.

Sebinus ciſalpinæ galliæ lacus eſt:ex quo olius flumē exundat.

Sicendus theſſaliæ lacus eſt:in quo ranæ nullo modo coaxant:quom alibi delatæ faciant.

Semeconitis lacus eſt galileæ:qui a iordane fluuio interſecatur.

Sirbonis lacus eſt. Caſſio monti arabię iūctus fuit: habuitq; vt tradunt veteres. cl. M. p. circuitus:poſtea in modicam deuenit paludem.

Speculum dianę lacus ē haud longe ab aritia:quē ſuprā aricinum nominauimus:

Age lacus eſt ęthiopię.

Tarentin⁹ lac⁹ ē apud Tarentū Italię ciuitatē:q ęſtiuo ęſtu ſiccat̄ i ſalē

Targniēſis lacus a ciuitate ętrurię targniēſi denominatur:i quo duo magna circunferunt̄ nemora:nūc triq̄ſtrā faciētes figurā:nūc rotundā ſpellētibus ventis:quadratam autem nunq̄.

Tepidus lacus ē per quē tigris ipetuoſo curſu rapit̄

Teſprotie lacus eſt ābrachiæ:ex quo Acheruſia fūditur fluuius.

Tiberiadis lacus eſt galileæ:hunc pauloante a galilea denominauimus.

Toloſēſis lacus eſt toloſæ ciuitati ꝓpinquus:& ab ea denoīatus:i quo tectoſagi peſte oppreſſi monitu aruſpicum omne aurū atq; argentū:qđ ꝑdātes

Flumen quæſierant proiecere:& abiit peſtis.

Fluuius Traſimenus Tuſcię lac⁹ eſt:hinc peruſiū & cortonam inde

Riuus. aretinum & Senæ iuliæ agrum habēs in

Torrēs. ſignis clade Flāminii romanorum conſulis. Hannibalis pœni victoria.

Tragoditis lacus eſt:qui ter ī die amarus:& totidē dulcis fit.

Adimonus lacus eſt in quo natat inſula.

Ply. li. xxxj. Velinus lacus iuxta agrū veſulanū fuit. hic ſecūdū quoſdā exaruit. Alii dicunt in piceno eſſe & lapideo cortice cuncta iiecta obducere. Alii illū in reatino agro deſcribunt. Alii innarem fluuium a quodam romano cōſule dicunt eſſe diffuſum.

Veneris lacus i ſyria ē apud Hieropolim:ex quo vocitantibus edituis piſces veniunt:vt fertur & adulātur auro exornati:atq; ſcalpuntur:& hiantia ora ꝓſtant manibus inferentis.

Venetus lacus ē i alpibus a rheno flumine edit⁹ vt & actonius:ex qbus effluēs efficitur fluuius.

Viturnæ lacus eſt haud longe a roma:cuius i margine oli fuit ędes caſtori & polluci ſacra:eo q; apud eundem viſi ſunt:quom pro romano pugnaſſent imperio equos lauantes ſuos

Verban⁹ lacus eſt Galliæ ciſalpinæ:ex quo Ticius emergitur fluuius. ſeu vt dicunt alii:per quem Ticinus ex alpibus veniēs ſua celeritate ſeruata decurrit ad padum.

Vulſinus lac⁹ a vulſinis opiddo:cui adiacet nominatus piſcium fertilis in ætruria eſt.

Oroanda lac⁹ eſt ſub tauro mōte:vbi abſcōditus vltra montē tygris fluuius exit in lucem:quod quidē patet:eo q; ea quę in flumine ſpecum intrante ꝓiecta ſunt:

Z

altera ex parte montis redduntur in lacu.

Finis de lacubus.

De Fluminibus eiuſdem tractatus alius.

Figmēto poetico traditū eſt flumina ab oceano & terra fuiſſe ꝓgenita. Nec eqdē credēdū eruditos hoies tāta fuiſſe caligine obfuſcatos:vt animaliū more arbitrarēt̄ hęc ꝓcreatio facta ſit. q̄nimo ſub tā tenui velamēto ſēſerūt ex āpliſſimo oceani fōte:qbuſdā agētib⁹ mediis omnē humorem in terram deduci. cuius in viſceribus poſtq̄ amaritudo digeſta ē omnis:& cœptus meat⁹ i exitum vſq; peractus eſt:his i locis ad quos aut traxit aut impulit potentia maior:fontes parturiantur & lacus ex vrbertate:quorum vt iam prætactū eſt deriuant̄ & flumina Et quia de fontibus atq; lacubus pro qualitate laboris aſſumpti ſatis dictum eſt. & ſi opportunitas exigat:reaſſumetur:& iterum de fluminibus congrue dici poteſt:principia fluxus & fines paucis explicādo. De his potiſſime dico quos ad noticiam noſtrā antiquoꝝ deduxit ſolertia:ſeu ipſi ſumpſimus oculis regiones varias peragrātes. Sūt igitur flumen:fluuius:riu⁹:& torrēs:in ſe alıqd diuerſitatis habentes. Eſto nonnunq̄ ſcriptores ſecundum ſtili exigentiam improprie vno vtantur ꝓ altero. Flumē quipe omnis aqua ē:quę ab ipſo exitu vt ita loquar ex vtero vſq; i finem. eo ſcilicet quo cōmixtione alterius nomen extinguitur continet. Fluuius is eſt locus per quē flumen perpetuo curſu deducit̄. Riuus aūt tenuis aqua:quę ex fonte vel lacu exuberante procedit:vel quę aquatiōis ſeu oblectatiōis alterius cauſa a fluuio in partē deflectitur aliquā. Torrens is eſt qui agentibus hymbribus repente fit turgidus vel impetuoſus ſeſe e montibus precipitē ferens i valles:& pluuiis ceſſantibus exareſcit. Verum in præſenti opere nil nobis ē cū riuis aut torrentibus:quorū curſus aut flectuntur facile aut auferūtur æſtate. Et iccirco veniētes ad fluuios quos amnes quandoq; loci amœnitas:per quē vadūt nūcupari facit:eo propitio iuſſu cuius eorū flexib⁹ apparuit arida:cœptus alphabeti ſeruabit̄ ordo:lōgoq; agmini dux dabitur Arn⁹ florētię ciuitatis fluuius:non quidē tanq̄ ob litteraꝝ ordinē meritus:ſed quia patrię flumen ſit:& mihi āte alios oēs ab ipſa infantia cognitus. Bona ergo legētium pace fiet:eoq; paucis expedito cōfeſti ordo reaſſumetur in reliquis.

Arnus Tuſciæ fluui⁹ eſt ex appennino effluens mergitur in tyrrhenū:cuius lapſ⁹ paulo propenſi⁹ oſtēdend⁹ eſt. Is igitur ex dextero appennini latere:eo ex loco cui vulgo dicit̄ falterona prorūpens inter cōfragoſa vallium occiduum petēs:ab initio paucis fertur vndis. Inde adiutus ab aliis grādiuſculus a ſiniſtris Aretiū vetuſtate nobilē ciuitatē liquens:poſ q̄ floręntinū intrauit agrū:eo vſq; labit̄ vt anchiſam praeterfluat maiorū eximii iubaris Franciſci petrarchæ poetæ cōſpicui vetuſtiſſimā ſedem. inde florētiā totius Italiæ ſingulare decus paruo curſu cōtingit:& eius per medium currēs petit alpeos:quorū āntiqſſimā vrbē Piſas poſtq̄ in partes diuiſit duas haud lō

geab ea vt diximus: effunditur in tirrhenum: qui & ſi nauigabilis non ſit: nec piſcium fœcunditate famoſus: ſi quis recitare velit plurimum clariſſimorũ facinorum facile efficietur inſignis. Ex quibus vt alijs præſtetur locus vnum recitaſſe ſatis eſt. Is ꝗppe certantib⁹ de orbis ĩperio Romanis atq; carthaginẽſibus pro romanis partibus vires poſuit ſuas. Nam cum iam alpes ex hiſpania veniens Hãnibal pœnus ſuperaſſet: & apennino tranſcẽſo ex gallia veniſſet in thuſciam: a feſulis iturus aretium quaſi ex compoſito totus effluens in tantum ripas exceſſit: vt Pœnũ maxima exercitus parte priuaret: eumque ducem cogeret medijs in vndis elephanto ſuperſtiti inſidere: quem adeo nocturnis ac paluſtribus auris affecit: vt oculo caperetur vno: & ob hoc arbitror a veteri fama in hodiernum vſque ſeruatũ vt obſemicæcatũ hoſtem Florentini: quorum forſan in agro contigit: cognominati ſunt cęci: & ſi tantundem fluuius egiſſet alter: aut cecus pugnaſſet pœnus: aut quietam italiam omiſiſſet.

Abana fluuius eſt damaſci in radicibus libani montis exortus in ſyriacum effunditur mare.

Abiga fluuius eſt numidiæ.

Abſepus fluuius eſt Aſiæ apud Lampſacũ oppidũ præterfluens ex quo priapus fuit obſcœnitate virilium cognitus.

Abſartus fluuius eſt in pachieris mõtibus aſię ort⁹ in pontum effluit: haud longe a Trapezonta quũ Emochorum fluuius ſit.

Abſilis ſeu abſilia perparuus fluuius eſt aſiæ: latiã præterfluens ciuitatem.

Abſirtus fluui⁹ colchorum: quem fingũt ex ſanguine abſyrti fratris medeæ: & ab eadem fugiente cũ iaſone occiſi ortum: & ideo ſic vocatæ. Ego autem puto ſecus hunc fluuium abſyrtum a medea occiſum: & ob id vetere fluuij nomine ſubtracto abſyrtus denominatus ſit.

Abus fluuius epyri in finibus apolloniatum.

Abona fluuius eſt britanniæ.

Achates ſiciliæ fluuius in quo ſoliti reperiri lapides qui & achates a flumine dicti ſunt.

Acapſeonſis fluui. eſt aſiæ apud emocos colchorũ gentes.

Acapſis flu. ẽ aſiæ apud laros q & Colchi ſunt ppli:

Achelous fluuius eſt græciæ e Pindo theſſaliæ mõte effluens aetoliam ab armenia diuidit: & in maliacum ſinum effluit. hic autem apud poetas famoſiſſimus eſt: & de eo narrantur multa. Sunt qui dicãt hunc primum erupiſſe terram. alij vero dicũt eum primum vinum cum poculis immiſcuiſſe. Præterea talis ex eo fabula recitaẽ. Qui deianiram Meleagri ſororem in coniugium volens cum hercule qui eam deſponſauerat: certamen habuit: & quom ſe in varias verteret formas tandem verſus in taurum longam cum hercule luctam exercuit. Poſtremo altero priuatus cornu ſe victum confeſſus eſt. Hercules autem deæ copię dicauit illud: nimphiſq; exhibuit. Cuius rei veritas fuit: quod cum eſſet achelous bicornis & multum occuparet agri: quidã rex conatus eſt eum in vnum alueum cogere. quod quidem etſi difficillimum fuerit: tandem peregit. & locus ille qui a curſu fluuij remanſit immunis: quõ eſſet pinguiſſimum; ſolum maximam frumenti vini atq; fructuum copiam incolis attulit.

Cornucopie vñ

Acheron fluuius apud moloſſos oritur & in helleſpontium effluit ſinum: ſeu potius vt placet alijs ex lacu theſprocię oriens in ambrachium ſinum cadit hunc poetę inferorum dicunt fluuium eo ꝙ liuentibus eueatur vndis & eius nomen ſonet triſticia.

De Arno Strabo ĩ quinto.

Acheron fluuius lucanorum eſt Conſentiam ciuitatem circundans. apud hunc Alexander epirotarũ rex & olimpiadis frater qui Brutijs aduerſus lucanos auxilio venerat: in trãſitu a lucano ſatellite occiſus eſt.

Aceſinus fluuius eſt perſię: & in indum fluuium cadit nauigabilis quidem & magnus circa quem feiunt arundines tantę magnitudinis atque groſſitiei naſci vt ſingula earum internodia incolis pręſtẽt naugia.

Aceſtis indię pręgrandis eſt fluuius atq; nauigabil' quem iuxta Alexãder Macedo Bucephalam fecit conſtrui ciuitatem dimiſſiſq; taxile & poro indianis regibus: naues intrauit oceanum petiturus. hunc ego arbitror in gangem effluere.

Acis fluuius eſt ſicilię ex ętna monte procedẽs: ex cuius ripis fertur Poliphemum ſaxa ĩ vlyſſem egiſſe. hunc vbi de fontibus fontem diximus: & ibidẽ fabulam ſcripſimus mutationis eiuſdem.

Acris Italię fluui⁹ eſt hereacleę ciuitati propinqu⁹

Addua fluuius eſt gallię ciſalpinę: ex alpib⁹ ſecundum quoſdam fuſus egreditur larium lacum: & ex eo integer emergens in padũ effluit. alij dicunt ex lacu orginem trahere Bonos quidem piſces nutrit & potiſſime timulos.

Adonius fluuius. ſunt qui dicant: naſitur haud longe a tyberiade ciuitate: & lõgo defluens curſu a cretico recipitur mari: quod michi impoſſibile videtur quum in ſyriacum potius credam.

Adima Numidę fluuius eſt.

Adumen fluuius haud longe a Roma.

Aduſa epyri flumẽ eſt a quibuſdam eas appellatũ apollonię propinquus.

Aecis vel acras macedonię fluuius eſt: & decurrit ĩ ionium: quod non credo.

Aeſis fluuius eſt ĩ piceno ex apennino fluẽs ĩ adriaticum cadit haud longe a ſenogallia ciuitate.

Aegos fluui⁹ eſt ĩ cherſonẽſo naufragio atticę claſſis inſignis: cuius ꝓximus ſextos ẽ abido oppoſit⁹.

Afas fluuius eſt moloſſoꝝ ĩ ſinu cadẽs ambrachio.

Afroſidi⁹ fluuius ĩ pyrea ẽ: reddẽs ſterileſ mulieres

Agaſinus fluuius pręgrandis & clarus ĩ ludum defluit flumen.

Quis primũ vinũ miſcuit.

Agecin minoris aſiæ fluuius eſt.

Ager fluuius eſt mauritaniæ: ex athlante monte ꝓfluens in occiduum quum ex ſeptentrionali regione ſit ortus in lacum eptagonum ſeu eptabolũ tẽdit. inde ſub deſertis montib⁹ fluens per meridiana loca manat & in paludem mergiẽ quandam: ex qua emergẽs progreditur: & meroem inſulam cingit &c. q̃ de nilo: cuius hic videẽ initiũ narrabuntur.

Agilaa fluui⁹ eſt mauritanię cęſarienſis.

Agiſines fluui⁹ eſt oriẽtalis apd' cenſonas & aphilos: per quem Alexander macedo ad oceanum tẽdens deuectus eſt.

Agnices fluuiꝰ ẽ armeniæ celebris q in tygri effluit.

Agon fluuius eſt æthiopiæ.

Agera calabriæ eſt fluuiꝰ haud longe a freto ſiculo

Agatenia ſiciliæ fluuiꝰ ẽ a colonia terme nõ diſtãs:

Alabaſtros fluuius eſt phrygiæ: haud lõge vbi Troia fuit.

Idẽ dicit Ply. lib. xxxi. Cap. ij.

Haliachmon fluuius eſt macedoniæ: ad quem pecora quæ candida naſci volunt: deducunt incolæ: cumq; nigra velint: ad axum.

Alader fluuius eſt gallogræciæ haud longe a vico: quem tiſco vocant incolæ.

Alachim fluuius eſt megarenſium: cuius fontẽ Dædalus dilatauit: agrumq; tradidit & regionem fertilem quam idem fluuius deuaſtabat.

Alanus fluuiꝰ eſt ſcythiæ a quo alani populi denominati creduntur.

Alauria britanniæ fluuius eſt.

Strabo ĩ ſeptimo.

Albis germaniæ fluuius eſt: & ſueuos a cemetijs diuidens mergitur in oceanum.

Albæ bambleæ flumen eſt in vaſconia.

Albaneis fluuius albaniæ cui amazones: & ſauromathæ propinqui.

Albula fluuius dictus eſt qui hodie tyberis per vrbem labitur.

Alces bithiniæ flumen eſt.

Alchione ſiciliæ fluuius eſt.

Alduaſdulis fluuius volſontionis circuit ciuitatem.

Alemo fluuiꝰ macedoniam diſtermiat a theſſalia.

Alere vaſconiæ fluuius eſt.

Aleſus fluuius aſię minoris eſt per colophoniam effluens.

Abunde de hoc Stra l. vi.

Alpheus fluuius eſt elidis iuxta Piſam decurrens: de quo cencordantibus omnibus viris clariſſimis mirabile recitatur. ſ. ꝙ in achaiam mergatur: & in fontem arethuſam apud ſyracuſas in ſiciliam exeat & in mare ſiculum vadat: quod olim piatis ſacris percipitur: vt ſupra vbi de arethuſa dictum eſt: ſcribitur: vbi amoris eius in fontem. Sunt præterea qui dicunt fontem in archadia eſſe: ex quo alpheus & arethuſa procedunt ſeparatis alueis: & demum poſt aliqualem curſum coeuntes in vnum terram ſubeunt: & in ſyracuſanum agrum effluunt.

Alfidamus theſſalię fluuius eſt.

Aliartes boetię fluuius eſt.

Alibocrus fluuius eſt orientis: naſcitur ex monte lyleo & in oceanum tendit.

Alis fluuius eſt cappadocię inter calibes decurrẽs iuxta lycaſtam ciuitatem inſignis victoria Manilij Vulſonis: & clade gallogręcorum qui ibidem ducibus Louorio atq; lutario ſumpſerant ſedes. oritur quidem in radicibus tauri montis.

Cladis allienſis erũnæ.

Allia fluuius eſt non ampliꝰ. xi. Mil. paſſuum via ſalaria ab vrbe diſtans e montibus cruſtumerijs effluens in tyberim: Romanis quippe abominabilis eſt. nam ibidem a gallis Brenno duce. xv. cal. auguſti vires eorum omnes attritę ſunt: ex quo ilico vrbis ſubſecuta ruina & patrum cędes atq; capitolinę arcis obſidio.

Alintos lucanorum fluuius eſt lucaniam a velienſibus diuidens.

Alſicus macedonię fluuius eſt.

Al. non paruus eſt fluuius Romę proximus: in quo ſimulacrum Cybelis quum trahi non poſſet per tyberim lotum eſt: & exinde. vi. cal. aprilis lauari in eodem annis ſingulis conſuetum.

Alloa bagoizan flumina ſunt in terra mœdorũ ad quos montes populus iſrael captiuus deductꝰ eſt.

Almanicus armeniæ maioris fluuius eſt.

Alpon taringiæ fluui. eſt inclytus Sigiberti regis frãcorum victoria ex aduerſum ſe venientibꝰ habita.

Alotis calabriæ fluuius eſt.

Alſa fluuius eſt prouinciæ aquilegienſis.

Alto fluuius eſt dyrrachii in illyricum decurrens.

Alnus fluuius dacis conterminus in oceanũ effluit

Amaſenus volſcorum fluuius eſt: vltra quem Metabus volſcorum rex fugiens telo alligatam proiecit Camillam filiam ſuam.

Ameſa numidiæ fluuius eſt.

Ameſus fluuius Romę vicinus.

Amphita fluuius circa initium numidię.

Amphriſus fluuius eſt theſſalię: penes quem apollo poſita deitate propter fulminatum ęſculapium ſuum ſeptem annis ſub forma paſtoris Admeti regis pauit armanta.

Amimon argiuorum fluuiꝰ eſt ab amimone danai regis filia nuncupatus vt pręmonſtratum eſt ſupra vbi de amimone fonte.

Amis germanię fluuius eſt in occeanum effluens.

Ampſaga vel ampſacus initium eſt numidię: in mare decurrens apud coloniam auguſtam.

Amiſſis germanię fluuius eſt in oceanũ ſe fundens

Amiſſus fluuius eſt haud longe a pilo ciuitate Neſtoris Meſſenam interfluens ciuitatem.

Anas fluuius eſt hiſpanię Luſitaniam a betica ſeparans. oritur quidem in lauminicano agro hiſpanię citerioris & modo in ſtagna ſe fũdens: & nũc in anguſtias reſorbens aut in cuniculis totum ſe condẽs ad vltimum in atlanticum cadit oceanum.

Anapis ſicilię fluuius eſt leniter fluens. hunc quidã anapaſolios vocant.

Anathis fluuius eſt Sicilię haud longe a ſyracuſis.

Anathis fluuius eſt africę.

Anaurus theſſalię fluuius eſt ſic denominatus: eo ꝙ ex ſe neque auram neque nebulam emittat. in hoc calciamentum iaſon ad ſacra pelie veniẽs dereliquit: quod cernens Pelias intellexit ſe moriturum cito: & eum in colchos miſit.

Anarius fluui. eſt propinquus bactris: alexandriã: quam ibi conſtrui fecit alexander: pręterfluens.

Aneus Sicilię fluuiꝰ. eſt qui per. ij. Mil. paſ. ſub terrã ſe mergens ſyracuſis miſcetur mari: appellaturque anopos.

Androchius fluuius eſt cilicię ex amano monte progrediens.

Anemon fluuius eſt prope Romam.

Aniene fluuius eſt inter ſabinos & Romanos: quẽ aliqui anio vocant: & ex trebanorum montibꝰ oriri dicunt: inſignis victoria Tulli Hoſtilij regis qua fidenates fudit Romanorum hoſtes.

Aniger fluuiꝰ eſt theſſaliæ: in quo centauri ab Herculevulnerati lauerunt vulnera ſua. quamobrem cũ primo habuiſſet aq̃s dulces atq; potabiles. habuit poſtea fœditas atq; turpes.

Anxer fluuius tuſcię propinquus piſis.

Antrum britanniæ flumen.

Anulo fluuius eſt mauritaniæ in quo iādudum con
ſueuerant elephanti noua viſa luna deſcēdere & ſe
ſe lauare. ide exeūtes eā ſalutare & i ſyluas redire

Anxius fluuius vt quidam volūt ex monte armenio
naſcitur :& per caucaſum in meſopotaniam tranſi/
ens occurrit pactolo flumini:ex caucaſo cadenti:&
vnum facti in euphratem demerguntur.

Aous fluuius apollonię inter meropum & aſuaum
montes decurrit in meoniam.

Apidamus theſſaliæ fluui eſt in quo enifeꝰ melax
& phoenix miſcent:quos ipſe ſecū i peneon defert.

Apet fluuius eſt inter apolloniam & ruſiam.

Appior fluuius eſt germaniæ inter ſarmatas naſci/
tur:& effluit in danubium.

Apius fluuius galliæ ciſalpinæ in padum mergitur.

Aponus venetorum fluuius haud longe a patauio

Arcoſia fluui. circa aratoſiam ciuitatem olim a ſe/
miramide regina conditam fluens.

Arabis fluuiꝰ carmanię apud cenolophagos labēs
qui qdem ſunt homines teſtudinū cōchis caſas te/
gentes hirti corijſq; piſcium veſtiti incedentes.

Aranta fluui. eſt lacedæmoniæ ciuitati vicinus.

Arar Celtarum fluui. eſt e vogeſo effluens mōte:&
per fines eduorum atq; ſequanorum adeo leniter cur
rit vt vix intelligi poſſit quam in partem deſcendat
tandem miſcetur rhodano.

Aratus moloſſorum fluuius eſt.

Araxes igēs armeniæ fluui. eſt:& ab eniochorum mō
tibus originē trahens q̄diu ſecat arua armenię:pla
cidus quietuſq̄ deſcendit adeo vt vtram in partem
effluat facile non poſſis dignoſcere. cum vero rupi
bus premitur:tanto pernicior effici videtur quanto
venerat illuc vſque quietior. Rapit quidem ſe & va
ſto cum murmure voluitur adeo velox : vt antequā
alueum attingat ſeſe vltra vehat vnda. Demū vbi
curuatur iterum fit tranquillus : & qui vno exiuerat
alueo diuiſus in duos cadit in caſpiū. Huius in mar
gine perſepolim olim perſarum metropolim:& ab
Alexandro macedone deletam fuiſſe volunt adeo
ad nihilum iandiu retractam vt arbitrentur potius
q̄ ſciant incolæ quo in loco tam clara ciuitas ſita fu/
erit. aliqui putauerunt hunc in tyrum ferri: & a tyro
in caſpium mare.

Araſaces fluuius eſt principio rubri maris propin/
quus per deſerta loca & cineri magis q̄ terræ ſimi/
lia effluens.

Arauis ſabæorum fluuius eſt.

Arbrin parthorum eſt fluuius.

Arbor armeniæ maioris fluuius.

Arceſim indiæ fluuius eſt & in indum fluit.

Ardalio fluuius eſt inter tebaſtem & metrideram
ciuitates.

Areda flu. eſt hiſpanię a quo arenates denoīati ſūt

Arethon fluuiꝰ ex archanania cadens grādis atq;
nauigabilis efficitur:& circūdatis curſu ambrachiæ
ciuitatis muris in ſinum cadit ambrachium.

Argaon hiſtriæ fluuius eſt.

Anmaſpus fluuiꝰ eſt aureis harenis effluens inter
ſcythas.

Ariminus fluuius italiæ penes ariminum oppidum
a ſe denominatum.

Arinocolita fluuius eſt ęgypti:& terrę promiſſionis
terminus.

Arint fluuius eſt apud dacos.

Armodius fluuius apud ęthiopas naſcitur & in ſinu
mergitur perſico.

Armilla fluu. eſt inter polloniam defluens & ruſiā

Arnus fluui. eſt arabiæ diuidēs meotidem ab amo
niade:& qui in montibus arabiæ natus fuerat in la/
cu Aſphaltidis terminatur.

Amꝰ fluui. apud vaſconas eſt. De florentino in pri/
cipio dictum eſt.

Aroſopon fluuiꝰ in india eſt in regiōe aricina feruo
ribus exuſta atq; circundata deſertis: cuiꝰ cultores
circa fluuium hunc arcon ciuitatem incolunt.

Arapſus fluuius aſiæ eſt cui arapſa ciuitas eſt appo
ſita vltra lycum fluuium lydiæ.

Arabris fluuius indię quem codroni incolunt:quos
quidam in ſinu rubri maris dicūt. hi quidem domo
rum fores ex maxillis beluarum faciunt:oſſibus te
cta contingāt:vt alexandro Macedoni relatum eſt

Armoniacus numidiæ fluuius eſt.

Arſania armenię fluuiꝰ eſt in euphratē defluēs quē
tygri miſceri quidam volunt:& demum quum leniꝰ
fluat ſeparari:& in euphratem mergi.

Arcandus fluuius influit in limira haud longe a mō
te maſitico.

Arſena gallię fluuius eſt.

Arſia fluuius illyrici eſt.

Arula fluuius rheno propinquus.

Aruſoraſines fluuius eſt haud longe a boſphoro.

Artemon fluuius minoris aſię.

Aruina fluuiꝰ africę haud longe ab hippone regio.

Aſanus fluuius meſię eſt.

Aſana mauritanię fluuiꝰ eſt ex athlante ſcaturiens
hauſtu ſalſꝰ: crocodilos atq; hyppotamos nutriēs

Aſaſſus fluuiꝰ eſt theſſalię ſecꝰ heracleam ciuitatē:
quę in radicibus eſt montis oetę effluens.

Aſarinaxis fluuius eſt germanię.

Aſcanius fluuius eſt myſię.

Aſcelphus fluuius eſt colchis propinquus.

Aſdrubala fluuius naſcitur in montibꝰ Bodua: & in
mare caſpium fluit.

Aſiaces fluuius eſt ſcytharum inter calipodas aſia/
caſq; diſcurrens.

Aſinus fluuiꝰ eſt in Sicilia apud carinam in littore
truromenitanorum deſcendens.

Aſima fluuius eſt britanniæ.

Aſopus boetię fluuiꝰ eſt:ex quo talem veteres reci
tant fabulam : q; quū iuppiter in aquilam transfor/
matus Eginam filiam ſuam vitiaſſet:totis aquis p
viribus vlturus iniuriam ignominiāq; ſi poſſet exur
gebat in cælum : quo auſu iratus iuppiter eū fulmi/
nauit. Hic tamen in epidanum influit.

Aſopus alter a ſuperiori fluuius eſt aſię prętefluēs
vna cum capro flumie laodiceam celeberrimam vr/
bem Lyco impoſitam flumini.

Aſſis fluuius eſt apud illyricum.

Aſoſima Sicilię fluuius eſt.

Aſtago venetorum fluuius eſt.

Aſtabores fluuiꝰ eſt inter africam & ęthyopiā apꝺ
meroem inſulam:qui vna cum aſtabo flumine iun/
ctus nilū facit:de quo plene īfra vbi de nilo ſcribe.

Vide Strabo/nē in. ix.

Aſtab⁹ & hicfluuius ē meroē iſulā æthyopū altera ex parte circunfluens vt ꝓximo ſupradictū eſt.
Aſtrua Hiſpaniæ fluuius ē:a quo aſtures Hiſpāi populi denominati.
Aſterion achaiæ fluuius eſt:in nemea iſula placide effluens.
Aſtron fluuius eſt phrygię.
Aſtras fluuius eſt armenie maioris
Aſtragus fluuius ē æthyopię cui⁹ ripas icolūt æthyopes nomades in occidentē vergentes.
Aſubula fluuius eſt africę ꝓpinqus ſalaat portul.
Strabo i quarto. Atax fluui⁹ ē ex pyrrheneo mōte effuſus:curſu leis & inter laudanū & rhemos effluens. Narbonē attigit vbi nauigabilis efficit̃. hymbribus adeo turgeſcit vt ſeipſum capere nō poſſit. hic in rubreſo lacu mergit̃:& inde tenuis in tyrrhenū mare.
Atelmes indię fluuius eſt permaximus.
Atern⁹ fluui⁹ eſt Italię:quē penes adria colonia ē. hic per marſos decurrit in adriaticum.
Atheſis fluuius gallię ciſalpine ni tridētinis oritur alpib⁹: curſu rapidus tridentū radit. ide Veronā in duas diuidit partes:& poſtremo padi paludes āpliſſimas ſuprafluens haud lōge a brūdulo integer ī adriaticum mare funditur.
Athenis gallię fluuius eſt.
Atir fluuius ē tambardię ciuitatis aquitanię ī oceanum defluit.
Atiras fluui⁹ inter cōſtantinopolim & thraciā labit̃
Atiſa fluuius eſt aquilegiæ in adriaticum fluens.
Atrax fluui⁹ eſt oetoliæ:a quo dictiſunt attraces populi hic in ionium funditur mare.
Aua fluuius eſt ſcythiæ & in pontum cadit.
Auentius britanniæ fluuius.
Auelimphius fluuius eſt hibernię per dublinam effluens regionem.
Auenimorus in hibernia eſt fluui⁹ liſmonenſem rigans prouinciam.
Aſuphetus volſcorum fluuius ſupra quem terracina ciuitas.
Strabo i quinto. Auphidus apuliæ fluu. eſt:ex hirpinis exiēs mōtib⁹ Canuſium præterfluit & in adriaticum mare ruit.
Cannenſis pugna hic tamen ab aliquibus canna vocatus ē quo nomine vicus eiſupereminēs nuncupatur. Celebris quidem eſt illa romanorum ingēti clade:ex qua victor Hannibal ex occiſorum manib⁹ nobilium tria collegit modia annulorum.
Auocelad⁹ Hiſpaniæ fluu. eſt inter celticos efluēs.
Axon fluuius apud ionas in minori aſia.
Axius paphlagonum eſt fluuius.
Axona fluuius eſt in extremis rhemorum.
Axus ma edonum fluuius eſt cuius ex aqua ſi pecora potent:nigros pariunt fœtus.
Arbena fluuius in illyricum currens.
Baptus apud dareſios fluuius eſt.
Bactrus fluui⁹ eſt circa fines ſcythiæ ſub monte effluens parapanis vbi bactrorū ciuitas zaneſtes dicta eſt. ſed & ipſa & populi a fluuio nomen ſortiti ſunt.
Bacchus hiſpaniæ fluuius eſt Cordubę ciuitati propinquus.
Balchus fluuius eſt colchorum in ora emochianorum atque prenſtelorum.

Bacunti⁹ fluui. ſeptentrionalis credo pānonię ꝓpīquus. hic i Sao flumine apud ſyrinthū oppidū fluit.
Bacturnigeron eſt fluui. propinqu⁹ portui patēno.
Bamborus fluuius eſt apud ęthiopas claradditas confertus hyppopotamis & crocodillis.
Bana ſyrię fluuius eſt:quem ſub libano ſupra diximus. & albana nominauimus.
Banna fluuius eſt hibernię per vlconiam effluens regionem. nam exiens ex lacu eiuſdem prouincię permaximo in borealem oceanum decurrit. in hoc enim olim piſcis repertus eſt formam ſalmonis habens tantę magnitudinis vt nullo modo integre in margine trahi poſſet.
Balgis germanię fluuius eſt: montibus ſcaturiens ſarmatarum.
Barbarus fluuius eſt indici oceani:per quem tranſiuit Alexander macedo.
Bargens numidię fluuius.
Bargus thracię fluuius eſt in ebrum cadit.
Baſtros maioris armenię fluuius eſt.
Batinias fluuius eſt cherſonēſo vt arbitror ꝓxim⁹.
Bautica fluuius gallię ciſalpinę in padum fluens.
Baſile⁹ fluu. inſulę cypri:ſyriacū prorūpens i mare.
Bedeſe fluuius eſt Rauennę. quam ſabinorum oppidum quidam dicunt.
Bellus fluui⁹ phœnicis ex candea ſeu candebra palude in radicib⁹ montis carmeli procedens: & paruo contentus curſu apud Ptolomaidam Claudij cęſaris coloniam:quę quondam acron dicta eſt:mari miſcetur harenas quidem habet vitro accommodas plurimum.
Berua fluuius eſt hibernię:quę & Scotia:ex monte blagme effluens:& per Lichiniam currens.
